plemẽtũ exequendo qꝺ ꝑ eos fuerit ordinatũ: ⁊ illos quos cenſuras ⁊ penas ꝑ̃dictas incurriſſe ꝯſtiterit irritos eẽ declarent ⁊ faciãt: ⁊ mãdent interdictos ſuſpẽſos ⁊ excõicatos publice nũciari ⁊ ab oĩbus arcti⁹ euitari: ⁊ legitimis ſuꝑ his habẽdis ſeruatis ꝓceſſib⁹ illos quotiẽs opus fuerit iteratis vicib⁹ aggrauare ꝓcurẽt. Cõtradictores auc̃tate nr̃a appellatiõe poſtpoſita ꝯpeſcẽdo inuocato ad hoc ſi op⁹ fuerit auxilio brachij ſecularis. Nõ obſtãtibus ꝯſtitutiõibus recolẽde memorie bonifacij pape.viij.qbus cauet̃ neq; extra ſuã ciuitatẽ ⁊ dioceſim niſi in certis caſib⁹ exceptis ⁊ in illis vltra vnã dictã a fine ſue dioceſis ad iudiciũ euocet̃: ſeu ne iudices a ſede ap̃lica deputati extra ciuitatẽ ⁊ dioceſim in q-bus deputati fuerint ꝯtra quoſcũq; ꝓcedere aut alij vel alijs vices ſuas ꝯmittere ꝑ̃ſumãt: ⁊ de duab⁹ dietis in ꝯcilio generali:necnõ q̃ incipiũt ſuꝑ cathedrã bonifacij: ⁊ dudũ vienẽſis ꝯcilij:ac recolende memorie calixti pape.iij.etiã ꝑ̃deceſſoris nr̃i lr̃is alijſq; ap̃licis atq; etiã ꝓuincialibus ⁊ ſynodalib⁹ ꝯcilijs editis ſpãlib⁹ vel generalib⁹:necnõ ⁊ octonis ⁊ octoboni olim in regno anglie ap̃lice ſedis legatoꝝ ꝯſtitutiõib⁹:eccleſiarũ q̃ ac locoꝝ quorũlibet ſtatutis ⁊ ꝯſuetudinibus: ⁊ inter quoſcũq; dictoꝝ ordinũ fratrũ ꝑ̃dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ꝓfeſſores ac locoꝝ ordinarios ſeu rectores ꝑ̃dictos initis ⁊ ꝯcluſis ac hacten⁹ obſeruatis pactis ⁊ cõuẽtiõib⁹ etiã iuramẽto ꝯfirmatiõe ap̃lica vel q̃uis firmitate alia roboratis:necnõ oĩb⁹ ⁊ ſingul' q̃ clemẽs ⁊ eugeni⁹ ꝑ̃fati in ꝑ̃dictis eoꝝ lr̃is voluerũt nõ obſtare ꝯtrarijs qbuſcũq;:quibus oĩbus (illa ac ſi de vbo ad verbũ insererent̃ ⁊ derogatoriarũ derogatorias clauſulas in ſe ꝯtinerẽt) p̃ntib⁹ ꝓ expꝛ̃ſſis hñtes (illis alias in ſuo robore ꝑmanſuris) quoad ꝑ̃miſſa ſpãliter ⁊ exp̃ſſe derogam⁹. Aut ſi patriarchis archiep̃is ep̃is ⁊ rectorib⁹ ꝑ̃fatis ſeu qbuſuis alijs cõiter vel diuiſim a ſede ꝑ̃fata indultũ exiſtat ꝙ interdici ſuſpẽdi vel excõicari aut vltra vel extra certa loca ad iudiciũ euocari nõ poſſint ꝑ lr̃as ap̃licas nõ faciẽtes plenã ⁊ exp̃ſſã ac ꝺ verbo ad verbũ de indulto hmõi mentionẽ: ⁊ q̃libet alia dicte ſedis indulgẽtia generali vel ſpãli cuiuſcũq; tenoris exiſtãt ꝑ quã p̃ntibus non exp̃ſſaꝫ vel totaliter nõ inſtas effect⁹ earũ ⁊ ꝯceſſa i eis iuriſdictiõis executio impediri poſſit quomodolibet vel differri ⁊ de qua cuiuſq; toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpãlis. Nos enim ex nunc illa ⁊ quecũq; alia que in futurũ ꝑ nos vel ſedẽ ap̃licã quomodolibet ꝯcedi:ſtatui:decerni:vel ordinari ꝯtigerint ꝯtra clemẽtis eugenij alioꝝ q; ꝑ̃deceſſorũ ꝑ̃dictorũ ⁊ p̃ntium lr̃arum hmõi tenorẽ:necnõ ſi ſec⁹ ſuꝑ his a quoq; quauis auc̃tate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit: irrita ⁊ inania nulliuſq; roboris vel momẽti eſſe decernimus. Et quia difficile foret p̃ntes lr̃as ad ſingulas ꝓuincias originaliter deſtinare: volum⁹ ⁊ dicta auc̃tate decernim⁹ ꝙ trãſũptis earũ manu notarij publici ⁊ curie cãrũ camere ap̃lice aut alicui⁹ ep̃al' vel archiep̃alis ſigillo munitis ea prorſus in iudicio ⁊ extra vbicunq; exhibita vel oſtenſa fuerint fides adhibeatur ac ſi originales lr̃e forent exhibite vel oſtenſe. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hãc paginã nr̃oꝝ approbatiõis: ꝯſtitutiõis: ordinationis:ſtatuti:decreti:conceſſionis:indulti: volũtatis :applicatiõis:

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

inhibitionis:extẽſiõis:ſolidatiõis:mãdati:⁊ derogationis:infringere:
vel ei auſu temerario contraire. Si qͣs aũt hoc attentare p̄ſumpſerit: in
dignationem oīpotentis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli apl̄oꝝ eius ſe noue
rit incurſurum. Datũ rome apud ſanctũ petrũ. Anno incarnationis dñi
ce milleſimo quadringẽteſimo ſeptuageſimo quarto pridie kl̄s ſeptem
bris pontificatus noſtri anno . quarto

Sixtꝰ papa q̄r
tus approbat
lr̄as ſuoꝝ pre
deceſſorum d̄
ꝓcuratore iſti
tuẽdo p̄ p̄latoſ
ordinis: ⁊ ꝯce
dit: frēs ſucce
dere poſſe acſi
eẽnt in ſeculo.
Q̄d̄ poſtea de
clarauit nõ ha
bere locũ ī ob
ſuãtibꝰ. vt pa
tet. fo. xxij.

Sixtus ep̄us ſeruus ſeruorum

dei ad ꝑpetuã rei memoriã. Dũ fructꝰ vberes quos ſacri
ordinis fratrum minorum ꝓfeſſores circa ꝓpagationem
religionis ⁊ fidei in agro militantis eccleſie per in cremẽ
ta temporum magnis laboribus crebris vigilijs ⁊ indefeſſo animo pro
duxerunt hactenus ꝓducunt ac in futurũ producturos ſpe firma confi-
dimus diligenter attendimꝰ: dignuꝫ cenſemus ⁊ congruũ: vt in ijs que
illoꝝ ꝓſperitates ⁊ cõmoda cõcernere poſſent eos benignis fauoribus
ꝓſequamur. Dudũ ſiquidem felicis recordationis. Martinus papa q̄r
tus p̄deceſſor noſter cupiẽs honeſta adhibere remedia qbꝰ dicti ordinis
pura obſeruãtia in ſuo vigore ſeruaret: ⁊ vt frēs eiuſdẽ ordinis excluſis
qbuſlibet ſollicitudinibꝰ liberiꝰ ⁊ qetiꝰ diuinis vacarẽt obſequijs: ac of
ferẽtiũ ⁊ donãtiũ aũt in vltima volũtate relinquẽtiũ dicto ordini ſeu illiꝰ
fribꝰ aliqd ꝓpter deũ pia intẽtio nõ fraudaret: romana quoqȝ eccl̄ia ad
quã oīum reꝝ mobiliũ ⁊ imobiliũ qbꝰ frēs ipſi vti p̄ſit ius ꝓprietatis
⁊ dñiũ nullo medio ꝑtinet: ⁊ ad quã frēs ipi quotiẽs neceſſitas īgruebat
vel vtilitas p̄ſuadebat recurrere ſoliti erãt a cura ⁊ ſollicitudine ꝓuiden
di eorũdem fratruꝫ neceſſitatibꝰ releuaret: necnõ heredũ ⁊ executoꝝ pia
rũ volũtatũ defũctoꝝ etiã negligẽtijs obuiaret ipiqȝ frēs ſcd̄m modos
p̄miſſos ⁊ licitos relictis ſibi elemoſinis gaudere valerẽt: p̄ q̄ſdã lr̄as
ſuas apl̄ica auc̄tate ⁊ de ptãtis plenitudine voluit: ſtatuit ⁊ decreuit: ꝙ
ſpãles p̄ſone p̄ generalẽ ac ꝓuinciales miniſtros ac cuſtodes dicti ordi
nis noīande in p̄miſſis adminiſtrationẽ legitimã gñalẽ ⁊ liberam dicta
auc̄tate gererẽt ⁊ veri legitimiqȝ adminiſtratoreſ economi ſyndici ⁊ acto
res eẽnt: ac res ipas ⁊ eoꝝ p̄ciũ p̄dictaſqȝ elemoſynas noie ipiꝰ romãe
eccl̄ie recipent ⁊ in ipoꝝ frũm vtilitates ꝓut eis liceret ex regula vł eius
d̄claratiõe ſicut ⁊ qñ ab eiſdẽ gñali ⁊ aliq̄ ex ꝓuincialibꝰ miniſtrꝫ cuſto
dibꝰ ī ꝓuincia vł cuſtodia ſibi decreta vł ab eiſdẽ fribꝰ de ipoꝝ gñalis
vł ꝓuincial' miniſtri ac cuſtodis aſſenſu forẽt reqſiti: ꝯuertere poſſẽt ⁊ de
berẽt cũ plena gñali ⁊ libera ptãte petẽdi: exigẽdi: recipiẽdi: alienandi:
trãſigẽdi: paciſcẽdi: ꝯueniẽdi: ꝯpromittẽdi: renũciãdi: refutãdi: qetatio
nẽ faciẽdi: ꝯparẽdi: agẽdi: defẽdẽdi: ac in aīaꝫ eoꝝ de calũnia vitãda ⁊
de vitate dicẽda iurãdi: ⁊ cuiuſlibet alteriꝰ generis iuramẽtũ p̄ſtãdi: cuꝫ
illis ⁊ contra illos qui hmōi res mobiles ⁊ imobiles aut p̄ciũ earũ vel
relictas elemoſynas fribꝰ ī teſtamẽtꝫ occuparẽt vł violẽt auferẽt ſiue ꝯ
volũtatẽ frũꝫ q̄mõlibet detinerẽt: ⁊ gñal'r ī oībꝰ cãis ꝓ rebꝰ ⁊ locꝫ hmōi
ad ipam romanã eccl̄iam ſpectãtibus ipſorum fratrũ vſui cõceſſis: nec
non pro imunitatibus: libertatibus: iuribus: p̄uilegijs ⁊ indulgentijs

eoꝝ: ſine cuiuſlibet dationis aut cautionis onere prefata auctoritate in
iudicio ⁊ extra plenam generalẽ ⁊ liberam poteſtatẽ haberẽt. Conceſſit
quoqȝ eiſdẽ generali ⁊ ꝓuincialibus miniſtris necnon cuſtodibꝰ plenã
generalẽ ⁊ liberam poteſtatẽ p̄ſonas huiuſmodi q̄ nõ eſſent de dicto or
dine pro ſinguloꝝ locoꝝ indigentia nominandi: ⁊ perſonas eaſdem ac
earum quãlibet reuocãdi: ⁊ eoꝝ loco alios ſubrogandi vel nominandi
per ſupradictum modũ nominationis quotiens opportunũ foret qui
eãdem in predictis vel ſimilẽ haberẽt poteſtatem. Et deinde pie memo
rie Martinus papa. v. etiam predeceſſor noſter p̄ alias litteras ſuas cõ
ceſſit prefato generali (donec aliud per ſedẽ apoſtolicã foret ordinatũ)
facultatẽ concedendi procuratoribꝰ domoꝝ ⁊ locorum dicti ordinis ꝓ
tempore exiſtentibꝰ vt poſſeſſiones ⁊ bona quecũqȝ mobilia ⁊ immobi
lia ac annuos prouentus hactenus prefato ordini ⁊ eius cõuentibꝰ reli
cta ⁊ in poſterũ relinquenda aut alijs nominibus acquiſita vice ⁊ nõie
romane eccl̄ie recipere: tenere: ⁊ poſſidere: ac ipoꝝ fructus redditꝰ ⁊ ꝓ
uentus: petere exigere ⁊ percipere ipſoſqȝ in cõmodum ⁊ vtilitatẽ ipo-
rum fratrum conuentuũ ⁊ locoꝝ eorũdeꝫ ⁊ alias in vſus eius quibꝰ reli
cta ⁊ deputata forent dũtaxat: ⁊ de ipſoꝝ fratrũ conſilio requiſitione ⁊
aſſenſu conuertere ⁊ exponere poſſent ⁊ deberẽt prout in ſingulis dicto
rum predeceſſoꝝ litteris huiuſmodi plenius continetur. Cum aũt ſicut
exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij zaneti de vtino dicti ordinis
generalis miniſtri ⁊ theologie profeſſoris petitio cõtinebat: noſqȝ etiaꝫ
dũ in minoribus conſtituti ipiꝰ ordinis generalis miniſtri fungeremur
officio experientia cõprobauimꝰ: dicti ordinis fratres dño benedicen-
te pullulauerint ꝙ ꝓpter eorum multiplicationẽ frigeſcente nõnunq̄ȝ
erga eos in nõnullis mundi partibus fideliũ charitate ex incerta men
dicitate ⁊ minutis elemoſynis ſe ſuſtentare: ⁊ illis qui ſacre theologie
ſtudijs vt eoꝝ ingenia rore ſapiẽtie illuſtrata multos ad fertiles actus
dirigere poſſent operam prebẽt neceſſaria miniſtrare: ſtructuras ⁊ edi-
ficia domoꝝ dicti ordinis cõſeruare nõ poſſunt illaqȝ plurimũ ad ruinã
tendere dignoſcãtur: ⁊ a nõnullis reuocetur indubiũ. an perſone p̄ eoſ-
dem generalẽ ⁊ prouinciales miniſtros ac cuſtodes iuxta litteras pre-
fati martini quarti predeceſſoris noſtri ꝓ tempore nominate heredita-
tes in quibꝰ domus ſeu fratres dicti ordinis aut domoꝝ eorũdem eccle
ſie vel capelle aut picture ſeu fabrice inſtituũtur vel ſubſtituũtur: ⁊ que
ad eos (ſi capaces forẽt) alias deuoluerẽtur petere conſequi ⁊ habere
poſſint nõie prefate romane eccleſie: ⁊ bona hereditatũ earũdeꝫ vende
re ⁊ in vſus licitos eorũdem fratrũ conuertere valeãt iuxta predictaruꝫ
litterarũ continentiã: fuerit qȝ ꝓpterea pro parte dicti zaneti de vtino
nobis humiliter ſupplicatum vt voluntatẽ: ſtatutũ: decretũ: ꝯceſſiones
ac quaſcũqȝ alias litteras a ſede apl̄ica circa premiſſa dicto ordini con-
ceſſas ac in illis contẽta dicta predeceſſoꝝ pro illorum ſubſiſtentia fir-
miori noſtre approbatiõis munimine roborare: ac alias predictoꝝ fra
trum neceſſitatibꝰ opportune prouidere de benignitate apl̄ica digna-
remur. Nos igitur p̄fati ordinis q̄ omniũ cõditori gratiſſimus ẽ ⁊ pie

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA · GREDOS.USAL.ES

deuotioni fideliū acceptꝰ: vt illius perſonaꝝ quaꝝ predicatiōibꝰ verbi ⁊ euāgelice veritatis ſacrorūqꝫ eloquioꝝ explanatione conſilijs ⁊ charitatiuis admonitionibꝰ fideles ipi circa aiaꝝ ſuaꝝ ſalutē magna cōmoda conſequūtur: ſtatū proſperum ⁊ felicē intenſis deſiderijs affectātes necnō pias, decedentiū quoꝝ amplius nō redit arbitriū voluntates executioni mandari: ⁊ ex eis q̄ diuine ꝓpiciationis intuitu pia largitione fidelium concedūtur ſtructuras ⁊ edificia domoꝝ dicti ordinis ac ſtudium ſacre theologie in ordine predicto manu teneri: ⁊ eiuſdeꝫ ordinis profeſſoribꝰ huiuſmodi ſtudio vacare volentibus vt id cōmode facere poſſint ſubueniri: chriſtiane rei publice per maxime vtile ac neceſſariuꝫ fore ac inter ſūme meritoria ⁊ deō grata opera nō immerito cōnumerari poſſe ⁊ debere putari: huiuſmodi ſupplicationibꝰ inclinati predictas ⁊ quorūcūqꝫ alioꝝ romanoꝝ pontificum etiaꝫ predeceſſoꝝ noſtrorū ⁊ preſertim recolēde memorie eugenij pape quarti circa premiſſa dicto ordini ſimiliter, cōceſſas litteras aplicas ⁊ in eis contēta dicta auctoritate aplica ⁊ ex certa ſciētia ac de plenitudine poteſtatis ſupradicte preſentiū tenore approbamus: ac robur perpetue firmitatis obtinere ⁊ obſeruari debere decernimꝰ. Et nihilominꝰ volumus ac eiſdē auctoritate ſcientia ⁊ poteſtatis plenitudine ſtatuimus ⁊ ordinamus: ꝙ decetero perpetuis futuris tēporibꝰ inſtitutiones ⁊ ſubſtitutiones: relicta: legata: donationes inter viuos ⁊ cauſa mortis: alieqꝫ pie ⁊ nō pie diſpoſitiones q̄cunqꝫ quocunqꝫ noīe nuncupentur tā ſimplices ⁊ pure q̄ꝫ cōdicionales ⁊ modales: fratres ⁊ domos dicti ordinis ipaſūqꝫ domoꝝ eccleſias: capellas: picturas ⁊ fabricā ſeu illorum cōmodū ⁊ fauorē quomodolibꝫ cōcernētes hactenus facte ⁊ in poſterū ꝑpetuis futuris tēporibus faciēde: etiā ſi in tēpore inſtitutionū: ſubſtitutionū relictoꝝ fidei cōmiſſoꝝ: legatorum: donationū: aliarūqꝫ diſpoſitionū hmōi fratres ipſi in quorū fauorē emanarēt nōdum ordinē predictū ingreſſi forēt: eideꝫ romane eccl'ie ⁊ de illa ordini ⁊ fratribus ac locis eorūdeꝫ facte eſſe intelligātur: ⁊ eūdem plenariū ſortiātur effectū quē ſortirētur ſi nominatiꝫ ⁊ expreſſe prefate romane eccl'ie ⁊ de illa ac in eius fauorē facte forēt: nec poſſint pretextu incapacitatis eorūdem fratrū quouis modo de inualiditate notari. Hereditates vero que eiſdē fratribus ſi in ſeculo forēt ab inteſtato defferrētur prefate romane eccl'ie que ipoꝝ fratrum locū quo ad hoc tenet deferātur: ipa quoqꝫ romana eccl'ia quo ad hereditates ⁊ bona q̄ ordinem ipm ingrediētes ſub conditione mortis eoꝝ ſine filijs reſtituere grauati ſunt: filioꝝ locū teneat: ſicut tenēt monaſteria ꝓpriuꝫ hn̄tia in cōi: ſi tales grauati illū igreſſi forēt. Q̄dqꝫ eadē romana eccl'ia ⁊ ꝓ ea illiꝰ ſyndici iuxta lr̄aꝝ p̄dictaꝝ martini q̄rti p̄deceſſoris nr̄i p̄fati tenorē ꝓ tpe nōiati in ſubſtitutionibꝰ: relictis: legatis: donationibus: alijſqꝫ pijs ⁊ nō pijs diſpoſitiōibꝰ p̄dictis: necnō ex illis q̄ ab inteſtato ꝓfeſſoribꝰ dicti ordinis (ſi capaces forēt) deferrent: hereditatibꝰ ⁊ bonis q̄ ingrediētes ordinē ipm ſub ꝯditione mortis eoꝝ ſine filijs reſtituere grauati ſunt id totū petere ꝯſeq ⁊ hēre poſſint: ac ſi inſtitutiōes: ſubſtitutiōes: relicta: legata: donationes alieqꝫ diſpoſitiōes hmōi: in

tꝑius romane eccl'ie vtilitatē noiatiꝫ emanaſſent vl' emanarēt: ipeqꝫ ab inteſtato hereditates ipi romane eccl'ie ſine ipiꝰ fiſco delate forent: ⁊ qd retinerēt filij taliū d reſtituēdo ſub ꝯditiōe mortis ſine filijs grauatoꝝ ſi extarēt. Habeāt q̄qꝫ ſyndici p̄fati circa p̄miſſa parē: quā idē martinꝰ q̄rtꝰ p̄deceſſor eos hēre voluit circa in eiſdē lr̄is ſuis ꝯtentā facultateꝫ. Volumꝰ tn̄ ꝙ bona q̄ eos nōie eiuſdē romane eccl'ie p̄miſſaꝝ ⁊ p̄ſntiuꝫ litterarū tenorꝫ vigore cōſeq ꝯtigerit iuxta earūdeꝫ tenorē alienare ⁊ in vſus licitos eorūdē fratrū (p̄ſertim in fabricā ⁊ reſtaurationē ſtructurarū ⁊ edificioꝝ domoꝝ fratrū eorūdē necnon manutētionem ſtudij ſacre theologie ⁊ ſtudētiū in illa ſuſtētationē) cōuertere debeāt ⁊ teneant de cōſilio ⁊ aſſenſu fratrū ⁊ capituli cōuētꝰ vl' loci cui talia relicta ⁊ legata ſunt ac etiā dicti gen̄alis vel miniſtri ꝓuincialis etiā accedēte. Non obſtātibꝰ cōſtitutionibꝰ ⁊ ordinationibꝰ aplicis ac dicti ordinis regl'aribus inſtitutis ⁊ illoꝝ declarationibꝰ: necnō iuramēto cōfirmatiōe apoſtolica vl' q̄uis alia firmitate roboratis ſtatutis: cōſuetudinibꝰ: ceteriſqꝫ cōtrarijs q̄buſcūqꝫ. Nulli ergo oīno hōminū liceat hāc paginā nr̄e apꝓbationis: decreti: volūtatis: ſtatuti ⁊ ordinationis infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis aūt h attētare p̄ſumpſerit: indignationē oipotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apl'oꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſuꝝ. Datū rome apud ſanctū petrū Anno incarnatiōis dn̄ice Milleſimo q̄dringēteſimo ſeptuageſimo p̄mo pridie kl's martij Pōtificatꝰ nr̄i anno. i.

CLemens epūs ſeruus ſeruorū dei dilectis filijs magr̄o ⁊ fratribꝰ ordinis p̄dicatoruꝫ necnō miniſtro gen̄ali ordinis fratrum minoꝝ Salutē ⁊ aplicā bn̄dictionē. Obtētu diuini nōis cuiꝰ cultui ſub ſacre veſtre religionis obſeruantia ſtudētis mente deuotiſſima deſeruire: votis veſtris libenter annuimus ⁊ petitiones veſtras in his que digne depoſuiſtis fauorabiliter exaudimus. Ex parte ſiquideꝫ veſtra fuit propoſitū corā nobis ꝙ nōnulli prelati clerici ⁊ laici in diuerſis mūdi partibus cōſtituti aſſerētes vos mūdo fore mortuos nec valētes propriuꝫ poſſidere: vos occaſione huiuſmodi a quibuſlibet ſucceſſionibꝰ excludere moliūtur. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatū: vt ne cōtingat vos propter huiuſmodi preſumptionē taliū aliquod incurrere nocumentū: congruū remediū adhibere paterna diligentia curaremus. Nos itaqꝫ veſtris petitionibus benignius attēdentes auctoritate apoſtolica declaramus: ꝙ vos in temporalibus bonis in quibꝰ ſuccederetis in ſeculo exiſtētes licite poſſitis ſuccedere ⁊ bonoꝝ ipoꝝ poſſeſſionē app̄hēdere ac vēdere libere bona ipa eorūqꝫ p̄ciū in vtilitatē veſtrā ꝯuertere: ꝓut vobis meliꝰ videbit̄ expedire. Uniuerſas aūt interdicti ſuſpēſiōis ⁊ excōicatiōis ſn̄as q̄s ꝯ p̄ntis declaratiōis tenorē ꝑ quēcūqꝫ fieri ꝯtigerit: decernimꝰ irritas ⁊ inanes. Nulli ergo oīno hōinū liceat hāc paginā nr̄e declaratiōis ac cōſtitutiōis infringere vl' ei auſu temerario ꝯire. Siqs aūt h attētare p̄ſūpſerit. ⁊c. Datū peruſij. ij. idus februarij Pontificatus noſtri Anno Primo.

Clemēs papa q̄rtꝰ concedit: fratres p̄dicatores ⁊ minores cōuentuales poſſe ſuccedere in bonis parentū ſuorū ⁊ alioꝝ: ⁊ licite d eis diſponere ad eoruꝫ libitum.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Sixtus papa q̄rt⁹ concedit ꝗlures gr̄as ⁊ exemptiões or dinib⁹ mendi cantiuz vt pa tet in bulla p̄ ſenti q̄ dicitur aurea.

S Ixtus epūs ſeruus ſeruoꝛuz
dei ad perpetuā rei memoriā. Sacre predicatoꝝ ⁊ mi
noꝝ fratrū oꝛdines inſtar duoꝝ primoꝛum fluminum ⁊
celeſtiū voluptatum ⁊ amenitatum paradiſo egredien-
tium: ſacroſancte vniuerſalis eccleſie terram ne mundanaꝝ cupiditatū
⁊ vitioꝝ caloꝛe areſcat preclare doctrine virtuoſoꝝq̄ operum multipli
ciū meritoꝝ imbrib⁹ irrigātes magis atq̄ magis illā indies fructuoſā
efficiūt. Hi ſunt duo ſeraphim q̄ in ſublime ꝯtēplatōis ⁊ ſacrificij amo
ris alis eleuati a terreniſq̄ rebus abſtracti: aſſidue diuinaꝝ laudum cla
moꝛe ⁊ immenſoꝝ beneficioꝝ humano generi a ſummo opifice deo ex
hibitoꝝ declaratione feruentiſſimis predicationib⁹ populos inſtruēdo
⁊ ad celeſte iter dirigēdo inſiſtentes: multiplicata talenta eis credita do
mino deo munde ſegetis animaꝝ ſcilicet redēptoꝛis nr̄i ieſu chriſti pre
cioſi ſanguinis effuſione redemptaꝝ copioſos in hoꝛrea ſancte eccl̄ie
manipulos referunt. Hi ſunt due tube ꝑ quas dn̄s precepit ad ppl̄m ſa
cri euangelij: populū vniuerſuz aſſiduis predicationib⁹ aduocare: vt in
omnem terrā exiret ſonus eoꝝ ⁊ redderet ſibi ppl̄m acceptabilē bonoꝝ
operū ſectatoꝛē. Ad predictoꝛum igitur predicatoꝝ ⁊ minoꝝ fratrum
oꝛdines quos eoꝛum ampliſſimis meritis vberrimis fructib⁹ quos in
dei eccl̄ia continue afferūt pre ceteris paterna charitate diligimus, nr̄e
cōſiderationis intuitū dirigētes: illa eis libēter cōcedim⁹ q̄ in eis opta
te quietis fructum inducāt ⁊ ſtatū eoꝝ faciant pacificū ⁊ trāquilluz. Du
dum ſiquidē vt oꝛdinū eorūdem profeſſoꝝ ſtatui ⁊ q̄eti cōſulerem⁹: mo
tu propꝛio nōnullas litteraꝝ diuerſoꝝ romanoꝝ pontificū predeceſſo-
rum nr̄oꝛum dictis oꝛdinib⁹ conceſſas ⁊ in illis contēta approbauim⁹:
⁊ quo ad aliqua declarauim⁹: ampliauimus ⁊ extēdimus: ac nonnulla
eis de nouo conceſſim⁹, prout in diuerſis nr̄is litteris deſuper cōfectis
plenius continetur. Cum aūt ſicut poſtmodū accepim⁹ per huiuſmodi
ampliationes: declarationes: extēſiones ⁊ cōceſſiones: adhuc totali eo-
rūdez oꝛdinū ⁊ illoꝛum ꝓfeſſoꝛū quieti plene (vt expedit) nō cōſulatur:
aſſeraturq̄ a nōnullis: per eaſdē litteras omnes gr̄as ſpirituales ⁊ tem
porales dictis oꝛdinib⁹ ⁊ eoꝝ domibus ⁊ fratribus a p̄deceſſoꝛib⁹ nr̄is
cōceſſas: approbatas non foꝛe. Nos attēta meditatione pēſantes quā
tum vtilitatis ad exaltationē chriſtiane fidei ⁊ euāgelice veritatis oꝛdi
num predictoꝝ ꝓfeſſoꝛes hactenus attullere ⁊ afferre valeāt adiuuāte
dn̄o in futurū: ac propterea volētes vt tenemur eoꝝ tranquillitati vbe-
rius prouidere: motu ſimili non ad ip̄oꝝ fratrum ⁊ ſoꝛoꝝ aut alteri⁹ ꝓ
eis nobis ſup̄ hoc oblate petitionis inſtantiā ſed de noſtra mera liberali
tate ⁊ ex certa ſcientia: quaſcūq̄ litteras ⁊ gratias ſpirituales ⁊ tēpoꝛa-
les conceſſiones ⁊ indulgentias ac peccatoꝝ remiſſiones in genere vel
in ſpecie fratribus ⁊ ſoꝛoꝛib⁹ predicatoꝛum ⁊ minoꝛum oꝛdinum ⁊ do-
moꝛū eorūdem necnō viſitantib⁹ eoꝛuz eccleſias ⁊ capellas ⁊ oꝛatoꝛia
conceſſas: quaꝝ tenoꝛē ac ſi de verbo ad verbū p̄ntib⁹ inſererētur habe
ri volum⁹ pro expꝛeſſo: p̄ntium tenoꝛe approbam⁹ ⁊ robur firmitatis

videlicet conuentualium alterum de obſeruantia fratrum miniſtros nū
cupari. ſed equius fuit eos diuerſis noibus appellare. Ex hoc excellen-
cia tua intelligat ſiqui ipſoꝛum de obſeruantia emuli contrarium dixe-
rint: quaſi ex eo ſecundum regulam non viuant: quia ſuos prelatos nō
miniſtros ſed vicarios appellant: non rite moueri: ad quod fides illis
danda non ſit. Nam vicarios pro miniſtris datos eſſe fratribus de ob-
ſeruantia ⁊ quidem ab apoſtolica ſede cuius auctoꝛitate: eoꝛum firmata
⁊ ſine qua neq̄ oꝛdo inſtitui neq̄ viuēdi noua regula adinueniri poteſt
ſufficienter. Qua ex re hoꝛtamur maieſtatē tuam vt talia contra dictos
fratres te non moueant: ſed ſumat argumenta ex vita ⁊ laudabilibus
eoꝛum actionibus: ⁊ eos ut decet deo dilectum xp̄ianiſſimum regē pie-
tatis oculo reſpiciat. Hoc enim adijciet p̄conia altitudini tue eritq̄ no-
bis ⁊ dicte ſedi gratiſſimum cum intellexerimus celſitudinem tuam in
eius fidem ⁊ protectionem dictos fratres dei ſeruos ſuſcepiſſe. Datuz
rome apud ſanctum petrum anno incarnationis dn̄ice milleſimo qua-
dringenteſimo ſexageſimo quarto quinto idus maij pontificatus
noſtri Anno ſexto.

H Onoꝛius epiſcopus ſeru⁹ ſer
uoꝛum dei. Dilectis filijs generali miniſtro ⁊ fratribus
oꝛdinis minoꝝ. Salutē ⁊ apoſtolicā benedictionē. Ex
parte veſtra fuit ꝓpoſitum coꝛam nobis ꝙ licet vobis
per ſpecialia priuilegia ſedis apoſtolice ſit indultū vt ad ciuitates vel
villas vbi religioſe ac honeſte cōmoꝛari poſſitis a populis euocati acce
dere. ibiq̄ pro veſtris vſibus edificia ⁊ eccleſias ſiue oꝛatoꝛia conſtrue
re valeatis. Dioceſani tamen locoꝝ in eccleſijs ſeu oꝛatoꝛijs que de no
uo vultis conſtruere: primariū lapidem ponere ⁊ conſtructa conſecrare
ac cimiteria vobis iuxta eccleſias vel oꝛatoꝛia predicta benedicere de-
negant pro ſue libito voluntatis. Aliqui vero dioceſanoꝛum ipſoꝛum
cum ad eccleſias ⁊ loca veſtra pro premiſſis exequendis propter euen-
tionem ⁊ perſonarum multitudinē quas ſecum ducunt: grauāt vos nō
modicum in expenſis. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis vt prouide-
re vobis ſuper hoc paterna ſolicitudine dignaremur. Nos itaq̄ veſtris
ſupplicationibus inclinati: deuotioni veſtre auctoꝛitate preſentium in-
dulgemus: vt ſi dioceſani predicti a vobis humiliter requiſiti huiuſmōi
lapidem in predictis eccleſijs vel oꝛatoꝛijs ponere: ac eccleſias vel oꝛa-
toꝛia predicta ac etiam altaria veſtra conſecrare cimiteria benedicere de
negauerint vel id facere vltra quatuoꝛ menſes diſtulerint: vos per quoſ
cunq̄ volueritis epiſcopos gratiaz ⁊ cōmunitionē apoſtolice ſedis ha
bentes premiſſa recipere libere valeatis. Nulli ergo oīno hominū lice-
at hanc paginam noſtre conceſſionis ⁊ voluntatis infringere: vel ei⁹ au
ſu temerario contraire. Siquis aūt hoc attētare preſumpſerit: indigna
tionem oīpotentis dei ⁊ beatoꝛum petri ⁊ pauli apoſtoloꝛum ei⁹ ſe no
uerit incurſurum. Datum rome apud ſanctam ſabinam pōtificatus no
ſtri Anno primo

nobj. c. ad apto de regular.

HOnorius epũs ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs fratri franciſco ⁊ alijs prioribus ſeu cuſtodibus minoꝝ fratrum ſalutem ⁊ apoſtolicam benedictionem. Cum ſm̃ conſilium ſapientis nihil ſit ſine conſilio faciendum ne poſt factum penitudo ſequatur. Expedit cuilibet celſioris vie ꝓpoſitum aggreſſuro: vt precedant palpebre greſſus/ vires proprias diſcretionis moderamine metiendo: ne ſi (quod abſit) altiora ſe querens: in cõmotionem dederit pedem ſuum retro reſpiciat: in ſalis infatuati ſtatuam conuertendus pro eo ꝙ ſui ſacrificium quod non fuerat oblaturus: ſale ſapientie non condiuit. Sicut enim ſapiens deſipit ſi non feruet: ſic feruens confunditur ſi non ſapit. Quare pene in omni religionis ordine eſt prouide ſtatutum: vt regulares obſeruantias ſuſcepturi: certo tempore ipſas probent ⁊ probentur in eis: ne ſit locus decetero penitudini quam non poteſt leuitatis occaſio excuſare. Auctoritate vobis preſentium inhibemus: ne aliquem ad profeſſionē veſtri ordinis niſi per annum in probatione fuerit admittatis. Poſt factam vero profeſſionem nullus fratrum ordinem veſtrum relinquere audeat: nec relinquentem alicui ſit licitum retinere. Inhibemus etiam ne ſub habitu vite vr̃e liceat alicui extra obediētiā euagari ⁊ paupertatis veſtre corrumpere puritatē quod ſiqui forte preſumpſerint: liceat vobis i fratres ip̄os donec reſipuerint cenſuram eccleſiaſticā exercere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis ⁊ conceſſiōis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum apud viterbium decimo kl's octobris pontificatus noſtri Anno quinto

Alexāder. iiij, ꝙ ꝓchiales p̄sbyteri non impediāt ppl'm venire ad loca fratrū minorū ⁊ alia ſimilia,

ALexander epũs ſeruus ſeruorum dei. Venerabilibus fratribus vniuerſis archiepiſcopis ⁊ ep̄is ac dilectis filijs abbatibus priorib⁹ decanis ⁊ alijs eccleſiaꝝ p̄latis ⁊ ceteris pſonis eccleſiaſticis tā ſecularib⁹ q̄ȝ regularib⁹ cuiuſcūq; ordinis vel ꝓfeſſiōis exiſtāt Salutē ⁊ ap̄licā bn̄dictionē. Nec inſolitū eſt nec nouū vt ea q̄ p occupationē vel infeſtinātiā fiūt: ꝓ eo ꝙ ꝯgrue deliberatiōis limina p̄tereūt: in pro pēſioris deliberatiōis reducāt examē: vt rectiora ⁊ elimatiora p attentionē plenioris diſcuſſiōis emanēt. Sane q̄dā ab ap̄lica ſede tp̄e felicis recordatiōis innocētij. pape. iiij. p̄deceſſoris nr̄i lr̄e ꝓceſſerūt: in qb⁹ ip̄e vniuerſis religioſis cuiuſcūq; ꝓfeſſiōis vel ordinis diſtricte in v̄tute obediētie iniungebat vt prochianos alienos in dieb⁹ dn̄icis ⁊ feſtiuis nō reciperēt decetero in ſuis eccleſijs vl' oratorijs temere ad diuina nec ip̄os vllaten⁹ ad pniam admitterēt ſine ſuoꝝ licēcia ſacerdotū: nec eis vllaten⁹ in ſuis p̄dicarēt eccleſijs āte miſſaꝝ ſolēnia ꝓ qb⁹ audiēdis ꝑma diei pte idē prochiani ꝯſueuerūt ⁊ debent in ſuis eccl'ijs cōuenire: nec ſermōes etiā ſolēnes facerēt illa hora. Sȝ nec ad p̄dicādū ſolēniter

ad prochias alienas accederēt niſi eēnt ab eoꝝ ſacerdotib⁹ inuitati vel ſaltē niſi ſe ad id hūiliter peterēt ⁊ obtinerēt admitti. Nec ea die q̄ dioceſan⁹ ep̄s vel ali⁹ loco ei⁹ p̄dicaret ſolēniter maxīe in eccleſia cathedrali aliqs ip̄oꝝ in eadē ciuitate vel loco p̄ſumeret p̄dicare. Si v̄o in caſu licito prochianū alteri⁹ in ſuis eccleſijs recipere ad ſepulturā cōtingeret: oium q̄ obtētu ꝯſequētur hui⁹ ſepulture portionē canonicā etiā nō reqſiti infra octo dies a tp̄e receptiōis coꝝ: ep̄o vel ſacerdoti de cui⁹ parrochia mortu⁹ eēt aſſūpt⁹: exhibere curarēt. Si āt aliqs religioſoꝝ huius p̄cepti trāſgreſſor ꝯtra p̄dicta vel aliqđ p̄dictoꝝ venire p̄ſumeret: p̄ter inobediētie vitiū ⁊ excōicatiōis ſniam quā incurrere voluit ip̄o facto: grad⁹ ſui piculo ſubiaceret: ⁊ nihilomin⁹ a dioceſano ad p̄miſſa vniuerſa ⁊ ſingula obſeruāda p cēſurā eccleſiaſticā appellatiōe remota diſtrictius cogeret. Verū qr ſup p̄miſſis lr̄is cogitare attēti⁹ ⁊ ſtudioſi⁹ deliberare ꝓponim⁹: pacis cōmodū ⁊ qetis ſolatiū eccleſijs ⁊ pſonis eccleſiaſticis potiſſime cupiētes: p̄fatas lr̄as ⁊ ſi q̄ alie ſup p̄dictis vel eoꝝ aliq̄ ꝯtra p̄fatos religioſos vel alios ex ip̄is generaliter vel ſpāliter ꝯtra formā cōez ⁊ ſolitā ꝓceſſere ac mādata ſeu p̄cepta facta i eis vel eaꝝ: auctoritate duxim⁹ penit⁹ reuocāda. Ideo vniuerſitati veſtre p ap̄lica ſcripta mādam⁹ q̄ten⁹ p hui⁹ lr̄as vel occaſiōe mādatoꝝ ſeu p̄ceptoꝝ aut ſimile q̄ ꝯtinēt: nihil ꝓſus agatis cū nullā deinceps efficaciā hēant vel vigorē. Datū neapoli, xj. kl's Januarij pōtificat⁹ nr̄i Anno p̄mo.

Idez alexāder iiij. ꝯcedit executoriā rerum in p̄cedēti bulla contētarū.

ALexander ep̄us ſeruus ſeruorū dei. Venerabilib⁹ frib⁹ ſpoletano ⁊ aſſiſinēſi ep̄is. Salutē ⁊ ap̄licā bn̄dictionē. Quedā ab ap̄lica ſede tp̄e felicis recordatiōis Innocētij pape p̄deceſſoris nr̄i lr̄e ꝓceſſerūt i qb⁹ ip̄e vniuerſis religioſis cuiuſcūq; ꝓfeſſiōis vl' ordinis exiſterent diſtricte i v̄tute obediētie iniūgebat: vt prochianos alienos dieb⁹ dn̄icis ⁊ feſtiuis non reciperēt in ſuis eccl'ijs ſeu oratorijs temere ad diuina: nec ip̄os vllaten⁹ ad pniaȝ admitterēt ſine ſuoꝝ licēcia ſacerdotū: nec eis i ſuis p̄dicēt eccl'ijs āte miſſaꝝ ſolēnia ꝓ qb⁹ audiēdis ꝑma diei pte idē prochiani ꝯſueuerūt ⁊ debēt i ſuis eccl'ijs ꝯuenire: neq; ſmōes etiā ſolēnes facerēt illa hora. Sed neq; ad p̄dicandum ſolēniter ad prochias alienas accederēt: niſi eēnt ab eoꝝ ſacerdotib⁹ inuitati vel ſaltē niſi ſe ad id hūiliter peterēt ⁊ obtinerēt admitti. Nec ea die q̄ dioceſan⁹ ep̄us vel ali⁹ loco ei⁹ p̄dicaret ſolēniter maxime in eccl'ia cathedrali: aliqs ip̄oꝝ in eadē ciuitate vel loco p̄ſumeret p̄dicare: ſi v̄o in caſu licito prochianum alteri⁹ eos in ſuis eccl'ijs recipe ad ſepulturā ꝯtingeret: oium q̄ obtentu ꝯſequētur hmōi ſepulture portionē canonicā etiā non reqſiti infra octo dies a tp̄e receptiōis coꝝ: ep̄o vel ſacerdoti de cuius parrochia mortu⁹ eſſet aſſumptus exhibere curarēt. Si āt aliqs religioſoꝝ huiuſmodi p̄cepti trāgreſſor contra predicta vel aliquod predictorum venire p̄ſumeret: p̄ter inobedientie vitium ⁊ excōmunicationis ſententiā quam eum incurrere voluit ipſo facto: gradus ſui periculo ſubiaceret. Et nihilominus a dioceſano ad premiſſa vniuerſa ⁊ ſingula obſeruanda per

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

cenſuram eccleſiaſticam appellatióne poſtpoſita diſtrictius cógeretur
nullis eis cōtra hoc indulgentijs vel priuilegijs apl'icis valituris: ve-
rum quia ſuꝑ premiſſis litteris cogitare attentius ac ſtudioſius delibe-
rare ꝓponimus: pacis cōmodum ⁊ quietis ſolatium eccleſijs, ⁊ perſo-
nis eccleſiaſticis potiſſime cupientes: prefatas lr̄as ⁊ ſique alie ſuper
predictis vel eoꝝ aliquo contra prefatos religioſos vel aliquos ex ipis
generaliter vel ſpecialiter preter formā communem ⁊ ſolitā ꝓceſſere:
ac mandata ſeu precepta facta in eis vel earum auctoritate duximꝰ pe
nitus reuocanda. Venerabilibꝰ fratribus noſtris vniuerſis archiepis
epiſcopis ⁊ dilectis filijs abbatibus: prioribus: decanis: archidiaco-
nis. archipreſbyteris ⁊ alijs eccl'iarum prelatis ⁊ ceteris perſonis ec-
cleſiaſticis tā ſecularibꝰ q̄ȝ regularibus cuiuſcūqȝ ordinis vel profeſſio-
nis exiſterent: noſtris dantes litteris in mandatis vt per huiuſmodi lit-
teras vel occaſione mandatoꝝ ſeu preceptorum aut ſententie que conti
nent: nihil prorſus agerent: cum nulla ex tūc haberēt efficaciam vel vi-
gorem. Sed ſicut intelleximꝰ nonnulli ep̄i ⁊ alij prelati ducatus ſpole-
tani ⁊ patrionij deliberatione nr̄a ſuper premiſſis lr̄is nullatenus expe-
ctata dilectis filijs fratribus ordinis minoꝝ poſt huiuſmodi reuocatio-
nem nr̄am inhibere generaliter vel ſpecialiter preſumpſerūt ne in locis
ſue iuriſditionis predicēt niſi licenciā ab eis ſuper hoc habuerint ſpecia
lem: ⁊ hi quibus huiuſmodi conceſſa fuerit licencia: teſtimoniātibꝰ litte
ris de hoc oſtendant ſe munitos: excommunicationis cōminantes ſe la
turos ſententiam tā in predicātes q̄ȝ in audiētes: ſi ſecus extiterit atten
tatum. Volūt etiam ꝙ illi quibꝰ predicandi concedūt licenciā: de hu-
iuſmodi cōminatione ſentencie frequēter in ſuis predicationibꝰ faciant
mentionē. Inhibent quoqȝ parrochianis ſuis: p̄dictis fratribꝰ ſua con
fiteri peccata ne hac occaſione ad ipſos accedere: ⁊ frattibꝰ ne aliquos
in ſuis eccleſijs recipere ad diuina preſumant. Quidam inſuper parro
chiales ſacerdotes eūdem modum circa p̄dictos fratres: non ſine mul
torum ſcandalo perperam obſeruare nituntur. Alias quoqȝ in talibus
idem prelati ⁊ ſacerdotes eoſdem fratres grauare ac moleſtare non ceſ
ſant in animarū ſuarū periculum ipſorum fratrū iniuriam ac ſcandalū
plurimorum. Cum igitur memoratū ordinē pro eo maxime ꝙ fuit no
bis in minori tunc officio conſtitutis ab apoſtolica ſede cōmiſſus chari
tate precipua diligamus: ⁊ fratres eiuſdem ordinis tanq̄ȝ predilectos
⁊ ſingulares filios intra mentis vbera charius amplexamur. Idemqȝ
fratres firmarint in nos vtpote in ſpecialem patrē totius reuerentie ac
deuotionis affectus propterquod conſtanter in animo gerimus ipſos
⁊ eūdem ordinem apoſtolice beniuolentie affluentia confouere: eiſqȝ cō
tinue adeſſe preſidijs opportunis. Nos pati nolentes ꝙ aliquid atten-
tetur in ipſorum fratrum pre iudicium ⁊ grauamen: huiuſmodi inhibi-
tiones per predictos prelatos ⁊ ſacerdotes ſeu per quoſcūqȝ alios fa-
ctas necnon ordinationes quaſlibet ⁊ quoſcunqȝ proceſſus contra fra-
tres ipſos et eorum ordinem poſt predictam reuocationem noſtrā ha
bitos: auctoritate apoſtolica duximus reuocādos: ac reducētes predi-

Universidad de Salamanca. BGH

ctos frēs in eum ſtatum in quo prius q̄ȝ predicte ipſius predeceſſoris
manarent lr̄e fuiſſe noſcunť: decernimus irritū ⁊ inane quicqd per quē
cūqȝ in ipſoꝝ preiudicium hactenus extitit vel extiterit decetero anteq̄ȝ
ſuper predictis declarauerimꝰ lr̄is attentatū. Ideoqȝ fraternitati veſtre
per apl'ica ſcripta mandamꝰ quatenus p̄miſſa oīa in locis in q̄bus expe
dire videritis: ſolēniter per vos vel per alios denūciare curetis: nō ꝑmit
tentes p̄dictos fratres eoꝝqȝ ordinem contra hmōi reuocationē ⁊ cōſti
tutionē noſtram ab aliquibus moleſtari: moleſtatores ⁊ cōtradictores
hmōi per cenſuram eccleſiaſticā appellatiōe poſtpoſita cōpeſcendo, nō
obſtante cōſtitutione de duabus dietis edita in cōcilio generali, ꝙ ſi nō
ambo his exequēdis poteritis intereſſe alter veſtꝝ ea nihilominus exe-
quatur. Datum lateran̄, ſecundo idus ſeptembris pontificatus noſtri
Anno primo

Innocētiꝰ. iiij. ꝙ nemo deferat habitū fratrū minoꝝ neqȝ ei ſimilem: niſi fuerit eiuſdem ordinis.

INnocentiꝰ epūs ſeruus ſeruo
rum dei. Venerabilibꝰ fratribꝰ archiepis ⁊ epis p̄ntes lit
teras inſpecturis, Salutē ⁊ apoſtolicā bn̄dictionē: q2 cō
fuſio habitus ſepe cōfuſionē inducit ordinū ⁊ etiā animo
rū: auctoritate apoſtolica diſtricte duximus inhibendū: vt ſi nō ſit in re
ligionis ordine fratrū conſtitutus: habitū, dilectoꝝ filioꝝ fratrū minoꝝ
aut ita cōſimile ꝙ ꝓpter eum frater minor credi poſſit: deferre nō lice-
at abſqȝ mandato ſedis apl'ice ſpeciali. Volumꝰ ergo ⁊ fraternitati ve-
ſtre per apl'ica ſcripta mādamꝰ quatenus ſinguli veſtrū in ſuis ciuitati-
bus ⁊ dioceſibus illos qui prefatum habitū vel p̄dicto modo cōſimilē
cōtra inhibitionē noſtrā deferre p̄ſumpſerint: ad deponendū ipſum cū
ab ipſis fratribus fuerint requiſiti monitiōe premiſſa ſublatiōis obſta-
culo cōpellatis. Datum lateran̄. tertio kl's decembris pontificatus no-
ſtri Anno primo.

Innocētiꝰ. iiij. ꝙ p̄lati fratrū minoꝝ poſſint abſoluere ⁊ diſpenſare ſuper irregularitate.

INnocentius ep̄s ſeruꝰ ſeruo-
rū dei dilectis filijs generali ⁊ ꝓuincialibus miniſtris or
dinis fratrum minoꝝ p̄ntes lr̄as inſpecturis: Salutem
⁊ apl'icā bn̄dictionē: licet ad hoc fratrū vr̄i ordinis pia d
ſudet intentio vt ab eis in his q̄ faciunt prudēter ⁊ prouide ꝓcedať: per
hoc ⁊ ſue religioni ꝓficere ⁊ dei cupiētes eccleſiā honorare: tn̄ aliquan-
do ex cōditionis humane ꝯtingit fragilitate ꝙ quidā ex ipſis excedunt
in caſibus in q̄bus excōicatiōis ſn̄iam ⁊ notā irregularitatis incurrunt.
Quare ſupplicatiōe humili poſtulaſtis vt cū viri ꝯtēplatiōi dediti ſint
in religionis fauorē a diſcurſibus cohibēdi ac ꝓpter viarū pericula eiſ
dem fratribus ad nr̄am ⁊ dioceſanoꝝ p̄ntiam impediať acceſſus: ſuꝑ
hoc ꝓuidere de benignitate ſolita curaremꝰ. Nos itaqȝ pie volentes ꝙ
veſtra deuotio in his q̄ digne poſſumus ſedē apl'icam reperiſſe gaude-
at gratioſam: vt ſinguli veſtrū in ꝓuincijs ſibi cōmiſſis p̄dictis fratribꝰ
cōſtitutis ibidē abſolutiōe ac diſpenſatiōe indigētibꝰ ſiue anteq̄ȝ ordi-
nē intrauerint ſiue poſtea in caſibꝰ exceſſerūt memoratis: de cōſilio diſ-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

cretoꝝ fratrum qui litterati ſint ⁊ deum timētes impartiri valeant ab-
ſolutionis beneficiū ⁊ diſpēſare cum eis iuxta formaz archiepīs ⁊ epīs
ſuper hoc ab aplīca ſede tradita vobis auctoritate pñtium cōcedimus
facultatem, niſi adeo grauis ⁊ enormis fuerit exceſſus: ꝙ merito ſint ad
ſedem aplīcam deſtinādi. Nulli ergo oīno hoīum liceat hanc paginam
noſtre cōceſſionis ⁊ voluntatis infringere: vel ei auſu temerario contra-
ire. Si quis aūt hoc attentare preſumpſerit: in dignationem oīpotentis
dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli aplōrum eius ſe nouerit in curſurum. Da
tum laterani tertio kl's nouembris pontificatus nrī Anno p̄mo

Innocēti⁹, iiij. ꝙ fratres mi-nores nō reci-piāt frēs ordi-nis p̄dicatoꝝ.

Innocenti⁹ epūs ſeru⁹ ſeruoꝝ

dei. Dilectis filijs generali miniſtro ⁊ fratribus ordinis
fratrum minoꝝ. Salutē ⁊ aplīcam bñdictionem: memi
nim⁹ vobis olim in virtute obedientie per nr̄as lr̄as pre
cepiſſe vt fratres p̄dicatores ⁊ eorum ordini voto vel iuramento etiam
obligatos: nullatenus de cetero pretextu indulgentie alicui⁹ vel aliqua
rū lr̄arum obtentarū a ſede aplīca vel etiam obtinēdarū imposterū: q̄
de hoc expreſſam non fecerint mentionē p̄ſumeretis recipere niſi prius
prioris ſui petita licencia foret ⁊ obtenta: decreuimus etiaz irritū ⁊ ina
ne quicquid per vos in hac parte contra preceptū contingeret attentari
ſtatuentes vt hmōi preſumptores incurrerent excōicationis ſniam ipō
facto: a qua nequaꝙ̄ abſolui poſſint niſi ſe ad ſedem aplīcam ab ea ſicut
iuſtum foret abſoluendi perſonaliter p̄ntarent. Verum qꝛ poſtmodum
per aliquas alias lr̄as vobis ⁊ eiſdem fratribus diſtrictius duxim⁹ inhi
bendū: ne ante ꝓbationis elapſum qui eſt maxime in ſubſidium fragili
tatis humane regulariter inſtitutus quēquā ad ꝓfeſſionē veſtroꝝ ordi-
num preſumeretis recipere ſeu ad reuocationem faciendam nec conſti-
tutum in probatione nouicium aliqualiter impedire quo minus infra
eundem probationis annum: ad alia religionem quam mallet tran-
ſire ſicut de ſua procederet libera voluntate. Non obſtante ſtatuto con
trario ſi quod a vobis eſſet editum qđ irritum decernimus ⁊ inane vel a
liquibus litteris a ſede apoſtolica impetratis ſeu impetrandis que de
p̄miſſis expreſſam non facerent mentionem. Et ſi forte contra huiuſmo
di noſtram inhibitionem quemꝙ̄ vos vel dicti fratres reciperetis: qui
taliter receptus exiſteret nullatenus eſſet veſtro vel eorundem fratrum
ordini obligatus. voſꝙ̄ ac ipſi a receptione quorumlibet ad profeſſio-
nem ipſorum: eſſetis ipſo facto ſuſpenſi: inſuper pene deberetis ſubijci
que fratribus ipſorum ordinum pro culpis infligi grauioribus conſue-
uit. Nos quidem de obligatis ordini predictorum fratruz in premiſſis
noſtris duximus litteris ne ipſos recipere preſumatis ſtatuendo vt hu-
iuſmodi preſumptores: ipſo facto ſententiam excōmunicationis incur-
rant. De illis intelligi volumus quos poſt dictum annum probationis
elapſum: eorum conſtiterit ordini obligatos. Nulli ergo omnino homi
num liceat hanc paginā noſtrorum ſtatuti ⁊ voluntatis infringere: vel
ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſe-

rit indignationem omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſto-
lorum eius ſe nouerit in curſurum. Datum apud ciuitatem caſtellanam
octauo kl's Junij pontificatus noſtri Anno primo

Innocēti⁹, iiij. ꝙ p̄lati fratrū miorū poſſint abſoluere venientes ad ordines frēs excōicatos vl p manu⁹ iniectionez impeditos.

Innocenti⁹ epīs ſeru⁹ ſeruorū

dei. Dilectis filijs generali ⁊ ꝓuincialibus miniſtris or-
dinis fratrum minoꝝ. Salutem ⁊ apoſtolicā benedictio
nem: in iure canonico reperitur expreſſum vt ſi quiſꝙ̄ eo
rum qui ſimul viuunt per manus iniectionē in ſocium a canone meruę
rit fieri alienus: prelatus eiuſdem reconciliandi ⁊ pn̄iam imponēdi ple
nariam habeat poteſtatem: niſi atrocitas facti grauiorem pn̄iam expe-
ctet: habetur etiam in eodem ꝙ de ſeculo fugientes qui religionis ha-
bitum in monaſterio receperunt ⁊ inter cetera poſtmodum confitentur
ſe tale cōmiſiſſe delictum per quod ipſo actu excōmunicationis ſenten-
tiam incurrerunt: in religionis fauorem vt ſubtrahatur vagandi mate-
ria per ſuos prelatos abſolutionis beneficium conſequātur verum cuz
perueniat ex veſtre ac fratrum veſtrorum conuerſationis pie meritis ut
quantū cum deo poſſumus vobis pro animarū ſalute gratiaz faciam⁹
deuotioni veſtre preſentiū auctoritate cōcedimus: vt eos ex fratrib⁹ qui
pro iniectiōe manuū in ſe ipōs incurrerūt: excōicatiōis vinculū vel icur
rerēt: aut in id ante ſuſceptum habitū inciderūt: necnō qui relicta vani-
tate ſeculi cupiētes veſtre humilitatis collegio aggregari: ſe aſſerūt ex
cōicatiōe ligatos ne ipſoꝝ ad deū poſſit impediri ꝯuerſio: abſoluere va
leatis: dum iniuriā ⁊ dāna paſſis ſatiſfaciant competenter: illis tn̄ exē-
ptis quorum adeo grauis ⁊ enormis ſint exceſſus: ꝙ merito ſint ad ſe-
dem aplīcam deſtinandi. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginaz
noſtre conceſſionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis
autem hoc attentare preſumpſerit: indignationem oīpotentis dei ⁊ bea
torum petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datum late
rani decimo octauo kl's Januarij pontificatus nrī anno primo

Alexāder, iiij. ꝙ frēs transferētes ſe ď vno loco ad aliū poſſint ſecum trāſferre materiā edificioꝝ locoꝝ q̄ dimittūt ⁊ libros: calices ⁊ paramēta ⁊c. huiuſmodi: exceptiſ eccleſijs.

no. h. c. j de exce ſi plato. h. 6 et. l. §. ti. X. pti. j.

Alexander epūs ſeruus ſeruo-

rum dei generali miniſtro ⁊ prouincialibus cuſtodibus ⁊
guardianis necnon ⁊ vniuerſis fratribus de ordine fratrū
minorum Salutem ⁊ apoſtolicam benedictionem. Ex pte
veſtra fuit propoſitum coram nobis ꝙ nonnulli archiepī ⁊ epiſcopi ⁊
alij eccleſiarum prelati cum fratres veſtri ordinis de locis ſuis ad alia
loca ei ⁊ ipſi ordini pia ſedis apoſtolice vel aliorum chriſti fidelium li-
beralitate conceſſa transferri contigerit: priora loca violenter occu-
pant: ⁊ tam ea ꝙ̄ libros calices ⁊ paramenta ſibi vendicare preſumāt
in animarum diſpendium dicti ordinis preiudicium ⁊ ſcandalum plu-
rimorum. Nos igitur ſuper his paterna ſollicitudine prouidere vo-
lentes: vt liceat eiſdem fratribus cum de prioribus locis ad alia lo-
ca ſe transferunt: tam edificia ſeu omnem edificiorum materiam
locorum que dimittunt: exceptis dumtaxat eccleſijs: ꝙ̄ libros:

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

calices ⁊ paramenta predicta ad alia loca tranſferre : ac edificia ipſa cum ſolo ⁊ alijs ad eadem loca pertinentibus / preter eccleſiã: per procuratores a vobis filijs miniſtris ad hoc deputatos vendere : ipſorũq3 precium in aliorum locorum ad que dicti fratres ſe tranſferunt edificationem ſeu alias in eorũ vtilitatem conuertere. Cum ipſa priora loca ⁊ alia loca fratrum ad nos ⁊ apoſtolicam ſedem ſpecialiter ꝑtinere noſcãtur preſentium auctoritate indulgemus diſtrictius inhibentes ne aliquis predictorum prelatorum ſeu queuis alia perſona eccleſiaſtica vel ſecularis ꝓdicta bona ſeu loca occupare accipere ſeu vſurpare aut quocunq3 modo ſibi vendicare preſumant abſq3 licẽcia ſedis apoſtolice ſpeciali. Decernẽdo irritum ⁊ inane quicquid contra huiuſmodi conceſſionem ⁊ inhibitionem noſtrã per quoſcunq3 fuerit attentatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre cõceſſionis ⁊ inhibitionis infringere: vel ei auſu temerario contraire : ſiquis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotẽtis dei ⁊ beatorũ petri ⁊ pauli apoſtolorum eiꝰ ſe nouerit incurſurum. Datum ananie duodecimo kl's nouembris: pontificatus noſtri Anno Primo.

Alexander 4ꝰ cõfirmat priuilegia ordinis.

Alexander epũs ſeruus ſeruorum

rum dei generali miniſtro ⁊ vniuerſis fratribꝰ ordinis fratrum minorum: ſalutem ⁊ apoſtolicã benedictionem. Quia ordinem veſtrũ ſpeciali affectione fouemus : ⁊ fauoris prerogatiua proſequimur: eo maiorem circa vos curam gerimꝰ: quo ſinceriori vos in domino complectimur charitate: tantoq3 magis menti nr̃e de vobis ſollicitudo ſuggeritur : quanto precipua dilectio quã ad ordinem ipſum habemus pro vobis fortius interpellat. Cum igitur ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis fe. re. recordationis gregorij romani pontificis predeceſſoris noſtri nõnulla priuilegia ⁊ quaſdam litteras ⁊ indulgentias vobis ⁊ ordini veſtro conceſſerint gratioſe nos veſtris ſupplicationibus inclinati: priuilegia: indulgẽtias ⁊ litteras huiuſmodi uobis ⁊ eidem ordini auctoritate apoſtolica confirmantes: preſentium vobis auctoritate cõcedimus: vt illis vti libere valeatis. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationẽ omnipotẽtis dei ⁊ beatorũ petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datũ neapolis pridie kl's maij. Pontificatus noſtri Anno Primo.

Nicolaus 4ꝰ ꝙ ſi cõtigat loca in qbꝰ hitãt frẽs eccl'iaſtico ſuppõi ĩtdicto cuꝫ clauſuia ⁊ nõ obſtãtibꝰ ꝓuilegijs qbuſcũq3 religioſis ꝯceſſis ⁊ oĩa ſacramẽta ĩ eis ꝓhiberi: ꝙ fratres pſſt diuia celebrare ⁊ recipe ſacramenta clauſis ianuis. ⁊c̃.

Nicolaus epiſcopus ſeruus ſer

uorum dei Dilectis filijs miniſtro ⁊ fratribꝰ ordinis minorum Salutem ⁊ apoſtolicam benedictionem: meritis veſtre religionis inducimur: vt petitionibꝰ veſtris in his que animarum ſalutem continent : fauorabiliter annuamus. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat ꝙ cõtingit inter duꝫ ciuitates ⁊ alia loca in quibus habitatis ſupponi eccleſiaſtico inter

dicto: ⁊ non obſtantibus aliquibus priuilegijs ſeu indulgentijs quibuſcunq3 religioſis ab apoſtolica ſede conceſſis: (exceptis baptiſmate paruulorum ⁊ penitentijs morientium) omnia in eis eccleſiaſtica ſacramenta prohiberi : propter quod ſine conſcientiarũ veſtrarum diſpendio confiteri peccata ⁊ ab ipſis abſolui ac diuina celebrare officia interdicto durante huiuſmodi non poteſtis: nec etiam eucbariſtie ac vnctionis extreme in mortis articulo recipere ſacramenta: ſuper quo per ſedẽ apoſtolicam petiuiſtis humiliter vobis de ſalutari remedio prouideri. Nos itaq3 veſtris ſupplicationibus inclinati: vt tempore talis interdicti: veſtra confiteri peccata ⁊ ab ipſis abſolui: ac ſimul legere diuinuꝫ officiũ miſſas celebrare ianuis clauſis: non pulſatis campanis: voce ſubmiſſa: excõmunicatis ⁊ interdictis ac omnibus perſonis que non ſunt de ordine veſtro excluſis : necnon temporibus conſuetis iuxta morem veſtri ordinis ſacre communionis ⁊ vnctionis extreme ſacramenta recipere: prohibitione huiuſmodi ſeu aliquibus litteris ſuper hoc a ſede predicta impetrandis que de ordine predicto ⁊ hac indulgentia ſpecialem non fecerit mentionem nequaq3 obſtantibꝰ valeatis: vobis aucoritate preſentiũ indulgemus. Nulli ergo omnino hominũ liceat hãc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire : ſi quis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurũ. Datum reate octauo Kl's ſeptembris Pontificatꝰ noſtri Anno Primo

Innocẽtiꝰ 4ꝰ ꝙ frẽs poſſint in terris excõmunicatorum recipere neceſſaria.

Innocẽtius epiſcopus ſeruus

ſeruorum dei dilectis filijs generali miniſtro ⁊ vniuerſis fratribꝰ de ordine fratrũ minoꝝ preſentes litteras inſpecturis Salutẽ ⁊ apoſtolicã benedictionem. Uobis extremam patientibus pro chriſti nomine paupertatem : dignum eſt cõcedere ab apoſtolice ſedis gratia per quod ⁊ neceſſitati veſtre cõſulitur: ⁊ benefactoribus veſtris ſalutis meritum procuratur: hinc eſt ꝙ nos quorũ depoſcit officium iuſtis annuere deſiderijs deuotorum: veſtre precibus humilitatis inducti vt vos qui exhortationis pie ſtudio bonos ad potiora dirigitis: ⁊ errantes in rectitudinis ſemitam laudabiliter reuocatis: in excõmunicatorum terris libere cõmorari ⁊ ab eis tunc ac etiam quãdo vos per ipſos tranſire contigerit: neceſſaria vite depoſcere ac accipere valeatis : vobis auctoritate preſentiũ concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſiõis infringere: vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autẽ hoc attẽtare preſũpſerit: indignationẽ oĩpotẽtis dei ⁊ btõꝝ petri ⁊ pauli apl'orũ eiꝰ ſe nouĩt icurſuꝝ. Datũ laterani vndecimo kl's decẽbr. põtificatꝰ nr̃i ãno. i.

Innocẽtiꝰ 4ꝰ ꝙ frẽs in terr excõicatorum poſſit celebrare ianuis clauſis.

Innocentius epũs ſeruus ſer

uorum dei Dilectis filijs generali ⁊ prouincialibꝰ ceteriſq3 fratribꝰ ordinis fratrũ minorũ Salutem ⁊ apl'icam benedictionẽ eis qui ſanãdis aiaꝝ morbis verbo medẽtes

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

⁊ opere ſolerter inuigilant: illa de ſpeciali gratia indulgemus: per q̄ diuinis ſuffulti preſidijs: tutius ⁊ vtilius valeāt hominum ſalutem procurare: hinc eſt ꝙ veſtris deuotis ſupplicationibꝰ inclinati: pñtium vobis auctoritate concedimꝰ vt cum ad loca interdicto ſuppoſita vos venire contigerit: poſſitis in eis excōmunicatis ⁊ interdictis excluſis ſubmiſſa voce ⁊ non pulſatis cāpanis diuina officia celebrare: niſi id vobis fuerit ſpecialr̄ interdictū. Nulli ḡ oīno hoīnū liceat hāc paginā nr̄e īdulti aut cōceſſionis infringere: vl' ei auſu temerario ꝯtraire: ſiqs āt h̄ attētare p̄ſūpſerit: indignationē oipotētꝫ dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli aplōꝝ eiꝰ ſe nouerit icurſurū. Datū augduni idibꝰ ianuarij Pōtificatꝰ nr̄i Anno Tertio

Clemēs 4ꝰ ꝙ infrigētes ſeu violātes loca fratrū minorū ſint excōicati.

CLemens epūs ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs generali ⁊ vniuerſis miniſtris guardianis ac fratribus de ordine fratrum minoꝝ ſalutē ⁊ apoſtolicā benedictionē. In quibuſdā locis aliquādo prout accepimus pſecutiones ⁊ anguſtias ſuſtinetis: vt vix ſit vobis poſſibile ꝙ ibidem cōditori omniū valeatis prout cupitis deuotꝫ impendere famulatum: hinc eſt ꝙ nos veſtre prouidere quieti ⁊ malignorum malicijs obuiare volētes: vt nullus decetero eccl'ias aut loca veſtra auſu temerario preſumat infringere aut in illis violentiā dānabilem exercere auctoritate preſentiū inhibemus: illi vero qui diuini nōis poſtpoſito timore: ſecus facere preſumpſerint: ipſo facto ſentenciā excomunicationis incurrāt a q̄ nō poſſint abſolui niſi per ſedē apoſtolicaꝫ vel ꝑ conſeruatores ab ea vobis aut eidem ordini deputatos. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nr̄e inhibitionis infringere vel ei auſu temerario cōtraire: ſiqs aūt hoc attētare p̄ſumpſerit indignationē oipotētis dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli aplōꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſurū. Datum peruſij Tertio kl's iullij Pontificatus noſtri Anno Primo

Sixtus q̄rtus declarat ꝙ reuocatio indulgentiaꝝ nō intelligatur de idulgētijs fratrum minorū

DILECTO FILIO viario generali omniū fratrū minorū regularis obſeruātie vltramontanoꝝ.

SIXTUS PAPA.IIII.

DIlecti fili Salutem ⁊ aplicā benedictionē. Supioribꝰ diebꝰ ad querelā multoꝝ p̄latoꝝ eccl'iaſticoꝝ nobis factā ſup qbuſdā exceſſibꝰ aliq̄rū fratrū de ordinibꝰ mēdicātiū ⁊ p̄ſertim minoꝝ ꝓuidere ac ſcādalis q̄ inde ꝓuenire poſſent occurrere cupiētes: quaſdā lr̄as nr̄as fecimꝰ q̄ incipiūt ad futurā rei memoriā: Dū cōtigit interdū ad romani pōtificis deduci memoriā ⁊c. Et cū in p̄fatis lr̄is infraſcripta ponunť v̄ba approbatione indulgētiaꝝ hmōi cōceſſaꝝ a p̄deceſſoribus nr̄is viſitātibꝰ eccl'ias dictoꝝ ordinū ⁊ pia ſuffragia ibidē erogātibus aut alia pia opa exercētibꝰ memorata ⁊ illaꝝ de nouo ac aliaꝝ q̄s p̄dictis ordinibꝰ ſeu alicui eoꝝ in ſpecie ⁊ demū reciproce vt p̄ſertur ⁊ illas cōcernētia facultates ⁊ indulta quecūqꝫ auctoritate aplica ad nr̄um et dicte ſedis beneplacitū pñtiū tenore ſuſpēdimꝰ. Dubitať a pleriſqꝫ ne

prefata clauſula q̄ dicitť ſcilꝫ facultates ⁊ indulta q̄cūqꝫ includat ſuſpēſionē omnium priuilegiorū ⁊ indultorum a nobis vel predeceſſoribus noſtris dictis ordinibꝰ mendicantiū conceſſaꝝ cuiuſcūqꝫ facultatis vel tenoris exiſtant humiliter declarari petijſti. Nos igiť paterno affectu materiā iurgioꝝ amputare volētes: tuis ſupplicatiōibꝰ inclinati auctoritate aplica tenore preſentiū declaramus ⁊ decernimꝰ prefatā clauſulam ſolū referri debere ad facultates ⁊ indulta quēcunqꝫ indulgentiarū ⁊ abſolutionū ⁊ remiſſionū peccatoꝝ perſonas quaſlibet que non ſunt dictoꝝ ordinum ac monialiū vel ſororum tertij ordinis collegialiter viuentiū: vel eoꝝ cuiuſcunqꝫ ſeruiētes eiſdem cōtinue concernētia: ⁊ non ad alias facultates ſeu indulta a nobis vel predeceſſoribus noſtris eiſdem ordinibꝰ conceſſa: que oia ⁊ etiam quo ad indulgentias et peccatorum remiſſiones tēporales non plenarias in ſuo robore ꝑdurare volumus ⁊ decernimus. Nō obſtātibꝰ prefatis litteris nr̄is ac alijs quibuſcūqꝫ: Verū qꝛ difficile foret has litteras ad diuerſas mundi partes mittere: volumus ⁊ auctoritate apoſtolica decernimus: ꝙ harum tranſumpto manu publici notarij ſuſcripto ⁊ ſigillo officij tui munito: tanqꝫ preſentibus litteris originalibus firmiter ſtetur: ⁊ ea fides adhibeatur: ac ſi cedere originales littere exhibite vel oſtenſe forent. Datum rome apud ſanctū petrum ſub annulo piſcatoris die decima nona marcij Milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſecundo Pontificatꝰ nr̄i anno. xi.

Sixtꝰ quartꝰ ꝙ licētia data fratribꝰ minoribus ſuccedēdi etiam ab inteſtato nō intelligať de obſeruantibus.

SIxtus papa quartus vniuerſis ⁊ ſingulis preſentes lr̄as inſpecturis Salutē ⁊ apoſtolicam benedictionē. Licet nos dudū ad importunaꝫ nōnulloꝝ inſtantiā conceſſerimus per certas lr̄as nr̄as etiā quarūdem aliarū predeceſſoꝝ nr̄oꝝ cōfirmatorias vt generaliter fr̄es ordinis minoꝝ poſſint in hereditate ſuccedere parētibꝰ ⁊ ꝯſanguineis ſuis mortuis ⁊ morituris ab inteſtato: hereditateſqꝫ eoꝝ adire ⁊ tenere prout in eiſdē litteris noſtris quarum tenores hic pro ſufficiēter expreſſis haberi volumus plenius continetur. Nihilominus cum deſideremus familiā ⁊ fratres dicti ordinis de obſeruātia nuncupatos ſub cura vicarij generalis viuentes quos paterno ꝓſequimur affectu in ſua regular i obſeruātia cōſeruare nec dari eis materiā alicuiꝰ ſcādali vł' inqetudinis cum id expreſſe aduerſeť eoꝝ emiſſe ꝓfeſſiōi ⁊ ꝓmiſſe paupꝫtati: tenore pñtiū ex certa nr̄a ſciētia decernimꝰ pariť ⁊ declaramꝰ mētis ac intētionis nr̄e fuiſſe ⁊ eē vt p̄dicte nr̄e ⁊ alie ſimiles lr̄e circa ſucceſſionē hereditatū hmōi ad fr̄es familie d obſ̄uātia ſe nullatenꝰ extēdāť. nec eis aut eoꝝ alicui i iudicio vł' extra q̄quomō ſuffrageť: neqꝫ vim aliquam habeant ſeu hēre cēſeāť: mādātes i v̄tute ſancte obediētie omnibꝰ fratribus eiuſdē familie de obſ̄uātia: ne quis eoꝝ ꝯceſſione huiuſmodi vti velle preſumat quouis p̄textu vel colore quinimmo in puritate ſue regule ſicut decet eos permaneāt perinde ac ſi lr̄e predicte nūq̄ emanaſſent in cōtrariū faciēn nō obſtātibꝰ qbuſcūqꝫ. Ceterū qꝛ difficile foret pn̄s breue ad oia in qbꝰ opꝰ eſt loca deferri: volumus vt illius.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tranſſumpto manu publici alicuius notarij ſcripto. Et ſigillo vicarij ge
neralis predicti munito: ea prorſus vbiq̧ fides adhibeatur que adhi-
beretur ſi idem breue originaliter produceretur vel oſtenderetur. Datū
rome apud ſanctum petrū ſub anulo piſcatoris die ſeptimo auguſti pō
tificatus noſtri Anno quarto

Sixtus q̄rtus declaratio que daȝ ſixti pape quarti ſup regulā fratrum minoꝝ ad inſtanciaȝ miniſtrorum.

Sixtus ep̄us ſeruus ſeruoruȝ

dei ad perpetuam rei memoriam. Circūſpecta apoſtoli
ce ſedis benignitas ſalutis operibus ſemꝑ intenta: ad
ea precipue ſue ſollicitudinis ſtudium conuertit per que
chriſti fideles ſinguli preſertim ſub ſuaui religionis iu-
go altiſſimo famulantes: ſemotis ſcrupulis vniuerſis in pacis tranqui-
litate ⁊ conſciencie puritate illi cui ſe ſponte deuouerunt vota ſua exolue
re valeant. cenſuras ⁊ penas aliquando reuocando: interdum vero limi
tando prout conſpicit in domino ſalubriter expedire. Sane ꝓ parte di-
lectorum filiorum miniſtri generalis ⁊ vniuerſorum fratruȝ ordinis fra
trum minorum nobis nuper exhibita petitio continebat ꝙ licet multis
fratribus eiuſdem ordinis ſatis durum ⁊ difficile ſit regulam beati fran
ciſci tenere ac ad ſuarum ſalutem animarum ſufficere videatur regulā
ipſam laudabiliter obſeruare: nihilominus quia nonnulli romani pon-
tifices predeceſſores noſtri ⁊ alij ac etiam generalis ⁊ fratres ipſius or-
dinis feruore deuotionis accenſi vltra dictam regulam nonnulla ſtatu-
ta ⁊ ordinationes ſiue conſtitutiones fecerint per que aliqua eiſdem fra-
tribus prohibentur: vtputa comedere carnes in natiuitatis reſurrectio
nis ⁊ aſcenſionis domini noſtri ieſu chriſti ⁊ penthecoſtes ac beatorum
petri ⁊ pauli apoſtolorum ceteriſq̧ alijs feſtiuitatibus ⁊ diebus. que-
dam vero alia ipſis precipiuntur fieri ſub excōmunicationis vel alijs cē
ſuris eccleſiaſticis ſeu alijs penis quas contrafacientes ipſo facto incur-
runt multi propterea dicti ordinis fratres contrafaciēdo cenſuris ⁊ pe
nis taliter latis ſepenumero inuoluūtur ⁊ illaqueātur: vnde ſtatuta ⁊ or-
dinationes predicta potius ad animarum ſuarum diſpendium q̄ȝ ſalu
tem edificare videntur. Uerum ſi cenſure ⁊ pene predicte in contrafaci-
entes vt prefertur ipſo facto: late in cōminatorias ⁊ infligendas aut tē
porales penas mutarentur: profecto ſaluti plurimorum opportune cō-
ſulentur. Quare pro parte miniſtri ⁊ fratrum predictoꝝ nobis fuit hūi-
liter ſupplicatū vt ipis in premiſſis opportune ꝓuidere de benignitate
apl'ica dignaremur. Nos igiꝉ qui fideliū aiaꝝ diſpēdijs libēter obuia-
mꝰ eoꝝq̧ ſalutē ſinceris deſiderijs exoptamꝰ: hmōi ſupplicatōib' iĉli-
nati auctoritate apl'ica tenore preſentium ſtatuimus atq̧ decernimus:
ꝙ miniſtri: cuſtodes: Guardiani ⁊ fratres dicti ordinis preſentes ⁊
qui pro tempore fuerint ex ſtatutis ſeu conſuetudinibus vel declarati-
onibus dicti ordinis preter regulam quomodolibet ⁊ a quibuſcūq̧ edi
tis etiam confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia robora-
tis: illis ꝯtra faciendo nulla eccleſiaſtica cēſura nulloq̧ mortalis pecca-
ti vinculo ligari valeant: neq̧ cenſuras ⁊ penas ſeu mortale peccatum

huiuſmodi incurrant: niſi tales eſſent caſus vel exceſſus: qui diuina lege
ſeu precepto romane eccleſie merito inducerent ad mortale: cenſuras
⁊ penas taliter latas harum ſerie reuocantes ⁊ annullantes: illaſq̧ ad
vim cōmutationis penarū cōminatoriarū ⁊ ferendarum ſeu corpora-
les ⁊ temporales penas predictas per generalem miniſtrum: cuſto-
des: guardianos ⁊ alios prelatos ipſius ordinis ferendas ⁊ infligen-
das reducentes: quodq̧ miniſtri: cuſtodes: guardiani ⁊ alij ipſius ordi-
nis prelati predicti corporales ⁊ temporales ſeu alias penas pro non
obſeruatione dictorum ſtatutorum ſecundum qualitatem perſonarum
locorum ⁊ temporum ⁊ alias prout videbitur ſaluti animarum fratruȝ
eorumdem in domino expedire: ferre ⁊ promulgare ac delinquentes
ab illis abſoluere valeant. Non obſtantibus ſtatutis: ordinationibus
⁊ declarationibus premiſſis: quibus quoad hoc expreſſe derogamus ac
conſtitutionibus ⁊ ordinationibus apoſtolicis: necnon alijs ſtatutis et
conſuetudinibus dicti ordinis etiam iuramento confirmatione apoſto
lica vel quauis alia firmitate roboratis contrarijs quibuſcūq̧. Nulli er
go omnino hominum liceat hanc paginam noſtre reuocationis: annul
lationis: ſtatuti: decreti ⁊ derogationis infringere: vel ei auſu temerario
contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationem
omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe noue-
rit incurſurum. Datum rome apud ſanctum Petrum: anno incarna-
tionis dominice milleſimo quadringenteſimo octogeſimo kl's decem
bris Pontificatus noſtri Anno Decimo.

Nicolaus 4ꝰ cōcedit facultatē miniſtris et cuſtodibus inſtituēdi procuratores et ſindicos.

Nicolaus epiſcopus ſeruus ſer

uorum dei dilectis filijs generali ⁊ prouincialibus mini
ſtris ac cuſtodibus vniuerſis ordinis fratruȝ minorum:
Salutem ⁊ apoſtolicam benedictionem. Religionis fa
uor ſub qua virtutuȝ domino deſeruitis ⁊ fructus vberes qui ex veſtris
laboribus in eccleſia vniuerſali diuina gratia cooperante proueniunt
nos inducunt: vt illa vobis fauorabiliter concedamꝰ: per que veſtri or-
dinis pura obſeruantia in ſui vigore ſeruetur: dictiq̧ ordinis profeſſo-
res qui pro nulla re temporali poſſunt in iudicio experiri: excluſis qui-
buſlibet ſollicitudinibus liberius ⁊ quietius diuinis vacēt obſequijs ⁊
officijs: ac offerentiū: donantiū ⁊ concedentium aut in vltima volunta-
te relinquentiū ordini predicto vel fratribus eiuſdem ordinis aliquid
propter deū: pia intentio non fraudetur: ac illorum qui propter deum
ad ipſos reuerentiam non habentes: eos preſumunt in perſonis vel re
bus indebite moleſtare audacia refrenetur. Ea propter nos ſollicitudi
ni qua predictus ordo pro ſuis neceſſitatibus quotiens ingrueret neceſ
ſitas vel vtilitas ſuaderet recurrere ad romanam eccleſiam cogeretur:
ad quam omnium rerum mobilium ⁊ immobilium quibus fratres ipſi
vti poſſunt: ius proprietas ⁊ dominium nullo medio ſpectat: penſata
incomoditate ſeu difficultate que per hoc ingeri poſſet fratribus ſupra-

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

dictis benignius indulgētes. Volētes quoq; heredum ⁊ executorum
negligentijs ⁊ moleſtatorum ipſorum fratrum inſolentijs obuiare: vt
fratres ſecundum modos licitos ⁊ congruos ipi ordini: relictis ſibi in
teſtamentis ⁊ elemoſynis non fraudentur eiſq; de iniuriatoribus ipis
exhibeatur iuſticie complementū: ac ſperātes ꝙ his que pro ſtatu pro-
ſpero dictorum fratrum ⁊ ordinis augenda fuerint per nos eo ſalubri⁹
⁊ vtilius conſuletur: quo maiori fueritis in hac parte auctoritate muni-
ti: diſcretioni veſtre de qua plenam in domino fiduciam obtinem⁹: ſpe-
ciales perſonas que non ſint de ipſo ordine nominandi pro locorum ⁊
fratrum indigentia ſingulorū quas perſonas per vos taliter nomina-
tas: in his adminiſtrationē legitimam generalē ⁊ liberā gerere ⁊ ipos
veros adminiſtratores ⁊ legitimos procuratores yconomos ſindicos
⁊ actores eſſe de plenitudine poteſtatis preſenttiū auctoritate cōſtituen-
do decernimus: qui res ipſas ⁊ ipſaꝝ rerum precium ⁊ predictas ele
moſynas nomine ipſius eccl'ie recipiāt per eoſdem in fratrum ipoꝝum
vtilitates prout eis licet ex regula vel ex declaratione regule cōuerten-
da ſicut ⁊ quando a te fili generalis ⁊ ſingulis alijs veſtrū in prouincia
vel cuſtodia ſibi decreta vel ab eiſdem fratribus de aſſenſu veſtro extite-
rint requiſiti: ac eedem pſone petēdi: exigendi: recipiendi: aliniādi predi
cta trāſigendi quoq; ⁊ paciſcēdi: conueniēdi: impetrandi litteras apo-
ſtolicas vel alias: iuſticiam vel gratiā continentes in iudices ⁊ loca con
ueniendi ⁊ recuſandi: compromittēdi ⁊ remittēdi: refutandi quietatio-
nes: faciendi agendi: defendendi ac in animas eorum de calumnia et
veritate dicenda iurandi: ⁊ cuiuſlibet alteri⁹ generis iuramentū preſtā
di: ſentenciā ſeu ſentencias diffinitiuas ſeu interlocutorias audiēdi: nec
non appellandi appellationis ſeu appellationū cauſas proſequēdi: cū
illis ⁊ contra illos qui huiuſmodi res mobiles vel immobiles aut pre-
cium earum vel relictas elemoſynas fratribus in teſtamentis occupa-
rent vel violēter auferrent: ſiue contra voluntatē fratrū quomodolibet
detinerent: ſeu ipſis in pſonis vel rebus aliquas iniurias irrogarent: ⁊
generaliter in omnibus cauſis pro rebus ⁊ locis huiuſmodi ad ipſaꝫ ec
cleſiam ſpectātib⁹ ipſorum fratrū vſui conceſſis: necnon pro predictis
iniurijs ⁊ violētijs: imunitatib⁹: libertatibus ac iurib⁹ ⁊ priuilegijs eo
rūdem ſine cuiuſlibet ſatiſdationis ⁊ cautionis onere plenam liberā ge-
neralem auctoritatē ap̄licā in iudicio ⁊ extra iudiciū poteſtatē reuocan
di quoq; perſonas eaſdem ⁊ earū quālibet ac alias eis ſubrogandi vel
nominandi per ſupradictū modū nominationis quotiēs opportunuꝫ
fuerit qui eādem in predictis vel ſimilem habeāt poteſtatē plenā vel li-
beram concedim⁹ auctoritate preſentiū facultatem. Nulli ergo omni-
no hominū liceat hanc paginā nr̄e conceſſionis vel cōſtitutionis infrin-
gere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare pre
ſumpſerit: indignationem omnipotētis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli
apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum apud vrbem veterēꝫ
decimo kl's ſeptembris pontificatus noſtri Anno Tertio.

IOannes epūs ſeruus ſeruoꝝ
dei dilectis in xp̄o filijs generali ⁊ p̄uincialib⁹ miniſtris
ac vniuerſis cuſtodibus guardianis ⁊ ſingulis fratribus
de ordine fratrū minorū Salutem ⁊ apoſtolicam benedi
ctionem: filiationi veſtre indulgentias ordini veſtro conceſſas per pre-
deceſſores noſtros ⁊ per nos facimus manifeſtas ⁊ confirmatas ſicut
inferius annotantur: videlicet in feſtiuitatib⁹ beate marie virginis bea
torum franciſci: antonij: ludouici ⁊ beate clare in conſecrationibus eccle
ſiarum altariūq; ⁊ vocabulis earum ⁊ per octauas: eſt data indulgen-
tia decem annorum ⁊ dierum quinquaginta a ſummis potificibus: vi-
delicet alexandro quarto: innocentio quarto: clemente quarto: vrbano
quarto: nicolao tertio: gregorio nono: nicolao quarto. Idem alexāder
quartus omnibus accedeutibus ad loca veſtri ordinis ſiue ad audien-
dum verbum dei ſiue ad audiendum miſſas beate marie virginis vel
beati franciſci dum cantantur dedit indulgentiam centū dieruꝫ. Idem
etiam papa omnibus viſitantibus loca fratrum minorum dedit indul-
gentiam quadraginta dierū. Idem innocentius quartus pro eadē cau
ſa dies quadraginta. Item idem innocentius omnibus porrigentibus
manus adiutrices fratrib⁹ minoribus ſiue in domibus eorū ſiue eunti-
bus per viam quadraginta dies. Item nicolaus tertius pro eadeꝫ cau
ſa dies quadraginta. Item clemens quartus pro eadem cauſa dieruꝫ
centum. Item eiſdem omnib⁹ viſitantibus eccleſias fratrum minorum
totiens quotiēs cauſa deuotionis octoginta dierū. Item fratres dicti
ordinis in omnibus predicationibus ſuis extra domum ſuam poſſint
dare octoginta dies indulgentie: in domibus autem ſuis centum vltra
predictas indulgentias. Item nicolaus quartus in miſſaruꝫ ſolennijs
beate virginis ⁊ beati franciſci dedit indulgentiam centum dierum.
Item benedictus vndecimus accedentibus ad loca fratrum minorum
in ſolennitatibus eorum centum dies. Iteꝫ nicolaus quartus dedit in
dulgentiam vnius anni ⁊ dierum quadraginta accedentibus ad loca
predictorum fratrum cauſa deuotionis. Item omnibus accedentibus
ad loca veſtri ordinis cauſa deuotionis quocunq; tempore die vel ho-
ra licet non ſit aliquod feſtum conceſſa eſt indulgentia a pluribus ro
manis pontificibus annorum duorum ⁊ dierum quadraginta. Nos
igitur veſtris pijs precibus inclinati ſalutem ⁊ profectum anima-
rum benignius intendentes: de omnipotentis dei miſericordia ⁊ bea
torum Petri ⁊ Pauli apoſtolorum eius quorum vicem licet imme
riti gerimus auctoritate confiſi: eaſdem omnes indulgentias veſtro
ordini per predictos noſtros predeceſſores conceſſas omnibus ve-
re penitentibus ⁊ confeſſis concedimus ⁊ confirmamus. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum conceſſionum ⁊ cō
firmationum infringere vel ei auſu temerario cōtraire: ſiquis autē hoc

Joannes 22 ꝯfirmat indulgentias a ſuis predeceſſorib⁹ ordini conceſſas.

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

attentare preſumpſerit indignationem oipotentis dei ⁊ beatorum pe-
tri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſuruꝫ. Datum auinione põ
tificatus nr̃i Anno quinto decimo.

Bñdictus .xj. ꝯcedit exẽptionẽ copioſaꝫ ordinariorum vt bonifacius viij. ⁊ nicolaꝰ quartus

Benedictus epũs ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs generali ⁊ ꝓuincialibꝰ ac vniuerſis fratribus ordinis fratrum minorum. Salutem ⁊ apoſtolicam benedictionem. Inter ceteros ordines quos celeſtis agricole ſumma benignitas in horto plantauit eccleſie: fratrũ minorum ordinẽ iam per orbis ꝓuincias ſuperna gratia ꝓpagante diffuſum: dum minori fungeremur officio ſincera charitate dilexerimus: ad ſtatum eius feliciter ꝓmouendũ ſollicitis ſtudijs intendentes: nec minuit vtiq; ſed auxit potius circa ipſum prehabite dilectionis affectum perſone noſtre ſubſecuta promotio ad apicem apoſtolice dignitatis: cum tanto ꝓpenſius ad ipſius ordinis intendamꝰ augmentũ: quanto nobis facultas preſtantior quãq; noſtris non exigẽtibus meritis noſcitur celitus attributa. Licet igitur nõnulli romani pontifices p̃deceſſores noſtri prefatum ordinem a prelatoꝝ iuriſdictione quorũlibet prorſus exemerint: ipſumq; fore decreuerint per ipſorum litteras ſpeciales exemptuꝫ Nos tamen ordinem ipſum ob ſalutis fructus innumeros qui ex ipſo noſcuntur animabus fidelium prouenire gerentes in viſceribus charitatis. Et propterea nolentes omnino vt quiſquam cuiuſcũq; ſit ordinis dignitatis conditionis aut ſtatus vos generaliter vel ſpecialiter ac prefatum ordineꝫ ſuper exemptionem ipſius ac alijs veſtris dicti ordinis libertatibus ⁊ imunitatibus quibuſcũq; ſub quauis forma vel expreſſiõe verborum vobis ⁊ eidem ordini ab apoſtolica ſede conceſſis: impugnare impedire ac turbare valeat: vel quomodolibet moleſtare: vos ⁊ ordinem ipſum ab oĩum ⁊ ſingulorum quorũlibet prelatorum ⁊ perſonarũ eccleſiaſticarum oĩmoda poteſtate ac iuriſdictione prorſus eximimꝰ de apoſtolice plenitudine poteſtatis, ita ꝙ nec etiam rõne delicti ꝯmiſſi vel initi contractus aut rei ſite poſite vel exiſtentis contra loca veſtra exempta poſſitis coram eis non obſtante conſtitutione felicis recordationis Innocencij pape quarti predeceſſoris noſtris in contrariuꝫ edita impeti moleſtare ſeu quomodolibet contra venire: decernentes vos ⁊ ordinẽ ip̃m immediate eidem ſedi ac ſoli tantũmodo romano pontifici ſubiacere. Eccleſias inſuper oratoria domos ac loca que tenetis ⁊ inhabitatis ad preſens ac tenebitis ⁊ inhabitabitis in futurum dum ⁊ quotiens vos illa tenere : ⁊ inhabitare contigerit: exempta prorſus exiſtere nulloq; medio ſedi ſubeſſe decernimus prelibate. Nulli ergo oĩno hoium liceat hanc paginam noſtre exemptionis decreti derogationis ⁊ conſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autẽ hoc attentare preſumpſerit: indignationẽ omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Datum rome apud ſanctuꝫ petrum quarto nonas aprilis pontificatus noſtri anno primo

Gregoriuſ .ix. ꝙ p̃lati eccl'iarum debẽt fratribus p̃dicãtibus neceſſaria miſtrare ⁊ populũ eius ꝯuocare ⁊ ꝙ tunc poſſunt ꝯfeſſiones audire.

Gregoriuſ epus ſeruus ſeruorũ dei. Venerabilibꝰ fratribus archiep̃is ⁊ ep̃is ac dilectis filijs abbatibꝰ prioribus decanis archidiaconis plebanis archip̃ſbyteris ⁊ alijs eccleſiaꝝ p̃latis ad quos littere iſte peruenerint. Salutẽ ⁊ apl'icam bñdictionẽ. Qm̃ abundauit iniquitas ⁊ refriguit charitas plurimoꝝ: ſacrũ ordineꝫ dilectoꝝ filioꝝ fratrũ minoꝝ dominꝰ ſuſcitauit qui nõ que ſua ſed que ſunt xp̃i querẽtes tam cõtra ꝓfugandas hereſes quã cõtra peſtes alias mortiferas extirpãdas ſe dedicauerũt euãgelizationi verbi dei in abiectione voluntarie pauptatis. Nos igitur ſanctũ eoꝝ ꝓpoſitum ⁊ neceſſarium miniſteriũ fauore beniuolo ꝓſequẽtes: vniuerſitati veſtre affectuoſe duximus cõmẽdãdos charitatẽ veſtrã rogãtes ⁊ exhortantes in dñ̃o ac ꝑ apl'ica vobis ſcripta mãdantes: quatenus dilectos filios fratres ordinis memorati pro reuerentia diuina ⁊ noſtra ad officium predicandi ad quod ſunt ex ꝓfeſſione ſui ordinis deputati: benigne recipere ꝓcuretis ac populos vobis cõmiſſos vt ex ore ipſoꝝ verbi dei ſemen deuote ſuſcipiant admonentes: etiã in ſuis neceſſitatibus liberaliter aſſiſtatis, nec impediatis quo minꝰ illi qui ad predicationẽ eoꝝ acceſſerint: tunc eoꝝ ſacerdotibus valeãt cõfiteri: quatenus ad p̃dicta ſuſcipienda vr̃is exhortatiõibus preparati: tanq; bona ⁊ fructifera terra pro vitiorum tribulis incipiant ſegetes germinare virtutũ: ⁊ dicti fratres per coopatiõnẽ vr̃am ſuſcepti miniſterij curſum feliciter conſumãdo: optatuꝫ reportent ſui laboris fructũ ⁊ finem ſaluteꝫ videlicet aiaꝝ. Quia vero ſepe vitia ſub ſpecie virtutum occulte ſubintrãt: ⁊ angelus ſathane in angelũ lucis ſe plerũq; ſimulate transformat: p̃ſitium auctoritate vobis mãdamus quatenus ſi qui de predictoꝝ fratrum ordine ſe dicentes in veſtris partibus predicauerint: ad queſtum pecuniarum ſe conuertendo ꝑ qð religionẽ ipſorum qui paupertatem profeſſi ſunt contingeret infamari: vos tanq; falſarios capiatis ⁊ condemnetis eoſdem. nulli ergo ⁊c̃. Datum viterbiũ .xj. kl's. Junij pontificatus nr̃i Anno vndecimo

Innocentius. ꝙ frẽs nõ poſſint ꝯueniri ab aliquo niſi facta mẽtiõe huius bulle

Innocentiꝰ epũs ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs generali miniſtro ⁊ vniuerſis fratribus ordinis fratruꝫ minorum. Salutem ⁊ apoſtolicaꝫ bñdictionem. Cum iam per eius gratiam q que mundꝰ abominat̃ aſſumit: veſtri ordinis titulꝰ adeo ſit inſignis: ꝙ vix creditur ab his qui contra vos litteras impetrant ſine malicia ſubticeri: Nos ⁊ illorum obuiare fraudibus ⁊ veſtram innocentiam fauorabiliter confouere volentes: auctoritate preſentium vobis indulgemus: vt nequeatis per lr̃as apoſtolicas conueniri que de hac indulgentia ⁊ veſtro ordine mentionem non fecerint. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis ⁊ indulti infringere: vel ei auſu temerario cõtraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtoloruꝫ eius ſe nouerit incur

Universidad de Salamanca. BGH
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſurum. Datum laterani vndecimo kl's: decembris pontificatus noſtri Anno. primo.

Generale decretum ſacri concilij conſtancieñ. cõſulte ſalubriterq; ſeparãs fratres minores d obſeruãtia ab alijs fratribus conuentualibus.

Generale decretū ſacri cõcilij ɔſtancieñ. cõſulte ſalubriterq; ſeparãs fratres minores de obſeruãtia ab alijs.

SAcroſancta conſtancieñ. ſynodus. Dilectis eccleſie filijs generali ⁊ prouincialibus miniſtris ⁊ cuſtodibus ceteriſq; ordinis minorum prelatis ac fratribus, Salutem ⁊ omnipotentis dei benedictionem, Supplicationibus perſonarum que voto religionis ſunt aſtricte illis preſertim libenter annuimus: quos ad finē tendere conſpicimus per quem perſone ipſe ſub placida tranquillitate iuxta ſuam profeſſionem quieſcant: ac ſedulum ⁊ tranquillum in humilitatis ſpiritu domino valeant reddere famulatum. Nuper ſiquidem pro parte religioſorum virorum guardianorum ⁊ fratrum veſtri ordinis conuentuum videlicet d ſancto andomaro morinenſis de ſagio. ſagienſis de varenis remenſis de dola. biſumtinenſis de lauale. gondonis ceuomanenſis de clecio: nanetenſis de ambaſia: turonenſis de ſancto ioanne: angliacenſis xantenſis de brichorio de toleto: ⁊ fontiniato comitis maleacenſis dioceſum infra prouincias burgundie ⁊ turonie iuxta modum dicti ordinis exiſtētium. Nobis humiliter ſupplicatio preſentata continebat: ꝙ diuina operante clementia. His tēporibus nouiſſimis regularis obſeruantia veſtri iam dicti ordinis in prefatis conuentibus inceperat vigere. ſed varijs obſtantibus impedimentis per miniſtros ⁊ cuſtodes illarum prouinciarum eis preſtitis: in ipſa obſeruantia non mediocriter impediebātur: quorum impedimentorum occaſione ſcandala multa pullulabant. humiliter ⁊ deuote ſupplicantes: quatenus eis de remedio opportuno prouidere dignaremur, Eorum igitur ſupplicationi tanq̃ iuſte benigne annuentes cupientes ſcandala queq; de medio ordinis veſtri tollere atq; vnitate in eo conſeruata fratres in pacis dulcedine confouere: ſtatuimus ⁊ decreuimus eiſdem ſupplicationibus fore prouidendum ⁊ de facto tenore preſentium prouidemus eis iuxta formam per reuerēdiſſimos patres dominos videlicet iordanum epiſcopum albanenſem de vrſinis ipſius ordinis protectorem. Et petrū tituli ſancti chriſogoni preſbyterum cameracenſem vulgariter nuncupatum ſancte eccleſie romane cardinales ⁊ alios ex parte huius ſacri concilij ſuper hoc ſpecialiter deputatos: ordinatam ⁊ traditam atq; per religioſum virum fratrem Joannem de rocha in ſacra pagina profeſſorem ⁊ vicarium in preſenti concilio cui miniſter generalis vna cum pluribus alijs magiſtris ⁊ diſcretis fratribus ordinis veſtri ex vna parte: ⁊ fratres dictos conuentus

repreſentantes ex alia concordatam: videlicet ꝙ fratres predictorū conuentum de cetero quouſq; aliud ſuper hoc per ſacrum generale concilium ordinatum fuerit: poſſint ⁊ valeant quilibet in ſua prouincia eligere de predicta ſtricta obſeruantia vnum fratrem idoneum quem in ſcriptis miniſtro illius prouincie preſentatum: ipſum dictus prouincialis miniſter infra triduum poſt huiuſmodi preſentationem ſuum vicarium cõſtituere debeat ad ipſos regendum in ſolidum loco ⁊ vice eius: ⁊ eis prouidendum in omnibus quibuſcunq; ⁊ ipſis modis quibus ipſe prouincialis miniſter prouidere poſſet eis: ita ꝙ de ipſorum fratrum regimine in nullo ſe poſſint intromittere dicti prouinciales vel cuſtodes ſed ad ipſos vicarios cura ⁊ correctio eorum omnino pertineat: excepto ꝙ ad ſue ſuperioritatis cognitionem miniſter prouincialis poſſit ſi voluerit ipſos viſitare in propria perſona ⁊ tunc punire de conſenſu maiorum ⁊ diſcretorum conuentus: in quo fiet hec viſitatio quicquid punitionis reppererit dignum: quem ſi conſtituere renuerint predicto modo: extunc eiuſdem preſentati conſtitutio ad vicarium miniſtri generalis inferius annotatum deuoluatur ⁊ pertineat abſolute: qui quidem vicarij huiuſmodi trium prouinciarum poſſint ⁊ debeant vna cum fratribus diſcretis ſibi ſubditis forma ſolita in electionibus ordinis preſeruata: inſimul eligere intenſe vnum alium fratrem ad hoc ſufficientem ⁊ idoneum pro eorundem vicariorum correctione ⁊ totius huius ſtricte obſeruantia. In predictis prouincijs meliori regimine quem per eos in ſcriptis miniſtro generali ordinis qui erit pro tempore preſentatum humiliter ipſum miniſter generalis ſuper illos ſuum vicarium conſtituere infra triduum poſt illam preſentationem benigne debeat: ⁊ charitatiue alioquin ipſo triduo tranſacto: ſit ⁊ habeatur vicarius ipſius generalis auctoritate huius ſacri concilij conſtitutus: qui quidem vicarius generalis in ſua congregatione vel alias ſolus poſſit debeat: vicarios prefatos quotiens opus fuerit punire. ⁊ fratribus alijs ſibi ſubditis prouidere in omnibus quibuſcunq; caſibus quibus miniſter generalis eis potuiſſet prouidere: ne ipſos vt ſepius contingit quotiens miniſtro generali indigent longius opporteat euagari. Et pro hac vice primaria conſtituimus in prefatum miniſtri generalis vicarium fratrem Nicolaum Radulphi apud nos de hac laudabili obſeruantia prouidentia ac diligentia ſolerti multipliciter commendatum: quem volumus poſſe deponi quotiens vicarijs ⁊ alijs fratribus diſcretis ſe predictis videbitur expedire. Poſſit tamen generalis miniſter qui eſt ⁊ qui erit pro tempore: ipſos fratres ⁊ conuentus in ſua perſona quotiens voluerit viſitare prelibato vicario non obſtante ⁊ punire ſi quid in dicta viſitatione puniendum reppererit ſicut moris ē in ordine ⁊ alias facere cõſueuit. Verũtñ nõ intēdimꝰ ꝙ p̄fati vicarij ppter mortē depoſitionē ſeu mutationē illoꝝ quoꝝ vice fūgēt: poſſint a ſuis officijs remoueri vel in eis ipediri: niſi ſup hoc aſſenſus maiorum

Attēde q̃d poſſit miniſter p̄uincialis i fratres obſeruantie.

Primꝰ vicarius general' obſeruantie

De ſupioritate miniſtri generalis in frēs obſeruantie.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

vel diſcretorum ſibi ſubdictorum prius interuenerint: ad quos ſemper eos deponere ⁊ alios eligere ante dictis generali ⁊ prouincialibus miniſtris preſentare modo ⁊ forma premiſſis quotiens fuerit opportunũ volumus ⁊ decernimus pertinere. Inſup poſſit ⁊ debeat ipſe vicarius generalis ⁊ ſui ſucceſſores conuentus ſibi ſubditos ad ſtatum dicte ſtricte obſeruantie conſonum: iuxta declarationes ⁊ ſtatuta ſedis apoſtolice ⁊ ordinis reducere: tollendo quaſcunq̧ ſuperfluitates ſiue ſint in rebus mobilibus vel immobilibus quantum fieri poterit bono modo habito ſemper conſilio maiorum ⁊ diſcretorum ſibi obedientium. Eligendo ſi opus eſt aliquos fideles qui ipſas ſuperfluitates auctoritate huius ſacri concilij vendant cõmutent aut alias in operibus conuertant.

Attẽde. ꝙ dat facultas tollẽdi ſupflua con uentus ⁊c. ⁊ p aliquos fideles ⁊ amicos d illis diſponere cõuertendo in operibus.

Inſuper ſtatuimus ꝙ omnes ⁊ ſinguli conuentus predictarum prouinciarum quotiens maiori vel ſaniori parti fratrum in eis exiſtentiũ placuerit: ad hanc ſtrictam obſeruantiam reducere ſe: ⁊ vicarijs ante dictis ſe ſubdere hoc libere facere poſſint: ⁊ etiam ſinguli fratres cuiuſcũq̧ conuentus contradictione cuiuſcũq̧ non obſtante a quorum vicariorum obedientia ⁊ ſubiectione nullus poſſit exire ſine ſpeciali licentia vicarij generalis ante dicti: non tamen per hoc intendimus ꝙ fratres ⁊ conuentus qui voluerint: poſſint ſcd̃m hanc ſtrictam obſeruantiam viuere manendo immediate ſub cura miniſtrorũ prouincialium: exceptis tamen prenominatis conuentibus ⁊ conuentu de mirabello pictauenſis dioceſis quem volumus expreſſe ⁊ ordinamus cure ⁊ regimini predictorum vicariorum ſubeſſe ⁊ ex cauſa vt ſicut in eo hec ſtricta regularis obſeruantia in partibus illis ſumpſit exordiũ: ita in illo tanq̧ in aliorum ſpeculo ſemper eluceſcat. Ceterum cum iuxta ſniam ſapientis volatilia ad ſibi ſimilia habitualiter conueniant. Statuimus ꝙ quando huiuſmodi obſeruantes peregrinatiõis ſtudio vel alias per mundũ proficiſcentur: ad loca ⁊ conuentus cõitatis ordinis declinent ſi voluerint Ad alia vero loca fratrum in obſeruantia ſibi ſimilium ſemper declinare teneantur iuxta qd̃ in ſtatutis ordinis continetur. Inſuper quilibet prouincialis miniſter prouinciarum premiſſarum: vicario generali ſepe dicto pro preſenti duos conuentus in ſua prouincia fideliter aſſignet aptos ad manendũ, munitos libris alijſq̧ rebus pro cultu diuino quotiens ab eodem vicario per lr̃as aut alias in ſuo prouinciali capitulo fuerit requiſitus eligendos per ipſum prouincialem: ita ꝙ propter hãc aſſignationem mobilia quecunq̧ dictis conuentibus pertinentia: quomodocunq̧ ſit non debeant abigi ſeu ſegregari ſcd̃m diſpoſitionẽ protectoris ordinis veſtri. ⁊ ſi contigerit ꝙ miniſtri prouinciales cuſtodes vel alij expulerint vel eiecerint fratres huiuſmodi obſeruantie ab aliquo ſeu aliquibus conuentuum predictorum: a quindecim menſibus citra violenter: ⁊ alios loco eorum inibi collocauerint: vel mobilia ad ipſos conuentus ſeu aliquem ipſorum ſpectantia deportauerint: volumus ⁊ mandamus diſtricte predictos fratres indilate recedere ⁊ exire de dicto conuentu. Mandantes tenore preſentium prelibato vicario generali quatenus auctoritate noſtra omnibus modis quibus fieri poterit

Modus refor mandi cõuentus ↄuẽtualiũ

In quo cõuẽtu incepit obſuantia.

honeſte ⁊ licite ipſos exire ⁊ predicta bona reſtituere compellat per cẽſuras eccleſiaſticas: ⁊ alios fratres ⁊ ſubditos ſuos ibidem denuo collocando omnibus quibuſcunq̧ diſtricte prohibentes ne quis eum ſuper hoc impedire preſumat ſub excõmunicationis pena: ſed magis ei prebeat vnuſquiſq̧ requiſitus auxiliũ ⁊ iuuamen. Statuentes vlterius ne fratres huiuſmodi obſeruantie fiant capellani honoris vel maneant cõtinue in domibus ſecularium cauſa confeſſionis vel alias citra tamen aliorum fratrum veſtri ordinis preiudicium: ne forſan freno obedientie laxato vel conuerſatione, feruor deuotionis eorum tepeſcat. Precipimus inſuper ⁊ mandamus diſtricte in virtute obedientie ſancte omnibus ⁊ ſingulis fratribus conuentuum predictorum ⁊ alijs in futurum ſub cura ⁊ regimine predictorum vicariorum conſtitutis ſiue conſtituendis: quatenus ipſis vicarijs firmiter obediant ⁊ pareant cum effectu in omnibus in quibus fratres illius ordinis ſuis generali ⁊ prouincialibꝫ miniſtris obedire debent. Ceterum cum predicta ſint de voluntate partium ſicut prefertur per nos ſtatuta ⁊ ordinata: diſtrictius inhibemus omnibus ⁊ ſingulis miniſtris ⁊ cuſtodibus qui ſunt ⁊ erunt in futurum ac alijs fratribus veſtri ordinis: ne occaſione controuerſie prius ſuper his mote aut proſecutionis in preſenti cõcilio facte ſeu alia quauis cauſa: fratres d hac obſeruantia preſentes vel futuros inquietent: moleſtẽt vel affligant: ſeu eorum vicarios vel de ſecta noua ſeu reprobata quomodolibet vocent. Nec etiam fratres dicte obſeruãtie alios fratres veſtri ordinis nec elemoſinas vel oblationes ſibi dandas impedire preſumant: ꝙ ſi de cetero alij alijs facto circa premiſſa vel eorum aliquod hinc inde iniuriati fuerint: manus violentas in eis ponendo: eos incarcerando arreſtando libris ſpoliando aut alias maculam hereſis falſe imponendo: ſententiam excõmunicationis ipſo facto incurrant iniuriãtes: a qua non poſſint articulo mortis excepto abſolui: niſi per eum cardinalem qui pro tempore huius ordinis erit protector. De ceteris leuioribus iniurijs verbalibus omnes quicq̧ fuerint in hoc culpabiles deprehenſi: puniantur per eorum prelatos. Circa premiſſa ſententiarum fulminatiõibꝫ aut appellatiõibꝫ interpoſitis ⁊ lr̃is felicis recordatiõis alexandri pape quinti ⁊ eaꝝ ↄfirmatiõibꝫ nõ obſtãtibus: quas tenore preſentium reuocamus caſſamus ⁊ anullamus ac nullius roboris vel momenti declaramus: ⁊ alijs quibuſcunq̧ ſtatutis apoſtolicis vel huiuſmodi ordinis in contrarium editis non obſtantibus. Datum conſtãtie. Nono kl's octobris: Anno a natiuitate domini milleſimo quadringenteſimo quartodecimo apoſtolica ſede vacante.

Ne frẽs obſeruantie fiant capellani.

Pius epũs ſeruus ſeruorum

dei ad perpetuam rei memoriam. Admonet nos ſuſcepti cura regiminis ⁊ auctoritas officij pontificalis inducit vt circa ea per que religionis ſtatus atq̧ integritas conſeruetur ⁊ opitulante altiſſimo augeantur: quantum cum deo poſſumus fauorabiliter intendamus. Ad conſeruationem itaq̧ ordinis fra-

Piꝰ papa ſecũdꝰ ꝙ nullus frater regularis obſuãtie poſſit viſitare ſepulchꝝ dñi vl' alia loca hieroſolimitana ⁊ ſi ad hec obtinuerit licentiam. a ſede ap̃lica niſi de cõſenſu ſuoꝝ p̃latoꝝ.

Universidad de Salamanca. BGH

trum minorum ſancti franciſci de obſeruantia nuncupatorum eiuſqꝫ
regularis obſeruantie. ⁊ vt vagantibus ⁊ fugitiuis fratribus atqꝫ alijs
ſpiritum libertatis exquiſitis medijs querere ſatagentibus: omnis eua
gandi tollatur occaſio. ⁊ malicijs hominum obuictur: auctoritate a
poſtolica tenore preſentium ſtatuimus ⁊ ordinamus: atqꝫ decernimus.
ꝙ omnes ⁊ ſinguli eiuſdem obſeruãtie pfeſſores q a ſede aplica viſitãdi
ſepulchrũ dñicũ ⁊ alia loca ſcã hieroſolimitana ſeu alia loca vltra mon
tana hacten⁹ licentiam obtinuerũt: vel iposterũ obtineãt: niſi ad id ſuoꝝ
p̃latoꝝ ꝯſenſus accedat. ⁊ iuxta ipi⁹ ordinis regularia inſtituta ad hoc
reputẽt idonei: licentia hmõi minime vti poſſint: neqꝫ illi⁹ obtẽtu ad p
tes hieroſolimitanas aut loca p̃dicta trãſfretare ſede eos ſubijci volu-
m⁹ regularib⁹ diſciplinis. pptcrea volum⁹ atqꝫ decernim⁹ ꝙ p̃textu cu
iuſuis licentie aut cõceſſiõis etiã p mos vel p ſedẽ aplicam generaliter vł
ſpecialiter cuicũqꝫ conuentui aut regulari vel ſeculari loco aut alteri ſin-
gulari perſone ſub quacũqꝫ forma vel exp̃ſſione verboꝝ hactenus facte
⁊ conceſſe ſeu imposterum concedende aut fiende: etiaꝫ ſi talis fuerit ꝙ
de eius tenore ⁊ nomine ac cognitione conuentus loci ſeu perſone cui
conceſſa ſit ſpecialis ſpecifica ⁊ expreſſa mentio habenda fuerit cui etiaꝫ
ſpecialiter ⁊ expreſſe derogamus. ac nullam ⁊ inualidam nulliuſqꝫ ro-
boris vel momenti perpetuo eſſe declaramus nullus ſiue prelatus. aut
conuentus ſeu loci huiuſmodi preſidens aut ſingularis perſona tam
eccleſiaſtica q̃ꝫ mundana tam regularis q̃ꝫ ſecularis quocunqꝫ nomine
⁊ quacunqꝫ dignitate fungens recipiat aut recipere faciat audeat vel
preſumat aliquem ex fratribus dicte obſeruantie recedentem ex aliquo
cõuentu ſiue loco: niſi ipſe frater de licentia ſui ſuperioris prelati in ſcri-
ptis conceſſa ⁊ facta receſſerit: in qua de loco vnde receſſit ⁊ de perſona
ſiue loco ad quem accedere voluerit ſpecialis ⁊ expreſſa mentio fiat. nec
non ipſos fratres ſic receptos ſine licentia huiuſmodi ad ſuos prelatos
reduci ⁊ remitti debere: ac eis eorundem prelatorum correctioni ⁊ obe-
dientie ſubijci. ⁊ renitentes ⁊ ipſos retinentes aut auxilium conſilium
vel fauorem preſtantes: penas in litteris tam noſtris q̃ꝫ felicis recorda
tionis eugenij pape quarti predeceſſoris noſtri ſuper hoc editis conten
tas incurrere volumus ⁊ decernimus eo ipſo necnon irritum ⁊ inane
quicquid ſecus factum per quoſcunqꝫ aut quomodolibet attentatum
fuerit. premiſſis ac licentijs ⁊ conceſſionibus conſtitutionibus ⁊ ordi-
nationibus apoſtolicis ⁊ conſuetudinibus dicti ordinis ceteriſqꝫ con-
trarijs non obſtantibus quibuſcunqꝫ. Nulli ergo omnino hominũ lice
at hanc paginam noſtrorum ſtatuti ordinationis decreti declarationis
voluntatis derogationis inſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit indignationem
omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe noue
rit incurſurum. Datum rome apud ſanctum petrum Anno incarna-
tionis dominice: milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo. vn
decimo. kłs februarij pontificatus noſtri Anno quinto.

Nicolaus epũs ſeruus ſeruorũ
dei. Dilectis filijs generali ⁊ prouincialibus miniſtris ac
vniuerſis fratribus ordinis fratrum minorum. Salutẽ
⁊ apoſtolicam benedictionem. In veſtri ordinis regula
per ſedem apoſtolicam confirmata inter cetera continetur ꝙ eam pro-
feſſis de ipſa egredi nullo modo licebit: nec vobis licentiandi ⁊ abſoluẽ
di ab ordine ipſo poteſtas tribuitur ex regula predicta. Sed nonulli or-
dinis veſtri fratres poſt factam in ipſo profeſſionem ab eis in firmi
tate mentita ⁊ alijs confectis mendacijs ac per malignitatis aſtutias
occaſionibus varijs adinuentis ⁊ ambitionibus creſcentibus in eiſdẽ:
a ſuperioribus ſuis interdum exeundi de ordine ipſo licentiam poſtu-
lant eandemqꝫ obtinent ab eiſdem. Interdum vero illicentiati exeunt
de eadem ad alios conuolantes. in quibus dignitates prelaturas ⁊ of
ficia aſſumunt: non ſine proprie ſalutis diſpendio. ⁊ derogatione non
modica honeſtati ordinis memorati. Nos itaqꝫ volentes huic mor-
bo congrue medele remedium adhibere ac animarum obuiare pericu
lis. ⁊ euagandi materiam amputare: auctoritate apoſtolica ſtatuimus
⁊ etiam ordinamus. vt fratres veſtri ordinis qui poſt profeſſionem ab
eis in ipſo ordine factam ad quoſcunqꝫ ordines profeſſionis cuiuſlibet
petita vel non petita: obtenta uel non obtenta a ſuis ſuperioribus li-
centia immediate. vel per alium ſeu alios ordines mediate tranſiue-
runt iam. vel trãſiuerint: in ordine ſiue in ordinibus ad quẽ vel ad quos
tranſitum habuerunt aut eos imposterum habere contigerit vel etiam
extra illos: ad nullam omnino adminiſtrationem vel officium curam
animarum habentia: nec etiam ad aliquam dignitatem vel prelatu-
ram ſeu perſonatum quoquomodo poſſint aſſumi abſqꝫ apoſtolice ſe
dis ſpeciali ⁊ expreſſa licentia per ipſius ſedis patentes litteras con-
cedenda. facientes plenam certam ⁊ determinatam de ſtatuto ⁊ ordi-
ne huiuſmodi mentionem. Nos enim nihilominus exnunc irritum ⁊
inane decernimus ſi ſecus in hac parte fuerit attentatum. Nulli er-
go omnino hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti ordinationis
⁊ conſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis au
tem hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotentis dei ⁊
beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Da-
tum rome ſecundo idus maij pontificatus noſtri Anno p̃mo.

Nicola⁹ q̃rtuſ
p̃hibet fribus
minoribus cũ
tibus ad alios
ordines licen-
tia petita vel ſi
petita. ne poſ-
ſint habere p̃-
laturaꝫ vel ad
miniſtratiões.

Eugenius epũs ſeruus ſeruo
rum dei. Dilecto filio fratri ioanni de mauberto ordinis
minorũ qui dicũtur de obſeruantia regulari partiũ vltra
montanoꝝ vicario generali: ſalutem ⁊ apoſtolicaꝫ bendi
ctionem. Cupimus ⁊ quantũ nobis fuerit ex alto conceſſum intendim⁹
oia facere per que fratres tue cõmiſſe cure multos meſſis manipulos

Eugeni⁹ q̃rt⁹.
ꝯcedit vicario
gñali ꝙ poſſit
frẽs ſibi ſubdi
tos ꝯuocare i
locum diſpoſi
tum ⁊ ſtatuere
⁊ ordinare q̃ vi
dent expedire

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

in borreum dn̄icum perferant. Volumus itaq́ȝ ⁊ mandamus tibi vt cō
uocatis ad te omnib⁹ vicarijs tibi ſubiectis alijſq́ȝ tui ordinis fratrib⁹
de quibus tibi videbitur ac vicarijs antedictis in locū per te ipſum de-
putandū ſed idoneū ⁊ tollerabilem omnibus: quibus ſic cōgregatis vi-
carijs ⁊ fratribus auctoritate apoſtolica volum⁹ atq́ȝ concedimus oīa
poſſe fieri ⁊ ordinari pro gubernatione fratrū: cōuentuū: domoꝝ: loco-
rum ⁊ eremitoriorū tue vicarie ſubditoꝝ que generalis miniſter tui or-
dinis cū generali capitulo tā de iure q̄ȝ de cōſuetudine ⁊ ex forma priui
legioꝝ poſſe facere conſueuit. In primis autē volum⁹ tales a vobis or
dinationes fieri: per quas omnes fratres quorūcūq́ȝ locoꝝ ⁊ quarūcū
q́ȝ vicariarū atq́ȝ prouinciarū tui officij ad vnū eūdemq́ȝ modum viuē-
di quantū fieri poteſt reducātur. tā circa habitus geſtationē q̄ȝ circa fra-
trum receptionē ⁊ alia quomodolibet occurrētia. Nam vt id facere poſ
ſitis cōſuetudines: ſtatuta: ordinationes qualitercūq́ȝ factas ac etiā pri
uilegia a ſede aplica conceſſa etiā ſi talia forent de quib⁹ habenda eſſet
mētio ſpecialis: in quantū noſtre volūtati ſupradicte aduerſant aucto-
ritate predicta tenore p̄ſītium reuocam⁹. Declaramus nr̄e intentionis
etiā fratres dicti ordinis de obſeruātia ad nullas teneri culpas atq́ȝ cē
ſuras q̄ in eiſdē ordinis ſtatutis ſiue ordinationib⁹ tā apoſtolicis q̄ȝ ge
neralib⁹ cōtinētur: ſed ſolūmodo teneri ⁊ obligari penis per ſuꝑiores
ſuos impoſitis: future autē de qua ſupra diximus cōgregationi veſtre:
cōcedimus facultatē ordinādi ⁊ declarandi in quib⁹ locis ⁊ prouincijs
fratres debeāt ieiunia regule in cibis quadrageſimalibus obſeruare, ⁊
quibus debeāt patrū cōſuetudines imitari vel aliter ſe habere. Datuȝ
rome apud ſanctū petrū Anno incarnationis dn̄ice Milleſimo q̄drin-
genteſimo quadrageſimo ſexto kl's ianuarij Pontificat⁹ nr̄i Anno. x.

Nicola⁹ q̄rt⁹ ꝯcedit exēptio nē totalē ordi ni minoꝝ: ipſȝ imediate ſedi aplice ſubmit tendo.

N Icolaus epiſcopus ſeruus ſer
uorum dei: Dilectis filijs generali ⁊ ꝓuincialibus mini
ſtris ac vniuerſis fratribus ordinis fratrū minoꝝ: Salu
tem ⁊ aplicam benedictionē. Quia nōnulli qui heſitare ſe
aſſerūt vbi nō eſt aliquatenus heſitandū nō ſine maligni
tatis aſtutia indubiū reuocare conātur. vtrū vos ⁊ ordo veſter exēptio-
nis priuilegio gaudeatis. ⁊ an iuris ⁊ ꝓprietatis beati petri ac etiaȝ a
cuiuſuis alterius iuriſditione prorſus exēpti ac tā in ſpūalib⁹ q̄ȝ tēpora
libus quoꝝ vobis vſum habere licet immediate ſubiecti ſedi aplice exi-
ſtatis quātūcunq́ȝ vobis ⁊ eidem ordini ꝑ diuerſos predeceſſores nr̄os
romanos pontifices ſuper his plene ſicut aſſeritur ſit prouiſum. Nos
vr̄e ac eiuſdē ordinis ꝓuidere quieti paterne ſolicitudinis ſtudio inten-
dentes ſicq́ȝ volētes ſuper hec omnē dubitationis ambiguitatis ⁊ q̄re
le materiā funditus amputare. nequis vos ⁊ eūdem ordinē ſuper exē-
ptione huiuſmodi ac alijs veſtris ⁊ ipſius ordinis libertatib⁹ ⁊ immu-
nitatibus q̄buſcūq́ȝ vobis ⁊ eidē ab apoſtolica ſede cōceſſis impugna
re valeat vel quomodolibet moleſtare: vos ⁊ ordineȝ veſtrū a cuiuſuis
alterius iuriſdictione oīmoda prorſus eximim⁹ de gr̄a ſpeciali. decer-

nentes vos ⁊ eūdē ordinē immediate ſedi ſubiacere predicte. eccl'ias ve
ro ⁊ oratoria: domus: loca: libros vtenſilia ⁊ alia mobilia ⁊ immobilia
quoꝝ vſum habetis ex licito cū ceteris quocunq́ȝ modo ꝑtinentib⁹ ad
predicta. ⁊ aliquod predictoꝝ: in ius ⁊ ꝓprietatē beati petri aplicam
ſuſcipimus. Illis ex eis dūtaxat exceptis: in q̄b⁹ expreſſe donatores ſeu
trāſlatores ſibi proprietatē ⁊ dn̄ium cōſtiterit reſeruaſſe. p̄terea eccl'ias
oratoria: domos ⁊ alia p̄dicta q̄ tenetis ⁊ inhabitatis ⁊ tenebitis ⁊ in-
habitabitis in futurū dū ⁊ quotiens vos illa tenere ⁊ inhabitare conti
gerit: eſſe omnino exempta decernimus. nulloq́ȝ medio ſedi memorate
ſubeſſe. Nulli ergo oīno hominū liceat hāc paginā nr̄e exēptōis: decre
ti: ſuſceptionis ⁊ cōſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario ꝯtraire.
Siq̄s aūt hoc attētare preſumpſerit: indignationē oīpotētis dei ⁊ bea
torū petri ⁊ pauli apl'oꝝ ei⁹ ſe nouerit incurſuꝝ. Datū rome apud ſan-
ctū petrū Secūdo kl's maij Pōtificat⁹ nr̄i Anno primo

Clemens q̄rt⁹ cōcedit q̄ fr̄es quib⁹ aliquid ab ordinarijs cōcedit ſuꝑ ab ſolutōib⁹ ⁊ diſ pēſatōib⁹ ſi il los p̄latos mo ri ꝯtigerit poſ ſint libere vti licēcia ſibi con ceſſa donec vi. duatis eccl'ijs fuerit de paſto re ꝓuiſum.

C Lemens epūs ſeruus ſeruo
rum dei. Dilectis filijs miniſtro generali ⁊ fratrib⁹ ordi
nis minoꝝ: Salutē ⁊ aplicā benedictioneȝ. Exigētibus
veſtre deuotionis meritis votis vr̄is libēter annuim⁹ et
petitiones vr̄as quantū cū deo poſſum⁹ fauorabilit̄ exaudim⁹. Ex parte
ſiquidē vr̄a fuit propoſitū corā nobis. ꝙ licet vobis a nōnullis patriar
chis archiep̄is ⁊ ep̄is ⁊ alijs eccl'iarū prelatis audiēdi ꝯfeſſiones ſubdi
toꝝ ſuoꝝ necnō p̄dicādi ⁊ aliq̄ vota in alia pietatis opa commutādi in
ſuis ciuitatib⁹ ⁊ diocеſib⁹ licētia ſit ꝯceſſa. q̄ tamen eiſdē prelatis dece
dentib⁹ vti licēcia hm̄ōi eccl'ijs ſit vacātib⁹ dubitatis: nobis hūilit̄ ſup-
plicaſtis vt ꝓuidere vobis ſuper hoc paterna diligētia curarem⁹. Vr̄is
igitur ſupplicationib⁹ inclinati p̄ñtiū vobis auctoritate cōcedim⁹. vt in
hm̄ōi caſu poſſitis vti tādiu libere p̄dicta licētia: donec viduatis eccl'ijs
ꝓuiſum fuerit de paſtore. Nulli ergo oīno hominū liceat hāc paginam
nr̄e cōceſſiōis infringere: vl' ei auſu temerario cōtraire. Siq̄s āt hoc at
tētare p̄ſumpſerit: indignationē oīpotētis dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli apo
ſtoloꝝ ei⁹ ſe nouerit incurſuꝝ. Datū peruſij decimo ſeptimo kl's iulij pō
tificatus noſtri Anno Primo.

Innocēti⁹ q̄r-tus cōcedit ge nerali miniſtro vt poſſit viſita re ⁊ corrigere fr̄es q morāt in obſequijs a- liorum.

I Nnocentius epūs ſeruus ſer
uorū dei: Dilecto filio miniſtro generali ordinis fratrum
minorū: Salutē ⁊ aplicam bn̄dictionē. Cū ſicut te accepi
mus intimāte nōnulli ex fr̄ib⁹ tui ordinis q de ſuꝑioris li
cētia in alioꝝ obſequijs cōmorātur exēptos ſe a tua iuriſdictiōe credē-
tes: talia plerūq́ȝ ꝑpetrāt: ꝑ q̄ detrahit̄ ordini ⁊ ſcandalū inde generatur.
Nos tuis ſupplicationib⁹ inclinati p̄ñtiū tibi auctoritate cōcedimus:
vt vniuerſos fr̄es q morātur in obſeq̄js alioꝝ (illis dūtaxat exceptis q
ſunt vl' fuerint ad legatorū aplice ſedis ſeruitia d̄putati) libere valeas
viſitare: corrigere: amouere: ac alios eis ſubſtituere ꝓut ſecundū deum
videris expedire. Nō obſtātib⁹ quibuſcūq́ȝ l'ris ſeu indulgentijs ſedis

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

aplice ꝑ quas id valeat impediri. Cōtradicētes ꝑ cenſurā eccliaſticam appellatione poſtpoſita compeſcēdo. Datū lugduni. Decimo ſeptimo kl's ſemptēbris Pontificatꝰ nři Anno quarto.

Gregoriꝰ nonus cōcedit. ꝙ miniſtri ꝓuinciales capitularit cōgregati poſſint ꝑdicatores inſtituere.

Gregorius ep̄us ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs miniſtris: prouincialibus ordinis fratrū minoꝝ pñtes lřas inſpecturis: Salutē ⁊ aplicam bñdictionē. Prohibēte regula vřa: nulli fratrū minorū eſt licitū predicare populo niſi a generali miniſtro vři ordinis examinatꝰ ⁊ approbatꝰ fuerit ⁊ ſibi ꝑdicatiōis officiū ab ipo conceſſum. Uerū cū piū ſit vt predictoꝝ fratrū laboribꝰ ac piculoſis diſcurſibus euitādis necnō qꝺ aiaꝝ ſalus poſſit ꝓuenire facilius aplice ſedis circūſpectio ſup ꝓhibitione hmōi opportune remediū ꝓuiſionis apponat. Nos deuotionis vře ꝑcibꝰ inclinati vt ſinguli veſtrū in ſuis ꝓuincijs cū diffinitoribꝰ in ꝓuincialibꝰ caplis congregatis fratres in ſacra pagina eruditos examinare ac approbare ⁊ eis officiū ꝑdicatiōis deū habēdo p̄ oculis cōmittere valeāt vobis auctoritate pñtiū cōcedimꝰ facultatē. Nulli ergo oino hominū liceat hāc paginā nře conceſſionis infringere vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis aūt hoc attentare preſumpſerit: indignationē oipotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſuꝝ. Datū laterani ſecūdo idꝰ decembris. Pōtificatus noſtri Anno quartodecimo.

Inno. qrtus ꝙ miniſtri prouinciales poſſint inſtituere ꝓcuratores et ſindicos q res fratribꝰ cōceſſas poſſint vēdere ⁊ cōmutare.

Innocētius epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs gnāli ⁊ ꝓuincialibꝰ miniſtris fratrū minoꝝ: Salutē ⁊ aplicam benedictionē. Quanto ſtudioſius diuine cōtemplatiōi vacatis dño famulando: tanto quieti vře libentiꝰ ꝓuidemꝰ, ne pedes quos lauiſſe videmini affectu ⁊ effectu oia relinquēdo: cogamini (qꝺ abſit) iteꝝ inquinare. Cum eniꝫ ſicut lecta nobis petitio vřa cōtinebat de rebꝰ oibus ordini vřo cōceſſis vel in poſteꝝ ꝯcedēdis ꝑ vos ipos ꝓut exigit freqnter neceſſitas iuxta vři ordinis inſtituta diſponere nequeatis nec velitis ꝓ cōſtitutionū vřaꝝ puritate ⁊ cōſciētia cōſtāter ſuāda ne vobis odioſa vagādi tribuatur materia ſi oporteat vos ſemp in hoc ad ſedē aplicam ad quā rerū ipaꝝ ſpectat ꝓprietas hēre recurſum: Nos qeti dicti ordinis ⁊ neceſſitatibꝰ vřis paterna volētes ſollicitudine prouidere: pñti vobis auctoritate cōcedimꝰ. qtenꝰ vt ſinglis veſtrū liceat in ꝓuincijs eis cōmiſſis ꝑ ſe vel ꝑ alios fratres ſuos qbꝰ id duxerint cōmittēdū cōſtituere aliquos viros idoneos deū timētes q pro locoꝝ indigentia ſinguloꝝ res hmōi tā cōceſſas ꝗ etiā cōcedēdas auctoritate nřa petere vēdere ⁊ cōmutare: alienare: tractare: expēdere: ꝑmutare ⁊ in fratrū vſum cōuertere valeat. ꝙ ꝗ vobis liceat eoſdē viros ſic cōſtitutos remouere alioſꝗ ad illa exequēda ſine difficultate qlibet ſubrogare quotiēs videbit opportunū. Nulli ergo oino hominū liceat hāc paginā nře cōceſſionis infringere vl' ei auſu temerario ꝯire. Si qs aūt hoc attētare p̄ſūpſerit: idignationē oipotētis dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eiꝰ ſe nouerit icurſu

rū. Datū rome tertiodecimo kl's ſeptēbris pōtificatꝰ nři anno tertio. DILECTO FILIO fratri iacobo de primaticis de bononia ordinis minorum de obſeruātia regulari.

Eugeniꝰ papa qrtꝰ. Dilecte fili Salutē ⁊ aplicā bñdictionē. Fide digna relatione ꝑcipimus in ciuitate lacij nō paruā ꝑ hec tpa excitatā fuiſſe cōmotionē de die debite ꝑceptiōis ſacratiſſimi corporis dñi ieſu xpi: ⁊ ꝑ aliqs religioſos ſit affirmatū ꝙ nō cōicātes actualr̄ i die reſurrectōis dñice: mortalit peccarēt ēt ſi in die iouis ſcā ⁊ alijs qbuſcūꝗ diebꝰ infra annū pluries. ⁊ freqntatis vicibꝰ cōicaſſent. qꝺ pijs auribꝰ ē audire moleſtū. Recolimꝰ alias ꝑ qꝺdā nřm breue ſcripſiſſe veñabili fři nřo epo licieñ. qꝫ intelligebamꝰ ſatiſfactū eſſe ſi ſpaulo añ vl' paulo poſt diē reſurrectiōis dñi qs cōicet. Mirati ſumꝰ ꝙ poſtmodū noua cōtrouerſia reuixerit. Sed inimicꝰ hō ſupſeminauit zizaniā. Nos igit cupientes purgatū triticū in horreū dñi cōgregare ⁊ inutilibꝰ cōtētionibꝰ finē dare: Attēdētes iuxta doctrinā beati auguſtini ꝙ ſolēt circunſtātie ſcripturaꝝ illuminare ſubſtātiā vitatis. ⁊ nō ſolū adiacētia ſꝫ etiā p̄cedentia ⁊ ſubſeqntia vba ſunt ꝯſiderāda prudēter. Cū dicat canon eccl'ie. ois vtriuſꝗ ſexus fidelis ſaltē ſemel in anno ꝯfiteat. ⁊ infra. ſuſcipiens ad minꝰ in paſcha reuerēter eucbariſtie ſacramētū. Et ſeqt niſi de ꝓprij ſacerdotis cōſilio ob aliquā rōnabilē cām ad tēpus ab eiꝰ ꝑceptione duxerit abſtinēdū. Dicimꝰ expreſſe nō intētionis legiſlatoris fuiſſe aias illaqueare fideliū ſub culpa mortali ad cōicandū p̄ciſſe in die dñice reſurrectionis ſꝫ terminū ſtatuiſſe a paſcha ad paſchā Cū dicit ſemel in anno ⁊ infra ad minꝰ i paſcha niſi ⁊c. Mēs eniꝫ magis ꝗ vboꝝ ſonꝰ ē attēdēda diſcrete. intelligimꝰ itaꝗ optime iure ſatiſfactū eē canoni ſi in hebdomada ſcā vel infra octauā paſche reſurrectōis dñice ſcꝺm meliorē diſpoſitionē cōſciētie ⁊ aptiorē mētis deuotionē fideles p̄paratione debita ſanctū eucbariſtie pignus accipiāt ⁊ cū dño paſcha celebrēt ad ſalutē. Et huic ſentētie oēs volumꝰ acquieſcere. Quare deuotōi tue cōmittimus vt p̄dicta vbi oportere intelligas ppl'is nota facias. Datuꝫ rome apud ſanctū petrū ſub annulo nřo ſecreto Die octauo iulij Milleſimo quadringēteſimo qdrageſimo ſexto. Pōtificatus nři Anno decimo

Eugeniꝰ papa qrtus declarat ꝙ cōicantes a dñica palmaꝝ vſꝗ ad dñicā de qſi modo ſatiſfaciūt precepto ⁊ iuri.

DILECTIS FILIIS vicarijs gnālibꝰ ac ꝓuincialibus fratrū minorum regularis obſeruātie ac quibuſcūꝗ veſtri ordinis ⁊ obſeruātie per vos deputatis ⁊ deputādis cōfeſſoribꝰ.

Nicolaus. v. Concedit ꝙ poſſint fratres dei obſeruātia ſub vicarijs audire in cōfeſſione oēs vndecūꝗ venientes ⁊ adminiſtrare ſacramētum eucbariſtie.

Nicolaꝰ papa quintꝰ. Dilecti filij Salutē ⁊ aplicā bñdictionē. Scimꝰ ppl'os ciuitatuꝫ terrarū ⁊ locoꝝ apud q̄ loca habetis exemplo allectos ⁊ inductos religioſe vite quā dño ꝯcedēte ducitis. libent ad confitendum vobis ⁊ ſacratiſſimam cōionē de manibꝰ vřis accipiēdum conſueuere. Unde vt illis ſatiſfacere valeatis: deuotioni veſtre audiendi in cōfeſſionibus omnes quarūcūꝗ dioceſim ⁊ in illis ext. ancos ac forenſes abſoluendi quoꝗ etiam in caſibus quos dioceſani lo

coꝝ in quibus ad audiendum deputati eſtis duxerint concedendos Et in omni preterqꝫ in die dñice reſurrectionis predictam ſacratiſſimi corporis dñici cõmunionem dandi auctoritate apoſtolica concedimus per preſentes. Datum rome apud ſanctũ petrum ſub ãnulo piſcatoris die quintadecima aprilis milleſimo quadringẽteſimo quinquageſimo octauo pontificatus noſtri Anno ſecundo.

DILECTIS FILIIS vicarijs generalibus ac ꝓuincialibus fratrum minorum regularis obſeruantie ac quibuſcunqꝫ veſtri ordinis obſeruantie per vos deputatis ⁊ deputandis confeſſoribus.

SIXTUS PAPA QUARTUS.

Sixtꝰ papa qrtꝰ ꝯcedit id qđ nicolaus ſupradictus.

DIlecti filii Salutem ⁊ aplicã bñdictionem. Veſtris in hac parte deuotis ⁊ hũilibus ſupplicatiõibus ãnuentes feliciſqꝫ recordatiõis nicolai quinti ṗdeceſſoris noſtri in hac parte veſtigijs adherentes: haꝝ ſerie vobis auctoritate aplica ꝯcedimꝰ facultatẽ audiẽdi in cõfeſſiõibus oẽs ⁊ ſingulos quarũcũqꝫ dioceſũ: ⁊ in illis extrancos ⁊ foṙenſes abſoluẽdi etiã in caſibꝰ quos dioceſani locoꝝ in quibꝰ ad audiẽdũ deputati eſtis duxerint ꝯcedendos, oi tpe ṗterqꝫ in die reſurrectiõis dñice ſacramẽtũ eucharistie licite miniſtrãdi. Cõſtitutiõibꝰ ⁊ ordinatiõibꝰ aplicis ceteriſqꝫ in ꝯtrariũ faciẽtibꝰ nõ obſtãtibꝰ qbuſcũqꝫ. Datũ rome apud ſanctũ petrũ ſub ãnulo piſcatoris die vndecima Junij milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto põtificatꝰ nři ãno qrto.

DILECTO filio generali magiſtro ordinis predicatorum.

SIXTUS PAPA QUARTUS.

Sixtꝰ papa qrtꝰ determinat quãdã altercationẽ inter frẽs predicatores ⁊ cleꝝ nationis germanie.

DIlecte fili Salutem ⁊ aplicã bñdictionẽ. Quia cũ iter dilectos filios clerũ natiõis germanie ⁊ religioſos ordinũ mẽdicãtiũ ꝯtrouerſia vigeat ⁊ qbꝰ ð cãis orta ſit ex oratoribꝰ ab ipſo clero ad nos nuperime miſſis intelleximꝰ. Et potiſſime iſte eſſe dicũt de ſolutiõe videlicet decimaꝝ aqͥ mẽdicãtes ipi ſe penitꝰ volũt eẽ imunes. De corpibꝰ defũctoꝝ ad ꝓchiales eccl'ias ꝓ vltimo vale (vt ꝓuerbiũ ẽ) deferẽdo priuſqꝫ in eccl'ijs ipoꝝ religioſoꝝ humẽt. Et poſtremo ſacris eucharistie Et extreme vnctiõis miniſtrãdis. Sup quo mẽdicantibꝰ ipis in caſu in quo ṗſbyteri ꝓchiales ſacramenta ipa ijs q mẽdicãtibꝰ ꝯfitebant negarẽt: ab aplica ſede ẽ attributa facultas: ꝯſideraui mꝰ oia diligẽter oratoreſqꝫ ipoſ ordinũqꝫ ipoꝝ ꝓcuratores a nõnull' venerabilibꝰ fribꝰ nřis ſancte romane eccl'ie cardinalibꝰ audiri ſepe fecimꝰ ⁊ audiuimꝰ nosipi. Et qm̃ talia ꝓ vtraqꝫ pte adducta in memoriã fuerũt vt ꝓbabilibꝰ cauſis initi viderẽt. Nos quãdã mediã viã ſecuti modũ inuenimꝰ auctore dño q ꝯueniẽtiſſimꝰ ẽ ad hmõi ꝯtrouerſias tollẽdas. ⁊ ad nutriẽdũ iter cleꝝ ⁊ religioſos ṗdictos iuxta euãgelicã doctrinã ðbitã charitatẽ. ipis etiã dictoꝝ ordinũ ꝓcuratoribꝰ q hmõi negociũ ꝓſeqͣbãt ṗñtibꝰ ⁊ intelligentibus. Modus aũt a nobis excogitatus talis eſt videlicet quo ad

decimas mendicãtes ipi remaneãt in ipo ſtatu in quo tempore predeceſſoꝝ noſtrorũ romanorum pontificum erãt: ⁊ ꝙ contenti eſſe debeãt eo iure qui huiuſmodi decimas habuerint. In ſepulturis vero ⁊ vale vltimo: cõſuetudo vbi viget ſtet ſeruariqꝫ inuiolabiliter ðbeat ideſt ꝙ corpora ad parrochiales eccl'ias deferantur ⁊ alia cõſueta ſeruentur: ita tñ ꝙ ſpoliatio corporum extorſiones ⁊ pacta illicita a iure reprobata ob que ſuper hac re diſcordia orta dicitur (q̃ ⁊ ſub excõmunicationis late ſententie pena deinceps fieri prohibemꝰ) penitus ceſſent. In adminiſtratione autẽ ſacramentoꝝ predictorũ conſiderantes nos ꝙ in euentu negationis premiſſe ſuper illoꝝ adminiſtratione mendicãtibꝰ fuit conceſſa facultas: per opportunũ ⁊ neceſſariũ ad omnẽ diſcordie fomitem amputandũ duximꝰ: ꝙ preſbyteri parrochiales ſacramenta huiuſmodi his qui mẽdicãtibꝰ fuerit cõfeſſi: abſqꝫ legitimis cauſis (illis videlicet q̃ in iure expreſſe ſunt) denegãtes: eãdẽ excõis late ſententie penã incurrãt: quã mendicãtes chriſti ſacramenta eccl'iaſtica miniſtrando incurrerent iuxta cõſtitutionem felicis recordationis clemẽtis pape qnti nři predeceſſoris que incipit Religioſi. in titulo de priuilegijs. Hec eſt nřa in premiſſis voluntas ⁊ mãdamus abſqꝫ dictoꝝ ordinũ in reliquis preiudicio quã etiã nõnullis venerabilibꝰ fratribꝰ noſtris archiepis dicte nationis germanie in quoꝝ prouincijs dicte cõtrouerſie vigent per nřas lřas intimauimꝰ: vt ⁊ ipſi oia obſeruẽt ⁊ in dioceſibꝰ ac ꝓuincijs ſuis obſeruari faciant. Cõmendamꝰ etiam ipis mendicãtibꝰ predictas hortãtes vt eas benignitate paterna proſequi vellint. Teqꝫ hortamur dilecte fili ⁊ monemus attẽtius vt eiſdẽ archiepis ⁊ alijs prelatis: debitam reuerentiã debitũqꝫ obſequiũ a tuis omnibꝰ facias exhiberi: paſtores enim ſunt aiaꝝ ⁊ in dignitate eccl'iaſtica conſtituti ſanctoꝝ ſucceſſores apoſtoloꝝ. Sic eniꝫ fiet vt mutue charitatis ⁊ reuerẽtie ſtudio par inter eos vigeat ⁊ cõcordia omni diſcordie fomite amputato. Non obſtantibus cõſtitutionibꝰ ⁊ ordinationibꝰ aplicis etiam ſub quibuſcũqꝫ cenſuris editis: qbus pro ṗmiſſarũ obſeruatione derogamus expreſſe ceteriſqꝫ cõtrarijs quibuſcũqꝫ. Datũ rome apud ſanctuꝫ petrũ ſub anulo piſcatoris die vigeſima tertia aprilis Milleſimo quadringẽteſimo tertio Pontificatus noſtri Anno duodecimo.

Alexãder qrtꝰ cõcedit ꝙ pueri ſeruitijs fratrum deputati negocioꝝ ſuorum ꝓcuratores et oparij nõ ligẽtur cenſuris: poſſintqꝫ audire diuina tpe interdicti.

ALexander epũs ſeruus ſeruorum dei Dilectis filijs generali miniſtro ⁊ vniuerſis fratribus ordinis minorũ fratrũ: Saluteꝫ ⁊ aplicam benedictionẽ. Ut in vřis domibꝰ ſeruiẽtes in miniſterijs opportunis ob veſtri gratiã quã apud ſedem aplicam ſedule deuotiõis veſtre obſequia ꝓmerentur noſtre gratie inanes nõ reddãtur immunes: Nos vře deuotionis precibus inclinati ꝙ ſi qnãdo in perſonas vel terras in quibus reſidetis excõmunicationis ſeu interdicti ſententiaꝫ contigerit promulgari: pueri veſtris ſeruitijs deputati negocioꝝ quoqꝫ veſtrorũ procuratores ⁊ operarij qui in veſtris locis eorum opibus pſonaliter cõſtituti inſtiterint: huiuſmodi ſententijs obnoxij nullatenus habeãtur. Ibi

Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ꝙ poſſint audire diuina iuxta formam q̄ in locis ipſis in eo caſu a ſede apoſtolica eſt cōceſſa: niſi eiſdē cauſam dederint vel excōmunicari ſpecialiter ſeu interdici contingat eoſdem auctoritate vobis p̄ſntium indulgemus. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nr̄e cōceſſiōis ⁊ gratie infringere vel ei auſu temerario cōtraire: ſiqs aūt hoc attētare p̄ſumpſerit: indignationē oīpotētis dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli apl'oꝝ ei⁹ ſe nouerit incurſurū. Datū ananie quinto kl's iulij pōtificat⁹ nr̄i anno .i.

Sixt⁹ papa q̄rtus cōcedit oībus dicētibus offin̄ cōceptionis virginis ſno uiter ordinatū ⁊ q interfuerit officio eiuſdez feſti indulgentias q̄ in feſto corporis chriſti concedunt.

Sixtus ep̄us ſeruus ſeruoꝛuz dei Ad perpetuā rei memoriam. Cum precelſa merito rum inſignia quib⁹ regina celoꝝ virgo dei genitrix glorioſa ſedibus prelata ſidereis quaſi ſtella matutina prutilans deuote cōſiderationis indagine pſcrutamur: ⁊ infra pectoris archana reuoluim⁹. ꝙ ipſa vtpote via miſericordie: mater gratie ⁊ pietatis: vnica humani generis cōſolatrix pro ſalute fideliū qui delictoꝝ onere pregrauantur ſedula oratrix ⁊ peruigil ad regem quē genuit intercedit: dignū quim potius debitū reputamus vniuerſos chriſti fideles vt omnipotēti deo cui⁹ ꝓuidentia eiuſdem virginis humilitatez ab eterno recipiens pro reconcilianda auctori humana natura lapſu primi hominis eterne morti obnoxia iam ſui vnigeniti habitaculū ſanctiſpirit⁹ preparatione conſtituit ex qua carnem noſtre mortalitatis pro redemptione populi ſui aſſumeret ⁊ immaculata virgo poſt partum nihilominus remaneret: de ipſius immaculate virginis mira conceptione gratias ⁊ laudes referant. ⁊ inſtituta propterea in dei eccleſia miſſas ⁊ alia diuina officia dixerint: ⁊ illis interfuerint: indulgētijs ⁊ peccatorum remiſſionibus inuitare: vt exinde fiant eiuſdē virginis meritis ⁊ interceſſione diuine gratie aptiores. Hac igitur conſideratione inducti: eiuſdez omnipotentis dei ac beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorū eius auctoritate confiſi auctoritate ap'lica hac in ꝑpetuū valitura cōſtitutōe ſtatuim⁹ ⁊ ordinamus: ꝙ omnes ⁊ ſinguli chriſti fideles vtriuſqꝫ ſexus qui miſſaz ⁊ officium conceptionis eiuſdem virginis glorioſe iuxta piam deuotaz ⁊ laudabilem ordinationem dilecti filij magiſtri leonardi de nogarolis clerici veronēſis notarij noſtri ⁊ quod deſuper a nobis emanauit miſſe ⁊ officium huiuſmodi inſtitutionem in die feſtiuitatis viſitationis eiuſdez virginis marie ⁊ per octauas eius deuote celebrauerint ⁊ dixerint: aut illis horis canonicis interrerint quotiens id fecerint: eādem prorſus indulgentiam ⁊ peccatorum remiſſionem ex inde conſequantur quam iuxta felicis recordationis vrbani quarti in concilio vienenſi approbare ac martini quinti ⁊ aliorum romanorum pontificum predeceſſorum noſtrorum conſtitutiones conſequuntur: illi qui miſſam officium ⁊ horas canonicas in feſto corporis ⁊ ſanguinis dn̄i nr̄i ieſu chriſti a p̄mis veſpis ⁊ p illi⁹ octauas iuxta romane eccl'e inſtitutionē celebrāt dicūt aut miſſe officio ⁊ horis hm̄oi interſunt p̄ſtib⁹ ꝑpetuis futuris tp̄ibus valiturā. Datū rome apud ſanctū petrū anno dn̄i milleſimo q̄dringenteſimoſeptuageſimo ſexto Tertio kl's martij pōtificat⁹ nr̄i anno ſexto.

Nicolaus q̄rtus ꝯcedit monialib⁹ ſancte clare ne tenerētur ad exhibendas ꝓcurationes ⁊c. legatꝫ vl' quibuſcūqꝫ perſonis.

Nicolaus ep̄us ſeruus ſeruorū dei Dilectis in chriſto filiabus vniuerſis abbatiſſis ⁊ cōuentibus incluſaꝝ monaſterioꝝ ordinis ſancte clare: Salutem ⁊ ap'licam benedictionē. Quāto ſtudioſius deuotamente ⁊ humili cōtemplationis animo diuinis vacatis obſequijs: tāto libentius veſtre pacis procuram⁹ cōmodum ⁊ quietis. Attendētes igitur ꝙ licet plurima monaſteria veſtri ordinis varias poſſeſſiones obtineant: idem tamen ordo in pauptate fundatur voſqꝫ voluntarie pauperes chriſto pauperi deſeruitis. veſtris ſuppli cationibus inclinati vt vos ſeu veſtrarū aliqua ad exhibendū procurationes aliquas legatis vel nuncijs ap'lice ſedis ſiue ad preſtandum ſubuentionē quācunqꝫ. vel ad contribuendū in exactionib⁹ vel collectis ſeu ſubſidijs aliquib⁹ p dicte ſedis ſeu legatoꝝ aut nūcioꝝ ipſorum ſeu rectoꝝ quaſcūqꝫ impetratas vel impetrandas etiam minime teneamini: nec ad id cogi poſſitis etiam ſi in huiuſmodi ſedis eiuſdē cōtineatur litteris ꝙ ad quęuis exēpta vel non exempta loca ⁊ monaſteria ſe extendant: ⁊ aliqua eis cuiuſcunqꝫ tenoris exiſtat ipius ſedis indulgētia conceſſa. niſi forſan l're ipſe dicte ſedis de indulto huiuſmodi ⁊ de ordine veſtro ac nomine cardinalis cui gubernatio: ꝓtectio ⁊ correctio fratrum minoꝝ ac etiaz cura monaſterioꝝ abbatiſſaꝝ monialium ſancte clare ordini preſentiū ⁊ futurorum pro tēpore cōmiſſe fuerint: plenam ⁊ expreſſam fecerint mentionez auctoritate vobis preſentiū indulgemus. Nos enim decernim⁹ irritas ⁊ inanes interdicti ſuſpēſionis aut excōmunicationis ſentēcias ſi quas in vos vel in aliquā veſtrum aut aliquod monaſteriorum veſtrorum ſeu quoſcūqꝫ alios veſtri occaſione premiſſoꝝ pretextu contra huiuſmodi cōceſſionis noſtre tenorē p quęcunqꝫ de cetero contigerit promulgari. Nulli ergo oīno hominū liceat hāc paginā noſtre cōceſſionis ⁊ cōſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis aūt hoc attētare preſumpſerit: indignationē omnipotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datum apud vrbem veterē quinto decimo kl's februarij Pōtificat⁹ nr̄i Anno Primo.

Martinus papa q̄ntus concedit ꝙ omnes fratres ⁊ ſorores tertij ordinis ſubijciant generali ⁊ prouincialib⁹ miniſtris ordinis minoꝝ

Martin⁹ ep̄us ſuus ſeruoꝝ dei Venerabili fratri iordano ep̄o albanēſi: Salutē ⁊ ap'licā bn̄ionez. Licz int' cetera regularꝫ obſuātie vota obediētie iugū ſine q̄ nō vera ſꝫ ficta cēſet' eē religio p̄cipuū exiſtat ⁊ ꝓpterea abſonū ſit ⁊ abſurdū ꝙ qs habitu ſe religioſuꝫ foris exhibeat: ⁊ lupi rapacis more regulari' viuere regl'areqꝫ diſciplinā ſuſcipe oīno ꝯtēnat. Sane ꝓ p'te dilectoꝝ filioꝝ antonij de maſſa gen̄alis ⁊ ſingl'oꝝ ꝓuincialiū miniſtroꝝ vniūſoꝝqꝫ fratrū ordinis minoꝝ petitio nob' nup exhibita ꝯtiebat: ꝙ nōnulle tā eccl'iaſtice q̄ ſcl'ares vtriuſqꝫ ſexus pſone in diūſis mūdi partib⁹ ꝯſtitute q̄ ſub q̄dā velamine ſanctitatis habituz griſeum ordinis fratrum minoꝝ habitui quaſi conformē deferentes: ⁊ a beato franciſco nomen aſſumentes de tertia regula dicti ſancti alias

Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

de penitentia ſe appellant: taꝫ ex priuilegijs (vt aſſerunt) conceſſis q̄
etiam propria auctoritate nōnunq̄ in cōmuni. quādoq̄ vero ad parteꝫ
ſub quadam viuendi norma quaſi in propriam libertatē ⁊ abſq̄ debi-
ta ſubiectione ⁊ obedientia religioſam vitaꝫ ducere ſe aſſerunt ⁊ preſu-
munt: vnde dicti ordinis non ſolū cōfuſio generatur ⁊ contēptus: verū
etiaꝫ ſimplices ſic decepti in diuerſas inducūtur hereſes ⁊ errores plu
raq̄ ſcandala ⁊ pericula ꝓueniūt animarū. Quare pro parte generalis
⁊ prouincialiū miniſtroꝝ ac fratrum predictorum nobis fuit humiliter
ſupplicatū: vt ſuper p̄miſſis opportune prouidere de benignitate apo-
ſtolica dignaremur. Nos igitur attente cōſiderantes incōgruū exiſtere
ꝙ huiuſmodi pſone habitum de dicto ſancto conceſſum gerant ⁊ ſe de
tertio ordine nominare preſumāt ⁊ iuriſdictionē aut diſciplinā ſupioꝝ
dicti ordinis minorum ſuſcipere paruipendāt: ac alias ſubiecti prefato
ordini nō exiſtāt: ac ſuper his ſalubriter occurrere cupiētes: circūſpectio
ni tue de qua in his ⁊ alijs ſpecialeꝫ in domino fiduciā obtinemus per
aplica ſcripta cōmittimus ⁊ mandam⁹ quatenus ſi ita ē omnes ⁊ ſin-
gulos fratres ⁊ ſorores de tertia regula ſancti franciſci alias de penitē
tia nūcupatos tā preſentes q̄ futuros cuiuſcūq̄ gradus vel cōditionis
exiſtant ⁊ vbicūq̄ conſiſtāt: eidem ordini ⁊ eius ſuperioribus in oībus
(eorum tamen viuēdi ⁊ continendi forma ſemꝑ ſalua) auctoritate nr̄a
ſubijcere ipſoſq̄ predictis generali ⁊ ꝓuincialib⁹ miniſtris ꝓ tempore
exiſtētibus quēadmodū ceteri ⁊ veri dicti ordinis fratres ⁊ ſorores ſub
iecti exiſtunt: ſubiectos eſſe decernas, ſtatuēs ⁊ ordinās auctoritate pre
dicta ꝙ prefati miniſtri fratres de tertia regula ⁊ ſorores p̄dictos quo-
tiens expediens fuerit: per ſe vel alios ad hoc idoneos viſitare corrige-
re: ⁊ delinquētes ⁊ excedentes pro demeritis punire ⁊ emendare eorū
q̄ cōfeſſiones audire eiſq̄ penitentiā ſalutarē iniungere: ⁊ oīa ſacramē-
ta eccl'iaſtica miniſtrare omnēq̄ aliam (q̄ tamen illoꝝ obſeruantie ſeu
continētie penitus nō obuient) iuriſdictionē exercere valeāt in eoſdeꝫ:
cōtradictores per cenſurā eccl'iaſticam appellatiōe poſtpoſita cōpeſcē
do. Non obſtātibus priuilegijs: gratijs: cōceſſionib⁹ ⁊ litteris aplicis
de regula huiuſmodi eiſdē fratribus ⁊ ſororib⁹ eorūq̄ religioni in gene
re vel in ſpecie ſub quauis verborū forma cōceſſis etiā ſi de eis eorūq̄
totis tenoribus ac de verbo ad verbū eſſet in preſentibus ſpecialis ⁊ ex
preſſa mentio facienda: quibus quātum premiſſis contraria fuerint: de
rogamus. Necnō conſtitutionibus apoſtolicis ceteriſq̄ cōtrarijs etiaꝫ
nō obſtantib⁹ quibuſcūq̄. Datum rome apud ſanctos apoſtolos Pō
tificatus noſtri Anno Decimo.

Nicolaus q̄r-
tus papa con
cedit ꝙ frēs t-
tij ordinis eli-
gāt viſitatorē
de ordine fra-
trū minoꝝ.

NIcolaus epiſcopus ſeruus ſer
uorum dei Uniuerſis chriſti fidelibus pñtes lr̄as inſpe-
cturis: Salutē ⁊ aplicaꝫ benedictionē. Unigenitus dei fi
lius cuius liuore ſanati ſum⁹ ⁊ ſanguinis fonte regenera
ti ſolus ſuā fundauit eccl'iam ⁊ ſupra petrā fidei mox na
ſcentis erexit beatoq̄ꝫ petro apl'orum principi eterne vite clauigero ce

leſtis ⁊ eterni ſimul imperij iura cōmiſit diſperſos iſrael ad ouile ſuum
miſterio paſſionis inductos ligandi atq̄ ſoluendi ſibi ⁊ in eo ſucceſſo-
ribus tradito principatu. Quare romano pōtifici eiuſdē principis i pn
cipatu hmōi ſucceſſori: he vigilie precipue ⁊ ſolercie ſedule ſtudia ⁊ de-
ſideria nō vacua iminēt ex debito aplice ſeruitutis vt eccl'iam ipaꝫ nouo
ſemꝑ fetu multiplicet ⁊ ꝯgreget illi gregē ⁊ diſciplinis ⁊ regulis infor-
matā. Nā hūane nature conditio tāq̄ vas figuli fragilitati ſubiecta frā
gitur ⁊ difficile reparatur. ꝓpterea ſiquidē fideles eiuſdē eccl'ie vt in azi
mis ſinceritatis ⁊ veritatis alitos vigilāter oportet cauere: ne ſucceſſo-
res eiuſdē principis ordinatiōibus vel doctrinis minorādo detrahant.
vel quoquomodo labijs detractiōis obſiſtant. Cū ſcd'm apl'm ordina-
tioni ſit obuius: qui ꝑtāti reſiſtit. Cuꝫ itaq̄ ille glorioſus beat⁹ frāciſc⁹
cōfeſſor eximius igne charitatis ſuccenſus. verbo ⁊ opere aploꝝ diſci-
pulus ad ampliandā in domo dñi familiā plenus ſpiritu veritatis con-
ſurgens: vt ambulantiū in tenebris pedes eruditiōis ſine lr̄is dirigeret
in viam ſalutis eterne: quendā ordinē inſtituerat. penitētiū titulo inſigni
tū. in quo normā tradidit ꝓmerēdi eterna. Nos ordineꝫ ipm opportu-
nis fauorib⁹ ꝓſequi ⁊ ad eius augmentū benignius intendētes: vt ꝙ i
zelo eiuſdē ꝯfeſſoris extiterit: incremētis augeret v̄tutis. ⁊ eiuſdeꝫ ordi
nis ꝓfeſſores adiectione nr̄e ſollicitudinis magis ac magis de v̄tute ꝓ
ficiāt in virtutē ordinē ipꝫ approbādo ordinatiōes nōnullas ſalutaris
pſuaſiōis nr̄is lr̄is in eodē ordine duxim⁹ obſeruādas. Inter cetera eiſ-
dē frīibus paterno ꝯſulētes affectu vt hmōi normā viuendi ſeq̄rent ⁊ ſe
quēdo amplecterēt eandē. Et cū naturalis pſuadeat rō ⁊ rōni equitas
acquieſcat vt predicti ordinis ꝓfeſſores ob ipſi⁹ cōfeſſoris reuerētiā. di-
lectoꝝ filioꝝ fratrū ordinis minoꝝ dirigāt ⁊ regulētur doctrina q vtri
uſq̄ꝫ ordinis alm⁹ extitit inſtitutor de ordine ſupradicto fratrū minoꝝ
viſitatores ⁊ reformatores aſſumere ꝓcurēt. Uerū qr prohdolor nōnul
li ex ordine p̄dicto penitētiū. eccl'ie ⁊ ꝯfeſſoris eorūdē degeneres filij ad
uerſ⁹ pſuaſionē ⁊ ꝯſiliū hmōi ꝯſurgētes: nō metuūt affirmare qd hmōi
nr̄o ꝯſilio acquieſcētes: illos ſequi volētes ſaluari nequeūt in eodē ordi
ne penitentiū. nec formidātes p̄ſūptuoſius agere in hac parte: callidis
ſuggeſtiōibus ſubuertūt ipſi cōſilio adherere cupiētiū volentes, illudq̄
adimplentes prohibitiōibus preſumptuoſis ⁊ moleſtationibus graui-
bus perſequendo. Nos preſumptores hmōi nolētes contuētibus ocu
lis pertranſire: ꝓhibemus nequis onus hmōi ꝓfeſſionis cuiuſcūq̄ con-
ditionis ⁊ ſtatus exiſtat auſu nefario preſumat impedire quatenus oēs
dicti ordinis penitentiū regulā obſeruantes, qui hmōi nr̄m cupiunt ſeq
conſilium: illud adimpleant ⁊ ſequantur. decernentes omnino proceſ-
ſus contra huiuſmodi noſtrum conſilium adherentes habitos ⁊ haben
dos: nullius penitus exiſtere firmitatis. Ceterum quoniā cupimus ve
hementer huiuſmodi noſtrū ſalubre conſilium adimplere: omnes qui il-
lud ſuſceperint ⁊ adimpleuerint reuerenter: apoſtolice ⁊ noſtre benedi-
ctionis gratiam amplius conſequantur. ⁊ gaudeant priuilegijs eiuſdē
ordinis penitentium ab eadem ſede conceſſis ⁊ impoſterum conceden-

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dis. Impediẽtes vero quõ minus p̃miſſuꝫ adimpleãt cõſiliũ: ꝙ ab hu
iuſmodi impedimẽto deſiſtãt oĩno: per locoꝝ ordinarios cõpeſci volu
mus ⁊ mãdamus. Nõ obſtãtibus quibuſcũqꝫ priuilegijs ſub quacũqꝫ
forma verboꝝ obtentis per q̃ effectus p̃ſtium poſſet quomodolibet im
pediri. Et inſuper volumus ꝙ hmõi frẽs nr̃o ſalubri cõſilio adherẽtes
debeãt habere miniſtros de ſe ipſis iuxta formã in predicta regula ↄp̄
henſam. Datũ apud vrbẽ veterem ſexto idus auguſti põtificatꝰ noſtri
Anno tertio.

Sixtꝰ papa q̄r tus ↄſtituit et declarauit ꝙ votum obediẽtie pauptatis ⁊ caſtitatis emiſſũ i ordine tertio bti franciſci ſit ſolẽne.

Sixtus epũs ſeruus ſeruorum
dei. Ad ꝑpetuã rei memoriã. Ad xp̃i vicarij p̃ſidentis in
ſpecula apl'ice dignitatis ꝓuidã circũſpectionẽ ꝑtinere
dinoſcit̃: q̃rũlibet perſonaꝝ altiſſimo ſub regulari habitu
mũdanis oblectatiõibꝰ abiectis ſedulo famulãtiũ qualitates attẽdere
ſicqꝫ feruenter inuigilare ꝓfectibus: vt ab eis oĩs dubietatis materia q̃
ſalutẽ aiarum obnubilare videt̃ auferatur ⁊ ↄtẽplatiõis ſuauitate qeſce
re valeãt. ac tranquillũ dño reddere famulatũ. Sane iam dudũ accepi
mus ꝙ quidã frẽs ⁊ ſorores tertij ordinis beati frãciſci ex ſpeciali cõceſ
ſione noſtra vel p̃deceſſoꝝ nr̃oꝝ collegialiter viuẽtes poſt annũ ꝓbatio
nis in manibus ſui miniſtri ſeu miniſtre ab eoꝝ collegio canonice electi
vel electe vouent ⁊ ꝓmittunt obedientiã pauptatem ⁊ caſtitatẽ ꝑpetuã
ſolẽniter coram toto ſuo collegio: dubitat̃qꝫ a pleriſqꝫ an tale votuꝫ ſit
ſolẽne ⁊ obliget ſicut tale. Nos igit̃ qui ordini predicto ⁊ in illo altiſſi
mo famulãtibus perſonis vt vota ſua firmiori ſtatu xp̃o cui vouerunt
quietius ꝑſoluere valeant ⁊ aiarum periculis quantũ poſſumus ꝓuide
re intẽſis deſiderijs affectamꝰ. Auctoritate apl'ica tenore p̃ntiuꝫ decerni
mꝰ ⁊ ſtatuimꝰ votũ p̃fatũ ſic (vt p̃mittit̃) emiſſũ vel qđ emittet̃ in futu
rũ: decetero habeat vim ⁊ valitudinẽ voti ſolẽnis ac oẽꝫ inducat effectũ
quẽ inducit votũ ſolẽne factũ cuicũqꝫ de religiõibus a ſede apl'ica ap
probatis. diſtricte p̃cipiẽdo mãdãtes oĩbus ⁊ ſingulis cuiuſcũqꝫ gradꝰ
dignitatis ordinis aut ↄditionis fuerint ſub quoꝝ cura aut iuriſdictiõe
frẽs vel ſorores p̃dicti degũt vel morãtur aut degere vel morari cõtige
rit in futurũ: ne decetero frẽs vel ſorores p̃noiatos p̃fatũ votũ mõ p̃di
cto emittẽtes matrimoniũ ↄtrahere decetero ſeu ante ↄtractũ cõſũma
re aut religionẽ ip̃am dimittere ⁊ ad ſecularẽ vitã redire ꝑmittãt. Quodqꝫ
ſi ip̃i frẽs vel ſorores ↄtrariũ fecerint: m̃rimoniũ hmõi nullũ fuiſſe ⁊ cẽ
eadẽ auctoritate decernãt. ac ip̃os frẽs vel ſorores id faciẽtes: excõica
tiõis ſn̄ia innodatos fore tãdiu denũtient: donec ad cor reuertẽtes habi
tũ dicte religionis reaſſumãt ⁊ votũ ac ꝓfeſſionẽ ſuã iuxta ſtatuta ⁊ con
ſuetudines dicti ordinis p̃dicto mõ collegialiter viuẽtes obſeruent. me
ruerintqꝫ ab hmõi excõicatiõis ſn̄ia a ſuis ſupioribus abſolutionẽ obti
nere. Nõ obſtantibus ↄſtitutionibus felicis recordatiõis bonifacij pa
pe octaui predeceſſoris noſtri ⁊ alijs quibuſcũqꝫ. Nulli ergo oĩno homi
num liceat hanc paginã noſtre cõſtitutionis ſtatuti mandati ⁊ volunta
tis infringere: vel ei auſu temerario cõtraire. Siquis aũt hoc attentare

p̃ſũpſerit: idignationẽ oĩpotẽtꝫ dei ⁊ btõꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eiꝰ ſe no
uerit incurſurũ. Datũ rome apud ſanctũ petrũ Anno incarnatiõis dñi
ce milleſimo quadringẽteſimo octogeſimo kl's decẽbris pontificatus
noſtri Anno decimo.

Sixtus epũs ſeruus ſeruorum
dei. Ad ꝑpetuã rei memoriã. Graue nimis gerimꝰ ⁊ mo
leſtũ cũ ſiniſtra nobiſ de quibuſuis eccleſiaſticis pſonis re
ferũtur. ſed in eoꝝ qui ad p̃dicandũ verbũ dei ſũt deputa
ti exceſſibus p̃dicãdo cõmiſſis: eo grauiꝰ ꝓuocamur q̃ illi piculoſius re
manẽt incorrecti. cũ facile deleri nequeãt: qui multoꝝ cordibꝰ ſic publi
ce p̃dicãdo diffuſius ⁊ dãnabiliꝰ imprimũtur errores. Sane ſicut accepi
mꝰ nõnulli diuerſoꝝ ordinũ ꝓfeſſores ad p̃dicãdũ verbũ dei in diuerſis
ciuitatibꝰ ⁊ locis ptibꝰ lõbardie deputati nõ ignari ꝙ ſancta romana ec
cleſia de intemerate ſempqꝫ virginis gl'ioſe marie cõceptione feſtũ cele
brat ⁊ ſpãle ac ꝓpriũ officiũ ordinauit in eoꝝ p̃dicatiõibus ad populuꝫ
publice affirmare hactenꝰ nõ erubuerũt ⁊ quotidie predicare nõ ceſſant
aſtante populi multitudine. oẽs illos q tenẽt ⁊ affirmãt eandẽ gl'ioſaꝫ
⁊ imaculatã dei genitricem virginẽ mariã abſqꝫ peccati originalis ma
cula fuiſſe cõceptã: hereticos eſſe ⁊ ip̃am romanã eccleſiã ſolã ſp̃ualẽ cõ
ceptionẽ ſeu ſanctificationẽ eiuſdẽ virginis marie celebrare. ac hmõi eo
rũ p̃dicatiõibus nõ ↄtenti: cõfectos ſuper his ſuis aſſertiõibus libros in
publicũ ediderũt. ex quoꝝ p̃dicatiõibus ⁊ aſſertiõibꝰ hmõi nõ leuia ſcã
dala in partibus illis in mẽtibus xp̃i fideliũ ſunt exorta. ⁊ maiora exoriri
formidant̃ indies. Nos igitur hmõi temerarijs auſibus ⁊ peruerſis ac
a veritate penitus alienis aſſertiõibus ⁊ ſcandalis que exinde in dei ec
cleſia exoriri poſſent: quantũ nobis ex alto conceditur obuiare volentes:
motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblata petitionis inſtã
tiam: ſed de nr̃a mera deliberatione hmõi aſſertiones predicatoruꝫ eo
rundem ⁊ aliorum quorũlibet qui affirmare preſumerent eandem ſan
ctam romanam eccleſiam de ſp̃uali dũtaxat conceptione ⁊ ſanctificatio
ne eiuſdem virginis gl'ioſe feſtum celebrare. ⁊ eos qui crederent ⁊ tene
rent eandem dei genitricem ab originalis peccati macula in ſua conce
ptione preſeruatam fuiſſe: propterea alicuius hereſis labe pollutos fo
re vtpote falſas ⁊ erroneas ac a veritate alienas. Editoſqꝫ deſuper li
bros predictos id continentes: auctoritate apoſtolica preſentiuꝫ tenore
reprobamus ⁊ damnamus. ac motu ⁊ auctoritate predictis ſtatuimus
⁊ ordinamus ꝙ predicatores verbi dei ⁊ quicunqꝫ alij cuiuſcunqꝫ gra
dus ordinis ⁊ conditionis fuerint qui decetero auſu temerario preſum
pſerint in eorum predicationibus ad populuꝫ ſeu alias quomodolibet
affirmare. huiuſmodi per nos ſic reprobatas ⁊ damnatas aſſertiones
⁊ opiniones veras eſſe aut dictos libros pro veris legere tenere vel ha
bere poſtq̃ꝫ de p̃ntibus ſcientiã habuerint: excõicationis ſententiam ⁊
eterne maledictiõis penã eo ipſo incurrant aq̃ ab alio q̃ꝫ a romano põti
fice ⁊ illiꝰ ꝓprio ore exp̃ſſa cauſa hmõi ꝓpter quã cenſuras p̃dictas in

Sixtꝰ papa q̄r tus circa cõceptionem virginis marie.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

currerint (niſi in mortis articulo ꝯſtituti) neq̄ant abſolutiōis bn̄ficium obtinere. Nō obſtātibꝰ ꝯſtitutiōibus ⁊ ordinatiōibꝰ apl'icis ꝯtrarijs q̄buſcūq̄. ſeu ſi aliq̄bus cōiter ſeu diuiſim a ſede apl'ica indultum exiſtat q̄ interdici ſuſpēdi vel excōicari nō poſſint per l'ras apl'icas nō facientes plenā ⁊ exp̄ſſam ac de verbo ad verbū de indulto hmōi mentionem. Pari damnationi ⁊ cenſure ſubijciētes illos qui predicare docere aut alias verbo vel ſcriptura affirmare p̄ſumerent hereticū fore credere eandem virginē gl'ioſam a peccati originalis macula p̄ſeruatā non fuiſſe. Et ne de p̄miſſis aliqui valeāt ignorantiā allegare: volumꝰ ꝙ locorum ordinarij p̄ntes l'ras in eccleſijs ꝯſiſtētibus in eoꝝ ciuitatibus ⁊ ſuarum diocesū locis inſignibus dum maior inibi populi multitudo ad diuina ꝯuenerit ac ſermōibus ad populū: mandent ⁊ faciāt publicari. Preterea q̄r difficile foret p̄ntes l'ras ad ſingula loca in quibus expediens fuerit defferre: etiā volumꝰ ⁊ dicta auctoritate decernimꝰ ꝙ earūdē tranſſūpto manu publici notarij cōfecto ⁊ autenticato ⁊ alicuius p̄lati eccl'iaſtici ſigillo munito: vbiq̄ ſtetur ꝓut ſtaretur eiſdem originalibus l'ris ſi forent exhibite vel oſtenſe. Nulli ergo oīno hoīum liceat hanc paginam noſtre reprobatiōis: damnationis: ſtatuti: ordinatiōis: volūtatis ⁊ decreti infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis aūt hoc attentare preſumpſerit: indignationē oīpotentis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apl'orū eius ſe nouerit incurſurū. Datum rome apud ſanctū petrū Anno incarnationis dn̄ice milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſecundo pontificatus noſtri Anno vndecimo.

Sixtꝰ papa q̄r tus approbat cōceſſiōes factas mōialibꝰ de nō ſoluēdis decimis ⁊c̄.

M. 1. 19. n. 4. h.º 4 ordina. j. folio 60

Sixtus ep̄us ſeruus ſeruorum

dei. Ad ꝑpetuā rei memoriā. Ut interne btitudinis amatrices que habitu ſacre religionis aſſumpto vni viro ieſu xp̄o ſe voto celebri deſponſauerūt valeāt iuxta votum gete mentis ꝓficere ⁊ regularis obſeruantia ſtabiliri: tanto ꝓpenſioribus equū eſt illas attollere gratijs ſp̄ualibꝰ epulis reficere ac eaꝝ pia cōſeruare ꝓpoſita: necnon ea que pro illarū quiete ⁊ vtilitate ꝯceſſerunt apl'ico munimine roborare: quanto ſexus feminei fragilitas ad ferendū obſeruātie onus potiori fauore indigere noſcit̄. Unde nos in ſacra petri ſede meritis licet inſufficiētibus ꝯſtituti vt religio quelibet dilatet̄ ⁊ florido decentiq̄ candore refulgeat luminoſiſq̄ ſanctimonie radijs ad exemplar imitationis eniteſcant: operarias manꝰ apponimꝰ ⁊ ſtudiū efficax impartimur vt tandē cultores cuiuſlibet religiōis annuēte diuina gratia p̄ntis in ſtadio vite ſub ſanctoꝝ patrū regulis ⁊ inſtitutis deo militātes: felix triūphi brauiū valeāt adipiſci. Dudū ſiq̄dē felicis recordatōis eugenio pape quarto p̄deceſſori noſtro parte dilectarū in xp̄o filiarum abbatiſſarū ⁊ cōuentuū vniuerſoꝝ monaſterioꝝ ſancti damiani ac minoriſſarū ſancte clare ordinis eiuſdem ſancte generalis miniſtri aliorumq̄ officialiū ordinis fratrū minoꝝ cura vbilibet conſtitutoꝝ expoſito ꝙ ob vicarias decimarū ⁊ charitatiuoꝝ ſubſidioꝝ aliorūq̄ onerū impoſitiones tam per romane eccleſie eoꝝq̄ legatoꝝ ⁊ miniſtroꝝ incūbentia

q̄ ꝓ honorādis regibus ⁊ principibus ac cōitatū ſubuētionibꝰ apl'ica auctoritate tūc ordinatas ꝯſtitutas atq̄ decretas necnō gabellas pedagia ⁊ grauamina aliaq̄ onera realia per ꝑtātes rectores ac regimina ſecularia factas impoſitas ⁊ illatas. petitioneſq̄ ⁊ exactiōes q̄ rōne fructuū qui in eorūdem monaſterioꝝ ac locoꝝ agris ⁊ poſſeſſionibꝰ infra nōnullaꝝ cū cura ⁊ ſine cura eccleſiarū limites ꝯſiſtentes colligebātur a nōnullis illarū rectoribꝰ ⁊ bn̄ficiatis facte fuerāt. Tūc abbatiſſe moniales ꝯuentus monaſteria ac loca hmōi in tantā paup̄tatē inopiāq̄ venerāt: ꝙ pia eoꝝ vota ꝑſoluere nō valētes in monaſterijs ac locis ipſis diuinus cultus adeo erat diminutꝰ: ꝙ niſi ꝓuideret̄ celeriter: veriſimiliter formidabat̄ in eis extinctio obſeruātie regularis. Idē eugeniꝰ p̄deceſſor ip̄arū abbatiſſarū ⁊ monialiū ſupplicatiōibꝰ inclinatus: eas ⁊ cōuentꝰ monaſteria ⁊ loca hmōi cū oībus iuribus ⁊ ꝑtinētijs ac bonis eorūdem mobilibus ⁊ imobilibus q̄buſcūq̄ tā exiſtētibꝰ q̄ futuris ab oī iuriſdictiōe dn̄io ⁊ ꝑtāte quorūcūq̄ legatoꝝ patriarcharū archiep̄orum ep̄oꝝ nūcioꝝ ⁊ alioꝝ quorūcūq̄ ordinarioꝝ iudciū ad inſtar priuilegiorū ꝯceſſoꝝ eis ꝑ pie memorie nicolaū q̄rtū. Bonifaciū octauū. ⁊ Joannē vigeſimū ſecūdū. Clemētē ſextū Alexādrū quintū. ⁊ B̄n̄dictū vndecimū romanos pōtifices etiā p̄deceſſores n̄ros exemit. ⁊ ꝑpetuo liberauit. ⁊ ſub beati petri ac ſedis apl'ice ꝓtectiōe ⁊ ſua ſuſcepit. Illaq̄ ſibi ⁊ ſucceſſoribus ſuis romanis pōtificibꝰ canonice intrātibus ac dicte ſedi dūtaxat ſubiacere voluit: ita ꝙ legati ⁊ nuncij eiuſdē ſedis ac iudices p̄fati ⁊ quevis alia ꝑſona ſecularis vel regularis eccl'iaſtica vel mūdana quacūq̄ p̄fulgeat dignitate: nullas in abbatiſſas ꝯuētꝰ monaſteria moniales ſeu loca hmōi excōicatiōis ſn̄ias ꝓmulgare vel iuriſdictionē dominiū aut ꝑtātem exercere poſſet. ꝓut in l'ris dictoꝝ p̄deceſſoꝝ plenius ꝯtinet̄. Quare ꝓ ꝑte dictarū tam ſancte marie regalis de tordeſillas q̄ alioꝝ monaſterioꝝ ordinis ſancte clare p̄ſertim in regno caſtelle ꝯſtitutorū abbatiſſarum ⁊ monialiū nobis fuit hūiliter ſupplicatū vt exēptioni liberationi ⁊ ſubiectiōi p̄miſſis oībuſq̄ alijs ⁊ ſingulis in dictis l'ris cōtentis ꝓ illoꝝ ſubſiſtētia firmiori robur apl'ice cōfirmatiōis adijcere aliaſq̄ in p̄miſſis ꝓuidere opportune de benignitate apl'ica dignaremur. Nos igit̄ hmōi ſupplicatiōibus inclinati: exēptionē liberationē ſubiectionē p̄dictas ⁊ ꝓut illas cōcernūt oia ⁊ ſingula in dictis l'ris cōtenta auctoritate apl'ica tenore p̄ntium approbamus cōfirmamuſq̄ ſupplētes oēs ⁊ ſingulos defectꝰ ſiqui forſan interuenerint in eiſdē. ⁊ inſuper ꝑpetuo ſtatuimus ⁊ ordinamꝰ ip̄iſq̄ abbatiſſis ⁊ cōuētibus ac monialibus auctoritate ⁊ tenore prefatis cōcedimus ꝙ ipſe etiam de quibuſcūq̄ terrarū ⁊ poſſeſſionū ad eas legitime ꝑtinentibus ⁊ ſpectātibus quas etiam per alios q̄ eorūdem monaſteriorum ſeruitores ⁊ ſubditos excoli ⁊ cultiuari faciunt ⁊ pro tempore facient: decimas primitias auctoritate tamen apoſtolica non impoſitas quibuſuis perſonis cuiuſcunq̄ dignitatis gradus ſtatus ordinis vel conditionis fuerint ſoluere minime teneantur. nec ipſe aut ipſarum terrarum aut poſſeſſionū coloni ſeu cultores ob ſolutionem decimarum primitiarum aut cenſus huiuſmodi ꝑ

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

qnēpiam moleſtari poſſint, aut ꝓpterea contra eos procedi ⁊ penas ali
quas promulgari, decernētes irritum ⁊ inane ſi ſecus ſuper ijs a quoq̃
quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingat attentari. Nō ob-
ſtātibus ↄſtitutionibus ⁊ ordinatiōib⁹ aplicis ac ſtatutis ↄſuetudinib⁹
monaſterioꝝ ⁊ ordinis predictoꝝ iuramēto cōfirmatiōe aplica. ⁊ quis
alia firmitate roboratis ceteriſq; ↄtrarijs quibuſcūq;. Nulli ergo oino
hoium liceat hanc paginā nr̃e approbatiōis ↄfirmatiōis ſuppletionis.
ordinatiōis: ↄſtitutiōis: cōceſſiōis ⁊ decreti infringere: vel ei auſu teme
rario cōtraire. Si quis aūt hoc attētare p̄ſūpſerit indignationē oipoten
tis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apl'orum eius ſe nouerit incurſurū. Da
tū rome apud ſanctū petrū Anno incarnatiōis dn̄ice milleſimo quadrin
genteſimo ſeptuageſimo quinto pridie nonas iulij pontificatus noſtri
anno quarto.

Joānes papa vigeſimus ſecundus dānat ⁊ reprobat q̄ſdam articulos quos tenuerat quidā Jo. magiſter pariſieñ.

Joannes epſ ſeruus ſeruorū

dei. Venerabilibus fratribus p̄triarchis archiep̄is ⁊ ep̄is
ac dilectis filijs eccleſiaſticis ad quos p̄ntes ꝑuenerint.
Salutē ⁊ aplicam bn̄dictionē. Vas electiōis doctor exi-
mius ⁊ egregius predicator cuius p̄dicatio mūdū docuit vniuerſū p̄ſū
ptuoſam illoꝝ audaciā refrenare ſollicitus qui prudētie ꝓprie initentes
in errores varios ꝓlabūtur. Non plus ſapere q̃ oportet ſapere: ſed ſa
pere ad ſobrietatē ſalubri doctrina ſuggeſſit: vt iuxta ſapiētꝫ eloquia: q̄ſ-
q; prudētie ſue modū ponat. Sane cū dilectū filium magiſtrū Joannē
de poliaco ſacre theologie doctorē certis ex cauſis de fratrū nr̃oꝝ ↄſilio
ad nr̃am p̄ntiam vocaſſemus: fide digna ad nr̃m relatio ꝑduxit auditū
ꝙ ipſe in quibuſdā articulis tāgētib⁹ pnie ſacramētū nō ſobrie ſed per-
perā ſapiebat infraſcriptos articulos continentes errores docēs publi-
ce in ſuis predicatiōibus ⁊ ſcholis.

Prim⁹ articulus.

Primo ſiquidem aſtruens ꝙ confeſ
ſi fratribus habētibus licenciā generalē audiendi cōfeſſiones: tenentur
eadē peccata que confeſſi fuerant iterū confiteri ꝓprio ſacerdoti.

Secūdus articulus

Secun
do ꝙ ſtante ſtatuto ois vtriuſq; ſexus edito in concilio generali: Roma
nus pontifex nō poteſt facere ꝙ parrochiani non teneantur cōfiteri oia
peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti quem dicit parrochialem
ſacerdotē curatū imo neq; deus poteſt hoc facere q2 (vt dicebat) impli-
cat cōtradictionē.

Terti⁹ articulus

Tertio ꝙ papa non pōt dare licenciā generalē nec po
teſtatē audiendi cōfeſſiones imo nec deus, quin confeſſus habenti licen-
ciā generalē teneat iterū ↄfiteri ſuo ꝓprio ſacerdoti quē dicit eſſe (vt p̄-
mittitur) parrochialē ſacerdotē. Nos igitur ſcire volētes ſi ſuggeſta no
bis veritatē haberēt: articuloꝝ p̄miſſoꝝ eidē magiſtro ioanni copiam
fecimus aſſignare. ⁊ ad defenſionē ſui audientiā plenā p̄buimus tam in
nr̃a ⁊ dictorū fratrū noſtrorū p̄ntia in ↄſiſtorio. q̄ alias corā aliquibus
de ipſis frib⁹ per nos ad hmōi deputatis. Verū etiam licet p̄fat⁹ ma-
giſter Joānes prefatos articulos ⁊ contēta in ipſis defendere niteretur:
aſſerebat ſe tamē paratū credere ⁊ tenere in p̄miſſis ⁊ alijs ea que credē
dum ⁊ tenendū eſſe ſedes apoſtolica diffiniret. Nos igitur attēdentes

ꝙ dictoꝝ articuloꝝ aſſertio predicatio ⁊ doctrina redundare poterant
in multarū perniciē aiarum: ipſos per plures magiſtros in theologia ex
aminari fecimus diligenter: nos ipſi etiam cum dictis fratrib⁹ noſtris
collationem habuimus ſolertem cum ipſis. per quam quidem col-
lationem ⁊ examinationē: ↄtrarijs demonſtratis in cōſiſtorio reuocauit:
aſſerens ſe credere eos non veros, ſed eoꝝ ↄtrarium verum eſſe cū dice-
ret ſe neſcire rōnibus ſibi factis in cōtrariū replicare. Ideoq; ne per aſ-
ſertionē predictoꝝ ⁊ doctrinā hmōi in errorē (qđ abſit) anime ſimplici
um ꝓlabantur: omnes predictos articulos ⁊ quemlibet eoꝝ tanq̃ fal-
ſos ⁊ erroneos a doctrina ſana deuios auctoritate apl'ica damnamus ⁊
reprobamus de dictorum fratrū conſilio predictoꝝ: doctrinam ipſis cō
trariam veram eſſe ⁊ catholicā. aſſerentes ꝙ illi qui predictis fribus cō
fitentur: non magis tenentur peccata eadem confiteri: q̃ ſi alias illa fu
iſſent confeſſi eorum proprio ſacerdoti iuxta dictum concilium generale
Optantes autem veritatis vias notas eſſe fidelibus ⁊ cunctis erroribus
precludere aditum ne ſubintrent. felicis recordationis alexandri quinti
⁊ Clementis quarti romanorum pontificum predeceſſorum noſtrorū
veſtigia imitando: vniuerſis ⁊ ſingulis diſtrictius inhibemus ne quiſq̃
dictos articulos per nos vt premittitur damnatos ⁊ etiam reprobatos
⁊ contenta in eis vel aliquo ipſorum vtpote a catholicis mentibus reſ-
puenda: tenere audeat ſeu defenſare quomodolibet vel docere. Quocir
ca vniuerſitati veſtre per apoſtolica ſcripta diſtricte precipiendo man-
damus ꝙ vniuerſi ⁊ ſinguli veſtrum in ciuitatibus ⁊ diocesibus veſtris
conuocato clero conuenienter premiſſa omnia ⁊ ſingula per vos ſeu ali-
os ſolenniter publicetis. Nos enim magiſtro Joanni mādamus ꝙ ip̄e
in ſcholis ⁊ in ſermone pariſienſi predictos articulos ⁊ contenta in eis
tanq̃ veritati contraria proprie vocis oraculo ⁊ aſſeueratione conſtan-
ti: publice debeat reuocare qđ ſe facturum dictus magiſter ioānes effica
citer repromiſit. Datum auinioni octauo auguſti pontificatus noſtri
Anno quinto

Martinus papa quintus approbat decretum ↄſtāciēſ.

Martin⁹ ep̄us ſeruus ſeruorū

dei. Ad futuram rei memoriam. Romanū pontificem
chriſti vicarium beatiq; petri principis ſucceſſorem reli
gioſos ſub arta obſeruantia domino famulantes deuo-
te apoſtolicis conuenit munire preſidijs ne forte cuiuſli-
bet temeritatis incurſus aut eos a ſyncero propoſito reuocet ſeu robur
(quod abſit) ſacre religionis infringat. Accepimus ſiquidem ꝙ nōnul
li miniſtri ⁊ aliqui alij profeſſores ordinis fratrum minorum pretendē-
tes nos quecunq; decreta ſtatuta ordinata per ſanctam ſynodum con-
ſtancienſem in fauorem vicariorum guardianorum ⁊ fratrum dicti ordi
nis prouinciarum francie burgundie ⁊ thuronie ſecundum morem ipſi
us ordinis, necnon domorum de ſancto andamaro morinenſis de ſa-
gio ſagienſis de varenſi remenſis: de dola biſantinēſis: de valle guydo
nis cenomanēſis de clitio nanetēſis de ābaſia turonēſis: de ſcō ioāne an

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

geliacenſis ſantonēſis de vertbolio tholeto fontimaco comitis malea cenſis dioceſis ceterarūq; domoꝝ infra prouincias exiſtentiū q̄ ordinē prefatum dicūtur ſub artiori obſeruātia tenere. per ſuas lr̄as cōceſſas in genere ſeu in ſpecie per nr̄as lr̄as caſſaſſe irritaſſe ⁊ annullaſſe. reponendo ipſum ordinem quo ad electionem generalis ⁊ ꝓuincialium miniſtrorum ⁊ obſeruantiā regularem viuendo ſub obedientia ipſius ordinis eo modo ſeu in illis terminis in quibus ordo ipſe ante obitū felicis recordationis gregorij pape vndecimi predeceſſoris nr̄i exiſtebat: Nō obſtantibus lr̄is ⁊ priuilegijs apoſtolicis ⁊ alijs indultis ſub quauis verboꝝ forma hactenus quibuſcūq; conceſſis etiam concedēdis in futurum ⁊ ſi de illis ⁊ de eorum totis tenoribus eſſet in eiſdē de premiſſis mentio facta ſpecialis pretextu aſſertarum nr̄arum lr̄arum necnon reuocationis irritationis caſſationis annullationis ⁊ depoſitionis predictarum eoſdem vicarios guardianos ⁊ fratres dicti ordinis ꝓuinciarum ⁊ domorum predictarum contra huiuſmodi ſtatuta decreta ⁊ ordinata prefate ſynodi diuerſis modis opprimere ⁊ moleſtare preſumpſerint actenus ⁊ preſumunt in predictorum decretorū ſtatutorum ⁊ ordinatorū ſacri cōcilij derogationē non modicā. Nos igitur qui contra huiuſmodi dicte ſynodi ſtatuta decreta ⁊ ordinata nihil hactenus voluimus prout nec volumꝰ attentari. intēdētes memoratos vicarios guardianos ⁊ fratres ab illatis ⁊ forſan inferendis oppreſſionibꝰ ⁊ moleſtationibus omnibꝰ ſuper premiſſis ⁊ eorū occaſione releuare: motu proprio declaramus noſtre intentionis ⁊ volūtatis hactenus minime fuiſſe aut etiam exiſtere aliquid cōtra huiuſmodi ſtatuta decreta ⁊ ordinata in predictorum fratrū de obſeruantia fauorē aut lr̄as dicte ſynodi feciſſe aut derogaſſe eis ſeu illa vel illorum aliquid reuocaſſe caſſaſſe irritaſſe ⁊ annullaſſe in genere vel in ſpecie: quinimmo volumꝰ dicta decreta ſtatuta ⁊ ordinata in ſuo robore ꝑmanere. decernētes quaſcūq; noſtras ⁊ alias lr̄as ſi que forſan in contrariū in aliquo reperte fuerint ſeu repirentur in futurum: necnon quaſcūq; contra huiuſmodi ſtatuta: decreta ⁊ ordinata. nec lr̄is dicte ſynodi attentata nec forſan attentanda per quoſcūq; profeſſores dicti ordinis necnō quoduis aliud: nullius extitiſſe vel exiſtere roboris vel momenti. Non obſtantibus clauſulis ſub quibuſcunq; verbis expreſſis in eiſdem pretēſis vel alijs lr̄is ceteriſq; cōtrarijs quibuſcunq;. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā noſtre declarationis voluntatis ⁊ cōſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis autē hoc attentare preſumpſerit: indignationē omnipotentis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datum Florentie nonis maij. Pontificatus nr̄i Anno Tertio.

Innocētiꝰ papa q̄rtꝰ concedit q̄ fratres eiecti ab ordine vl' motu ꝓprio egreſſi: nō poſſint audire ꝯfeſſiōes ꝑdicare, ⁊c̄. niſi ſedis ap̄lice auctoritate trāſeant.

INnocentiꝰ ep̄s ſeruꝰ ſeruorū dei Dilectis filijs generali ⁊ vniuerſis prouincialibus ordinis fratrum minorū Salutem ⁊ ap̄licam benedictionem. Iuſtis petentiū deſiderijs dignū eſt nos facilē p̄bere conſenſum ⁊ vota q̄ a rationis tramite nō diſcordāt effectu ꝓſequēte

complere. Cum ſicut igitur ex parte vr̄a fuit propoſitum coram nobis aliqui a vr̄is ſacris collegijs ipſorum culpis exigētibꝰ quidā onus obedietie temeritate propria deponētes: quaſi pulli onagri vitā velint ducere abſq; iugo. ac ijdem extra clauſtra veſtri ordinis ꝑuagantes: predicationū confeſſionū ⁊ docendi officia exercere preſumūt in ſuaꝝ animarum diſpendium ⁊ ſcandalū plurimoꝝ. Nos veſtris precibus inclinati ne predicti quos ab ordine pro ſuis culpis per vos expelli contigerit vel egreſſi fuerint proprio ſuo motu. predicare ſeu confeſſiones audire ſeu docere preſumāt niſi de noſtra vel veſtra licentia ad aliū tranſierint ordinem: diſtrictius inhibemꝰ. Qꝫ ſi forte contra inhibitionē aliud fuerit temere attentatū: liceat vobis in ipſos excōicationis ſententia ꝓmulgare. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nr̄e inhibitionis infringere vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis aūt hoc attentare preſumpſerit: indignationē oīpotentis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datū lugduni ſexto idus ſeptembris Pontificatus noſtri Anno Quarto.

INnocentius ep̄s ſeruꝰ ſeruorum dei. Dilectis filijs miniſtris generalibꝰ ⁊ prouincialibus ordinis fratrū minoꝝ: Salutem ⁊ ap̄licam benedictionē. Paci ⁊ trāquillitati vr̄e paterna volētes in poſterum ſollicitudine ꝓuidere. vt eiectis de vr̄o ordine vel egreſſis qui receptione in eodem ordine ſuis exigētibus culpis reddiderūt ſe indignos: tranſeundi ad alios ordines approbatos: preterq; ad beati auguſtini tēplariorum hoſpitaliorū ⁊ alioꝝ religioſoꝝ arma portantium: ad vitandam occaſionem euagādi. cū vr̄is teſtimonialibꝰ lr̄is. auctoritate nr̄a licentiam plenam de fratrū noſtroꝝ cōſilio cōcedimus auctoritate preſentiū facultatē: diſtrictiꝰ inhibētes ne tales aliter ad aliū ordinē trāſire vel aliqui eos recipere ſeu retinere preſumāt: abſq; licētia ſedis apoſtolice ſpeciali faciente de preſentibus mentionē. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginā nr̄e conceſſionis: ꝓhibitionis ⁊ cōſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis aūt hoc attentare preſumpſerit: indignationē oīpotentis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtolorum eiꝰ ſe nouerit incurſuꝝ. Datū lugduni decimo ſeptimo kl's ſeptēbris. Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Innocētiꝰ papa q̄rtus cōcedit ne fratres nr̄i ab ordine eiecti vl' egreſſi: poſſint trāſire ad ordines beati augu. tēplarioꝝ. ⁊c̄. bene tū ad alios ordines.

INnocētius epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Venerabilibꝰ fratribus archiep̄is ⁊ ep̄is ⁊ dilectis filijs abbatibꝰ: prioribus: archidiaconis: decanis ⁊ alijs eccl'iarum prelatis ad quos lr̄e iſte peruenerint: Salutem ⁊ ap̄licam benedictionē. Fratrum minorum continēt inſtituta vt ad ꝓfeſſionē ſui ordinis niſi ꝑ annum in ꝓbatione fuerit nullus admittatur. ne forte altiora ſe querēs: retro tandē reſpiciat tanq; in commotionē dederit pedē ſuū: ſed ⁊ nulli eiuſdē ordinis fratrum poſt factā profeſſionem licet ordinem ipſum relinquere, nec relinq̄ntē alicui reti-

Innocētiꝰ papa q̄rtꝰ p̄cipit archiep̄is ⁊ ceteris p̄latis vt fratres apoſtatas cū fuerint req̄ſiti denunciēt ⁊ faciāt illos publicari.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ce tamen) ne querelle inde eueniant. Non obſtantibus conſtitutionibꝰ
⁊ ordinationibus apoſtolicis ceteriſqꝫ contrarijs quibuſcũqꝫ. Nulli er
go omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti ⁊ ordina
tionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc at
tentare preſumpſerit: indignationem omnipotentis dei ac beatorum
petri ⁊: pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome
apud ſanctum petrum Anno incarnationis dominice Milleſimo qua-
dringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo Quinto idus iunij. Pontifica-
tus noſtri Anno Septimo.

DILECTIS FILIIS vicario ⁊ prelatis cõuentuũ ⁊ mo
naſteriorum reformatorum ⁊ reformandorum congregationis prouin
cie caſtelle ⁊ legionis ordinis predicatorum.

SIXTUS PAPA. IIII.

Universidad de Salamanca. BGH

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Sixtusꝰ papa qrtꝰ concedit fratribꝰ p̄dicatoribꝰ cōfiteri poſſe etiā clericis ſecularibꝰ.

Dilecti filii Salutē ⁊ aplicā bn̄

dictionem. Supplicari nobis humiliter feciſtis vt cū in conſtitutionibꝰ ⁊ priuilegijs veſtri ordinis expreſſe caueatur ne fratres ordinis eiuſdem preterq̄ ſuis prelatis ⁊ de eorum licentia fratribꝰ dicti ordinis confiteātur: dignaremur concedere vt aliquando alterius ordinis ſacerdotibꝰ maxime neceſſitate exigente poſſint confiteri. Nos vt cum maiori animi quiete ⁊ conſcientie pace fratres vobis ſubditi altiſſimo famulari poſſint: huiuſmodi ſupplicationibus inclinati: vt fratres veſtra vel alioꝝ prelatoꝝ ⁊ ſuorum qui pro tempore erunt licentia; ſolūmodo tamen cum itinerauerint vel fuerint extra conuētus eorum prout eis ꝯceditis cōfiteri poſſint ⁊ vos quomodocunq̄ ſacerdotibus cuiuſcunq̄ ſecularis ſeu regularis ordinis cōfiteri valeatis: tenore preſentium apoſtolica auctoritate concedimus et indulgemus. Datum rome apud ſanctum petrum ſub annulo piſcatoris die vndecimo auguſti Anno domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono. Pontificatus noſtri anno nono. Griffus.

DILECTO FILIO vicario generali fratrum minorum regularis obſeruantie familie vltramontane.

SIXTUS PAPA. IIII.

Sixtꝰ papa qrtꝰ concedit fratribus minoribus nō teneri niſi bis in triēnio capitula ꝓuincialia celebrare: non obſtante bulla eugenij qrti.

Dilecte fili Salutem ⁊ aplicā

benedictionē. Fuit nobis pro parte tua expoſitum q̄ a ſancte recordationis eugenio papa quarto predeceſſore nr̄o bulla quedam que incipit. Ut ſacra ordinis. emanauit per quam fratres de tua familia vltramontana aſtringi ⁊ obligari videntur ad tenendum ſingulis annis prouinciale capitulum. quod quidez cum a ſſeris abſq̄ magnis dictorum fratrū incōmodis: diſpendijs: ⁊ inconuenientijs: obſeruari nō poſſe: ſupplicaſti nobis humiliter vt in premiſſis benigne ⁊ gratioſe prouidere dignaremur. Nos autem qui pacem ⁊ cōmodum omnium ⁊ preſertim religioſorum pie affectamꝰ ꝑ preſentes quantum expoſitio tua vera eſſe dignoſcitur concedimus ⁊ ordinamus: vt deinceps fratres predicti ſine conſcientiaꝝ ſcrupulo aut alicuius cenſure vel pene incurſu non niſi ad duo tantum prouincialia capitula de triennio in triennium (vbi expedire videbitur) tenere ⁊ celebrare obligentur dicta predeceſſoris noſtri bulla in ea parte ceteriſq̄ cōtrarijs quibuſcunq̄ non obſtantibꝰ. Datum rome apud ſanctum petrū ſub annulo piſcatoris die duodecimo decembris Anno dn̄i milleſimo quadringēteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Pōtificatꝰ nr̄i anno ſecūdo.

Martinꝰ .iiij. concedit fratribus minoribꝰ poteſtatē conſtituendi ſyndicos ac eos reuocādi.

Martinꝰ epūs ſeruus ſeruoꝝ

dei. Dilectis filijs generali ⁊ prouincialibus miniſtris ac cuſtodibus vniuerſis ordinis fratrum minoꝝ: Salutem ⁊ apoſtolicam bn̄dictionem. Exultantes in dn̄o q̄ ſacri veſtri ordinis profeſſores in dei beneplacitis cōfor

mari promptitudine deuotionis ⁊ operis illius ſtudēt imitari veſtigia eiuſq̄ vias cuſtodire q̄ deſcēdēs a patre luminū ⁊ ſui formā accipiēs: ſe in laudis ſacrificiū placabilez hoſtiā immolauit: cogitare inducimur honeſta remedia qbꝰ dicti ordinis pura obſeruātia in ſui vigore fulciat: ijdemq̄ fratres q̄ ꝑ nulla re tēporali poſſunt in iudicio experiri (excluſis qbuſlibet ſollicitudinibꝰ) liberiꝰ ⁊ quietiꝰ diuinis vacēt obſequijs: ⁊ offerētiū: donātiū: ꝯcedētiū: aut in vltima volūtate relinquentiū ordini predicto vel fratribꝰ eiuſdē ordinis aliquid ꝓpter deū pia intētio nō fraudetur: ſicq̄ nos ſollicitudini q̄ p̄dictꝰ ordo ꝓ ſuis neceſſitatibꝰ quotiēs ingrueret neceſſitas vel vtilitas ſuaderet: recurrere ad romanā eccl'iam cogeret ad quā omniū reꝝ mobiliū ⁊ immobiliū qbꝰ frēs vti poſſunt: ius ꝓprietas ⁊ dominiū nullo medio ſpectat: pēſata incōmoditate vel difficultate potiꝰ q̄ ꝑ hoc ingeri poſſet fratribꝰ ſupradictis benigne indulgētes: volētes quoq̄ heredū ⁊ executoꝝ negligētijs obuiare: vt fratres ſecundū modos licitos ⁊ congruos ipi ordini relictis ſibi in teſtamentis elemoſynis nō fraudētur: ac ſperātes q̄ his q̄ pro ſtatu proſpo dicti ordinis agenda fuerint per vos eo ſalubrius ⁊ vtilius cōſulet: quo maiori fueritis in hac parte auctoritate muniti. Diſcretioni vr̄e de qua plenā in dn̄o fiduciā obtinemꝰ pſonas ſpeciales que non ſint de ipo ordine nominādi pro locoꝝ indigētia ſinguloꝝ quas pſonas ꝑ vos taliter noiatas in his adminiſtrationē legitimā generalē ⁊ liberalē gerere. et ipſos vos ⁊ legitimos adminiſtratores economos. ſyndicos: ⁊ actores eē de plenitudine ptātis pn̄tiū auctoritate cōſtituendo decernimꝰ. q̄ res ipas ⁊ reꝝ p̄dictaꝝ p̄ciū ⁊ dictas elemoſynas nōie ipius ecclie recipiant: ꝑ eoſdē in fratrū ipſoꝝ vtilitates (prout eis licet ex regula vel declaratione regule) cōuertēda: ſicut ⁊ quādo a te fili generalis vel ſingulis alijs veſtrū in ꝓuincia vel cuſtodia ſibi decreta ab eiſdez fratribꝰ de aſſenſu veſtro extiterint requiſiti ac eedē pſone petēdi: exigendi: recipiēdi: alienandi p̄dicta: trāſigendi: quoq̄ ⁊ paciſcēdi: conueniēdi: compromittēdi: remittēdi: refutādi: quietationē faciēdi: agēdi: defēdēdi: ac in alias eoꝝ de calūnia ⁊ vitate dicēda iurādi: ⁊ cuiuſlibz alteriꝰ iuramētū p̄ſtādi: cū ill'⁊ ꝯ illos q̄ hmōi res mobiles ⁊ imobiles aut p̄ciū eaꝝ vel relictas elemoſynas frībꝰ in teſtamēto occuparēt: vl' violēt auferrēt: ſiue q̄ vltra volūtatē fratrū q̄modolibz detinerēt: ⁊ gen̄al'r in oībꝰ cauſis ꝓ rebꝰ ⁊ locz hmōi ad ipaz ecclīā ſpectātibꝰ ipoꝝ fratrū vſui ꝯceſſis. Nec nō ꝓ imunitatibꝰ libertatibꝰ ⁊ iuribꝰ ac ꝓuilegijs eorūdē ſiue cuiuſlibz ſatiſdatiōis ⁊ cautiōis onere: plenā ⁊ gen̄alē ⁊ liberā hēant aucte aplica in iudicio ⁊ extra iudiciū ptātez: reuocādi q̄ pſonas eaſdē ⁊ eaꝝ qualibet: ac alias eis ſubrogādi: vl' nōiandi ꝑ ſupradictū modū nōiatiōis q̄tiēs opportunū fuerit q̄ eādē in p̄dictis vl' ſimilē hēant ptātez: plenā ⁊ liberā ꝯcedimꝰ aucte pn̄tiū facultatē. Nulli ḡ oīno hōinū liceat hāc paginā nr̄e ꝯceſſiōis ⁊ ꝯſtitutiōis infringere: vel ei auſu temerario ꝯire. Si qs aūt h̄ attētare p̄ſūpſerit: indignationē oipotētis dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſuꝝ. Datū apud vrbē veterē quintadecima kl'aꝝ februariaꝝ. Pontificatꝰ nr̄i Anno Secundo.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Sixtus papa ꝯꝛtꝰ. ꝯceſſit. x. ãnos ꝺ vera in dulgẽtia ⁊ toti dẽ q̃dragenas obſeruãtibꝰ feſtũ bti frãciſci q̃ꝺ ꝑcipit ab oĩbus obſeruari.

Sixtus epũs ſeruus ſeruoꝛum
dei. Ad perpetuam rei memoꝛiã. ¶Preclara ſanctoꝝ me-
rita ⁊ grandia virtutuꝫ inſignia quibus radiãtibus in fir
mamẽto ſyderibus ſacroſancta illuſtratur eccleſia ac ſu-
pꝛa petraꝫ ſtabilita firmiſſima ſanctoꝛuꝫ irradiatur ſplendoꝛibus ⁊ no-
ue pꝛolis inſtaurata pꝛeſidio incrementũ ſuſcipit ⁊ fulgoꝛẽ: eo frequen-
tiꝰ debent vniuerſi fideles congrua deuotione recolere reuerentia ac di-
gna reminiſcentia celebꝛare ſolẽniter collabẽtibus ſeculis: cuꝫ peccatis
facientibus fidei catholice feruoꝛ plurimũ tepuiſſet decus ille moꝝ deo
ꝗ acceptiſſimus pauperũ patriarcha franciſcus ad ſaluãdas aĩas ipſiꝰ
ſaluatoꝛis noſtri precioſo cruoꝛe redemptas: oberrantem fidelium ple-
bem ad ſalutis opera excitandam erudiendãꝗ ⁊ ſuo reintegrãdam au
ctoꝛi oꝛdinatiõe ſuperna deſtinatus: inter admiranda ipſius opera ſpi-
ritu paraclito inſpirante nouam fratrum minoꝛum religionem ſacram
ad dei laudem ⁊ gloꝛiam militantis eccleſie decoꝛem ac populi xp̄iani
pꝛofectum in agro dñico tempoꝛe oppoꝛtuno plantauit inſtituit ⁊ ſu-
pꝛa petram que chriſtus eſt perpetuo ſtabiliuit: vt pꝛecipua viroꝛum in-
ſignia ſanctimonia: moꝛibus: ſcientia: atꝗ virtutibus pꝛeditoꝛum fecũ
ditate ⁊ numeroſitate exuberans: fructuoſos palmites ex vite vera pꝛo
ducent: que chriſti vexillum per oꝛbem vniuerſum vehere: nomen quod
eſt ſuper omne nomen cunctis gentibus pꝛedicare: ſalutaribus inſuper
monitis exhoꝛtationibus ⁊ exemplis diabolica fraude deceptos deo lu
crifacere: ⁊ a maligni hoſtis ſeruitute eripere ſtudio indefeſſo cõtenderẽt
quemadmodũ hoc ipſius inclyti patris germina: ⁊ veſtigioꝛum eius ꝓ
uidi ſectatoꝛes benedicente altiſſimo multiplici in domo domini: ⁊ gra
tijs perfuſi celeſtibus longe lateꝗ vniuerſas nationes moꝛtalium pene
trantes chriſti euangelium ac vere fidei documenta cunctis gentibus
nunciare eidem eccleſie antemurale conſtituere: ac pꝛo virili ſuo tueri
munire ⁊ ampliare non ceſſant. In huius igitur ſolemnijs almi patris
ſeraphiciꝗꝫ franciſci quem ſupꝛemus ille pater familias pꝛo multipli-
cato cum talentis ſibi creditis innumerabilium animarum lucro: precla
riſqꝫ virtutibus alijs: coꝛona gloꝛie interna clarirate magnificat: ⁊ qua
ſi lucernam in domo domini poſitam ſummo deuotionis ſtudio cenſuit
a cunctis fidelibus venerari. Cupiẽtes pꝛout operis ⁊ officij noſtri debi
tum eſſe conſpicimus pꝛopter mire ſanctitatis excellentiam virtutum ſu
arum cumulum: exigentiam meritoꝛum: ⁊ hanc religionem ſacram ad
ſtirpandas hereſes: ſciſmaticoꝛum ⁊ infidelium confutandos erroꝛes
credentium vero pꝛofectum ſalubꝛiter inſtitutum quantum nobis ex al-
to conceditur venerationem congruam ⁊ honoꝛem adijcere: ac tanto
confeſſoꝛi gloꝛioſo pꝛo ſummis in nos beneficijs preſertim ab ipſis
cunabulis cum vitalis ſpiritus in noſtro coꝛpuſculo palpitans extin-
gui pꝛotinus videretur: ipſius pꝛotinus meritis ⁊ interceſſione pꝛiſtine
reſtituti fuimus ſanitati cum ⁊ alijs gratiarũ donis ⁊ futuroꝛum pꝛeſa-
gijs que coꝛdi noſtro inſident ⁊ memoꝛie iugiter retinemus. Tum quia

diuerſis tempoꝛibꝰ alijs in varijs noſtri coꝛpoꝛis moꝛbis ⁊ humanis
caſibus conſtituti pꝛeſidio ipius beati franciſci q nos ad ſacrã religionẽ
pꝛedictam quaſi data manu pꝛo ſua pietate vocauit ⁊ ad hãc vſꝗ diem
cũ hominis vtriuſꝗ ſalute dño annuẽte ꝑduxit adiuti ⁊ liberati extiti-
mus. ¶Pꝛo cuius memoꝛia eius habitũ ⁊ inſignia ad extremũ vſꝗ diẽ
coꝛde iugiter geſtare ſtatuimꝰ etiã pꝛo ijs acceptis beneficijs poſſibileꝫ
nobis gratitudinẽ aliquã ſue quãuis excellẽtie imparẽ: pꝛo eius gloꝛia
⁊ honoꝛe aĩarũꝗ ſalute ſincero ⁊ hilari animo exhibere: necnõ ipſius fe
ſtiuitatis diẽ celebꝛẽ magiſꝗ deuotũ ⁊ cũctis fidelibꝰ acceptabilẽ cõſti
tuere in futurũ de omnipotẽtis dei miſericoꝛdia ac beatoꝝ petri ⁊ pau
li aplᷦoꝛum auctoꝛitate cõfiſi: vniuerſis ⁊ ſingulis vtriuſꝗ ſexus fidelibꝰ
vbilibet cõſtitutis vere penitẽtibus ⁊ confeſſis qui eiuſdẽ glorioſi cõfeſ
ſoꝛis franciſci feſtiuitatem hãc quam deinceps perpetuis futuris tẽpoꝛi
bus celebꝛem eſſe ⁊ vt feſtum duplex a cunctis chriſtianis celebꝛari ab
omniꝗ opere ſeruili abſtineri: ⁊ ſub obſeruãtia ⁊ pꝛecepto compꝛehẽdi
volumus: ⁊ tenoꝛe pꝛeſentiũ declaramꝰ: deuote celebꝛantibꝰ annuatim
decẽ annos ⁊ totidem quadragenas de iniũctis eis penitentijs relaxa-
mus. Verũ quia difficile foꝛet pꝛeſentes litteras ad vniuerſi mundi par
tes deſtinare: volumꝰ etiam ⁊ auctoꝛitate apoſtolica decernimꝰ ꝙ earũ
tranſumpto manu publica ſcripto et alicuius epiſcopalis curie ſigillo
munito: tanꝗ pꝛeſentibus litteris oꝛiginalibus firmiter ſtetur vbiꝗ ac
plena eis fides adhibeatur ac ſi ipẽ oꝛiginales littere foꝛent exhibite vł
oſtenſe. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã noſtre declara-
tionis: relaxationis-conſtitutionis: ⁊ volũtatis infringere: vel ei auſu te
merario cõtraire. Siquis aũt hoc attẽtare pꝛeſumpſerit: indignationẽ
omnipotẽtis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſu
rum. Datum rome apud ſanctum petrum Anno incarnationis dñice
Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. Quinto nonas
octobꝛis ¶Pontificatus noſtri Anno Secundo.

DILECTO FILIO vicario generali oꝛdinis minoꝛum regu
laris obſeruãtie vltramontanoꝛum.

SIXTUS PAPA. IIII.

Sixtus papa q̃rtus reuocat licentiã cõceſſam viſitatoꝛi recipiẽdi frẽs ſine ſuoꝝ p̄latoꝝ cõſenſu: ꝓ regimine monialiũ.

Dilecte fili Salutẽ ⁊ apoſtolicaꝫ
benedictionẽ. Cupiẽtes pꝛidem dilectas in chꝛiſto filias
abbatiſſas ⁊ ſoꝛoꝛes oꝛdinis ſancte clare refoꝛmationis
quondã collecte ſoꝛoꝛis eiuſdẽꝗ oꝛdinis in ſeruitio dei
aplicis pꝛeſidijs cõfouere: vt viſitatoꝛes eaꝝ auctoꝛitate apoſtolica de
putati quoſcunꝗ fratres oꝛdinis minoꝛum tã ſub immediata obedien-
tia generalis miniſtri eiuſdẽ oꝛdinis ꝗ̃ ⁊ vicarioꝝ generaliuꝫ ſub regu
lari obſeruantia degentiũ ad obſequiũ dictarum ſoꝛoꝝ circa ſpiritualia
(de licencia tamen ſuoꝛũ ſuperioꝛũ ſaltem petita licet nõ obtẽta) depu
tare: ⁊ ſeruitio ſuo dedicare: fratreſꝗ pꝛedicti ad ſeruitiuꝫ ipſum abſꝗ
cuiuſꝗ impedimento trãſire ⁊ in illo manere poſſent ꝑ alias nr̃as litte-
ras in foꝛma bꝛeuis cõceſſimus. Cũ aũt ſicut nuper accepimus plures

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

fratres tibi ſubditi ſpretextu conceſſionis huiuſmodi a bono obediẽtie ⁊ maioꝝ correctione deuiauerint hactenus ⁊ in futurũ deuiaturos merito ſuſpicetur: ⁊ tua religio propterea non modicũ perturbet. Hinc eſt ꝙ nos qui nunq̃ mente geſſimus ꝑ lr̃as nr̃as predictas alicui dare materiã malignandi: Aut ꝙ ꝑſone q̃ ſub religionis habitu vacare deberẽt ſtudio pie vite: a bono obediẽtie ⁊ a perſeuerantia diuini ſeruitij vllatenus retraherẽtur: in premiſſis prout ex debito tenemur paſtoralis officij ſalubriter ꝓuidere cupiẽtes: auctoritate ap̃lica tenore p̃ntiũ volumꝰ ⁊ etiam ordinamꝰ ꝙ oẽs fratres tue cure cõmiſſi q hactenus abſq̃ tua licentia ex familia tua receſſerint: proinde tibi ⁊ correctioni tue in omnibus ⁊ per oĩa ſint ſubiecti ac ſi breue noſtrũ predictũ nullatenꝰ emanaſſet: quod etiã penitꝰ ſpecifice ⁊ expreſſe quo ad tuos reuocamus ⁊ etiaꝫ annullamus. Declarãtes ex nũc omnes ⁊ ſingulos fratres tue cure cõmiſſos: quiq̃ abſq̃ tua licentia aut ſui ꝓuincialis vicarij ex familia tua contra tenorẽ litterarum predictarum hactenꝰ receſſerunt: eo ip̃o maioris excõmunicationis ſententiam incurriſſe: ac vt tales ab omnibꝰ chriſti fidelibus arctius euitari deberi. Deuotioni tue illos ac eoꝝ receptores tam premiſſam excõmunicationis ſententiã q̃ alias cenſuras ⁊ penas cõtra receptores fratrum tue familie per felicis recordationis paulum ſecundũ p̃deceſſorem noſtrũ ⁊ nos inflictas incidiſſe publicandi: ⁊ alia damna circa eos faciendi q̃ ad officium tuũ pertinẽt plenam ⁊ liberam facultatem concedentes: premiſſis litteris quaꝝ tenorem hic haberi volumꝰ pro expreſſo ceteriſq̃ in contrariũ facientibus non obſtãtibꝰ quibuſcũq̃. Datum rome apud ſanctũ petrũ ſub annulo piſcatoris die tertio decembris Anno incarnationis dñice milleſimo quadringenteſimo octogeſimo p̃mo. Põtificatꝰ noſtri anno vndecimo. Griffus.

DILECTO FILIO vicario generali fratrũ minoꝝ regularis obſeruantie vltramontano.

SIXTUS PAPA. IIII

Sixtus papa q̃rtꝰ cõcedit licentiã fratribꝰ minoribꝰ: loca eis minꝰ commoda dimittere

Dilecte fili Salutem ⁊ ap̃licaꝫ benedictionẽ. Feciſti nobis humiliter ſupplicari ꝙ pro tua ac fratrum tue cure cõmiſſorum quiete ⁊ conſolatõe dignaremur concedere vt loca q̃ regulari obſeruantie minus cõmoda ſunt vel inopia incolaꝝ debite reparari nõ poſſunt: aut alias dictis fratribus oneroſa noſcũtur: licet ob deuotionẽ populoꝝ vel principũ contemplatione cum beneplacito ſedis apoſtolice recepta fuerint in manibꝰ ordinariorum locorũ dimittere libere ⁊ licite valeres. Nos itaq̃ totis deſiderijs regularis obſeruãtie profectum affectãtes: deuotis huiuſmodi ſupplicationibus paterne in domino annuẽtes: deuotioni tue preſentiũ tenore licentiam ⁊ facultatẽ omnimodã damꝰ: cõcedimus ⁊ impartimur ea loca q̃ fratribus tue cure cõmiſſis minus cõmoda eſſe cognoueris vel alias oneroſa: in omnibꝰ prouincijs vicariatus tui in manibꝰ ordinarioꝝ locorum libere dimittendi ⁊ illa licite deſerendi prout tibi viſum fuerit expedire: ſuper quibꝰ tuam conſcientiam

oneramus: cõſtitutione felicis recordationis bonifacij pape octaui predeceſſoris noſtri prohibente loca ſemel recepta non deſeri ⁊ alijs apoſtolicis conſtitutionibꝰ dictiq̃ ordinis ſtatutis ⁊ conſuetudinibꝰ etiam iuramento vel quauis alia firmitate roboratis: ceteriſq̃ forte cõtrarijs non obſtãtibꝰ quibuſcũq̃. Datũ rome apud ſanctum petrũ ſub annulo piſcatoris die vigeſima ſecunda martij. Anno incarnatiõis dñice milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſecundo. Põtificatꝰ nr̃i anno. xi.

DILECTIS FILIIS vniuerſis fratribꝰ ordinis minoruꝫ vbiq̃ cõmorãtibꝰ. SIXTUS PAPA. IIII.

Sixtus papa q̃rtꝰ concedit fratribꝰ minoribꝰ: feſtũ quinq̃ martyꝝ ſui ordinis publice celebrare

Dilecti filij Salutem ⁊ ap̃licã benedictionẽ. Cum alias animo reuolueremus merita beatorum berardi petri octonis accurſij ⁊ adiuti: qui ex ordine fratrũ minoꝝ (ſub quo ⁊ nos coaluimꝰ) fuerunt: quiq̃ poſt multa ⁊ diuerſa tormẽta ſub rege marrochiorũ pro chriſto mortẽ ſubierunt: ⁊ martyrij coronaꝫ glorioſe promerentes: plurimis miraculis in ipſa morte ⁊ poſt claruerũt. Ex quo inceſſus beatꝰ antonius de padua ex ordine canonicoꝝ regulariũ in quo tunc erat: ad ordinem ipſum fratrũ minoꝝ ſe dicitur tranſtuliſſe. Conceſſimus ex auctoritate ap̃lica ⁊ benignitate viue vocis oraculo: vt fratres p̃dicti ordinis minorũ poſſent publice ⁊ ſolẽniter celebrare in eccl̃ijs officio ⁊ miſſis officiũ ſanctoꝝ martyꝝ ꝓ ſupradictis quinq̃ beatis martyribꝰ. Uerũ cũ frequenter aduerſariꝰ humani generis nitatur bona ⁊ ſancta opa ꝑturbare: ne tã piam rem pretextu ꝙ de hmõi cõceſſione nr̃a nil appareat in ſcriptis aliqs valeat in poſterũ impedire: tenore p̃ntiũ ex certa nr̃a ſciẽtia ap̃lica auctoritate ꝯcedimꝰ: ꝙ p̃dicti frẽs minores poſſint vbiq̃ ſolẽniter ⁊ publice offm̃ martyꝝ ex ipſis berardo: petro: octone: accurſio ⁊ adiuto in officio duplici maiori: ac etiã in die ſextadecima ianuarij q̃ die ab hoc ſeculo ꝑ martyriũ receſſerũt: libere ⁊ cũ ſerena cõſciẽtia dicere ⁊ celebrare: inhibẽtes p̃fata ap̃lica auctoritate neqs huic nr̃e cõceſſioni audeat ſe opponere: Nõ obſtãtibꝰ in cõtrariũ faciẽtibꝰ qbuſcũq̃. Preterea qꝛ difficile eẽt p̃ns breue ad oĩa loca deferri: volumꝰ vt illiꝰ trãſũpto manu alicuiꝰ publici notarij ſubſcripto ⁊ ſigillo dicti ordinis generalis vel vicarij generalis fratrũ de obſeruãtia munito: ea prorſus vbiq̃ fides adhibeatur: que adhiberetur ſi idem preſens breue originaliter oſtenderetur. Datum Rome apud ſanctuꝫ Petrum ſub annulo piſcatoris die ſeptima auguſti. Anno domini Milleſimo quadringẽteſimo octogeſimo primo. Pontificatus noſtri anno decimo Griffus.

Gregoriꝰ. ix. declarat ⁊ ponit caſus in qbus licitũ ẽ fratribꝰ minoribꝰ ingredi. ſ. clare monialium monaſteria.

Gregoriꝰ epũs ſuus ſuoꝝ dei dilectis in chriſto filiabus vniuerſis abbatiſſis ⁊ monialibus incluſis monaſteriorum ordinis ſancti damiani: Salutẽ ⁊ apoſtolicaꝫ benedictionẽ. Ueſtris pijs ſupplicationibꝰ inclinati: fratribꝰ minoribꝰ q monaſterioꝝ veſtroꝝ obſequijs deputãtur vt ꝑ exercẽdo monaſterioꝝ ip̃oꝝ opere vel illis conſeruan-

Universidad de Salamanca. BGH
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

dis ab incēdio:ſeu latronibꝰ deffendēdis:aut frater preſbyter cum fratrum ipoꝛum clerico maturo moꝛibus ⁊ etate pro audiendis confeſſionibus veſtris ⁊ extrema vnctione: ⁊ alijs ſacramentis eccleſiaſticis exbibendis vobis infirmitate cogēte:ac ſepeliēdis coꝛpoꝛibꝰ decedentium ſoroꝝ monaſteria ipſa ſecūdū foꝛmā q̄ in regula veſtra noſcitur cōtineri ingredi valeāt liberā cōcedimus auctoꝛitate preſentiū facultatē. Datum laterani ſexto nonas iulij. Pontificatꝰ nr̄i Anno q̄ntodecimo.

Gregoriꝰ nonus decernit excōmunicationem incurrere intrātes monaſteria ſācte clare niſi in caſibꝰ in ſua regula contentis.

Gregoꝛius ep̄us ſeruus ſeruorum dei

Uniuerſis chriſti fidelibꝰ p̄ſētes litteras inſpecturis: Salutē ⁊ ap̄licam benedictionē. Et ſi omniū illa cura debeat nobis ineſſe fideliū: q̄ fauēte dño mereamur gaudia ſupnoꝝ:de his tamen tenemur ſollicitudinē habere precipuā:q cunctis poſtpoſitis foꝛmā pauperū ⁊ humiliū aſſumentes: coꝛpus ⁊ animam deputarūt obſequio redemptoꝛis. Cum igitur dilectas in chriſto filias paupes moniales incluſas oꝛdinis ſancti damiani virtutū augmenta ſuſcipere: ⁊ pacē habere:ac ab omni turbatione eſſe immunes cupiamus:⁊ volumꝰ:Et quod a nobis olim in minoꝛi officio conſtitutis circa ingreſſum eiuſdē oꝛdinis videlicet qui quomodo ⁊ quādo ingredi valeāt in regula dictaꝝ monialiū inſtitutū eſſe dignoſcitur:ab vniuerſis ⁊ ſingulis inuiolabiliter obſeruet. Qui aūt contraire preſumpſerint: eos excōmunicationis ſententie decernimꝰ ſubiacere. Nulli ergo omnino hominū. ⁊c. nr̄e declarationis confirmationis ſeu inſtitutionis infringere. ⁊c. Datū viterbij ſeptimo kl's aprilis Pōtificatus noſtri Anno Undecimo.

Honoriꝰ .iiij. decernit irrita pacta q̄cūq̄ a fratribus oꝛdinis minoꝝ cū p̄latis eccl'iaꝝ in p̄iudiciū oꝛdinis inita.

Honoꝛius ep̄us ſeruꝰ ſeruoꝛū dei

Dilectis filijs generali miniſtro ⁊ fratribus oꝛdinis minoꝛum:Salutē ⁊ apoſtolicā benedictionē. Religiōis fauoꝛ ſub qua virtutū domino deſeruitis:⁊ fructus vberes qui ex veſtris laboꝛibus in eccleſia vniuerſali diuina gratia cooperāte p̄ueniunt nos inducūt:vt illa vobis fauoꝛabiliter concedamus p̄ que ab impedimentoꝝ obſtaculis liberati:fructificare liberius in eadem eccl'ia valeatis. Sane ex parte veſtra fuit p̄poſitum coꝛā nobis q̄ nonnulli miniſtri:cuſtodes:guardiani ⁊ fratres veſtri oꝛdinis in receptionibꝰ domoꝝ ⁊ locoꝝ eiuſdem oꝛdinis cū p̄latis rectoꝛibus ⁊ clericis eccleſiaꝝ in quaꝝ territoꝛio domus ⁊ loca predicta conſiſtunt ſiue tua fili generalis ⁊ alicuiꝰ predeceſſoꝛis tuoꝛū ac generalis capituli oꝛdinis predicti licētia ⁊ aſſenſu compoſitiones ⁊ pacta varia in preiudiciū indulgentiaꝝ ⁊ priuilegioꝝ apoſtolice ſedis eidem oꝛdini conceſſoꝝ inire temere preſumpſerint:cū id eis nec ex auctoꝛitate cōpeteret nec ex ſpeciali eſſet conceſſione cōmiſſum nec a te ſiue a tuis predeceſſoꝛibus prefate generalis vel ab coꝝ capitulo fuerint compoſitiōes ⁊ pacta huiuſmodi acceptata. Quare nobis hūiliter ſupplicaſtī vt quia ex cōuētionibꝰ ⁊ pactis eiſdem preſumptis taliter in ijs q̄ oꝛdini p̄fato

tam ex apoſtolice ſedis priuilegijs ac indulgentijs q̄ a iure cōmuni conceſſa eſſe noſcuntur nimium derogetur: p̄uidere ſuper hoc paterna ſollicitudine curaremus. Nos itaq̄ volentes ſuper hoc de apoſtolica benignitate prouidere:preſentium tenoꝛe decernimus q̄ ex cōuentiōibus ⁊ pactis talibus ⁊ taliter initis:in ijs que ipſi oꝛdini vel perſonis aut locis eiuſdem ſiue de iure cōmuni competant:ſiue per priuilegia vel indulgētias ſint conceſſa eidem oꝛdini locis domibus vel perſonis preiudiciū nullum fiat:ſed cōpoſitionibus ⁊ pactis ipſis (dummodo nec a te memoꝛate generalis nec a predeceſſoꝛum tuoꝛum aliquo vel dicto capitulo acceptata fuerint) nequaq̄ obſtātibus:⁊ tam ipſius oꝛdinis domibꝰ perſonis:⁊ locis q̄ ijs cum quibus eadem compoſitiones ⁊ pacta ſunt inita ius priſtinum abſq̄ alicuius impedimenti obijce integrū cōſeruetur. Nulli ergo hominū liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere ⁊c. Datum rome apud ſanctam ſabinā quarto idus februarij pōtificatus noſtri. Anno primo.

Nicolaus epiſcopus ſeruus ſeruoꝛum dei

Nicolaꝰ papa q̄rtꝰ approbat foꝛmā viuēdi fratrū ⁊ ſoroꝝ tercij oꝛdinis ponens regulā ⁊ ſtatuta ab ipſis obſeruanda.

Dilectis filijs fratribus ⁊ dilectis in chriſto filiabus ſoroꝛibus oꝛdinis de penitentia tam preſentibꝰ q̄ futuris. Salutem ⁊ apoſtolicā benedictionē. Super montem catholice fidei quā populis gentium qui ambulabant in tenebris diſcipuloꝛum chriſti ſyncera admonitio igne charitatis exeſtuans verbo ſollicite predicationis edocuit: quāq̄ romana ſeruat ⁊ tenet eccleſia ſolidam chriſtiane religionis poſitum noſcitur fundamentū nullis vnq̄ concutiendū turbinibus:nullis quaſſandū fluctibus tempeſtatum. Hec eſt ⁊ enim recta veraq̄ fides abſq̄ cuius conſoꝛtio nemo in conſpectu altiſſimi acceptus redditur:nemo gratioſus occurrit. Hec eſt que ſalutis ſemitam preparat: ⁊ felicitatis eterne premia gaudiaq̄ pollicetur. Ideoq̄ glorioſus chriſti confeſſoꝛ beatus franciſcus huius oꝛdinis inſtitutoꝛ viam aſcendendi ad dn̄m verbo pariter ⁊ exemplo dēmonſtrans in ipſius ſynceritate fidei quos filios erudiuit:eoſq̄ illam profiteri:conſtanter tenere:ſimiliter ac opere voluit adimplere:vt per eius ſemitam ſalubꝛiter incedentes:mererentur poſt vite preſentis ergaſtulū eterne beatitudinis effici profeſſoꝛes. Nos igitur oꝛdinem ipſum opportunis fauoꝛibus proſequi: ⁊ ad eius augmentum benignius attendentes:ſtatuimus vt omnes quos ad obſeruandam huius vite foꝛmā aſſumi contigerit:ante aſſumptionem ſeu receptionem ipſoꝛum de fide catholica ⁊ obedientia erga prefatam eccleſiam diligenti examinationi ſubdantur. Et ſi eas profeſſi fuerint vereq̄ crediderint:admitti ſeu recipi tute poterunt ad eandem. Precauendum eſt tamen ſollicite: ne qs hereticus vel ſuſpectus de hereſi:aut etiam infamatus:ad obſeruationē vite ipſius quomodolibet admittatur. Et ſi talem inueniri contigerit extitiſſe receptum: aſſignetur ille quam totius inquiſitoꝛibus prauitatis puniendus. Cum autem fraternitatem huiuſmodi quis intrare voluerit:miniſtri ad receptionem talium deputati eius officium ſtatum ⁊ cō

[illegible] 1517.

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ditionem explorent: ſibi fraternitatis eiuſdem onera (⁊ precipue alieno-
rum reſtitutionem) apertius exponentes. Quibus premiſſis: ſi eidem
placuerit iuxta modum huiuſmodi induatur. Et de alienis (ſi que fue-
rint apud eum) ſatiſfacere ſtudeat in pecunia numerata: vel ſecundum
exhibitam pignoris cautionem. Seq́ nihilominus ꝓximis reconci-
liare procuret: quibus omnibus ad effectum productis: poſt vnius an
ni ſpacium cum aliquorum diſcretorum fratrum conſilio (ſi is videbit̃
ipſis idoneus) recipiatu: hoc modo videlicet vt promittat ſe diuina
precepta omnia ſeruaturum: ac etiam ſatiſfacturuȝ vt conuenit de trã ſ
greſſionibus quas contra hunc viuendi modum commiſerit: cum inter-
pellatus ad viſitatoris voluntatem extiterit. Et huiuſmodi ab eo facta
promiſſio per manum publicam inſcriptis inibi redigatur. Alio autem
modo nullus a miniſtris recipiatur eiſdem: niſi eis aliter viſum fuerit
conditione perſone ac ipſius inſtantia ſollicita conſideratione diſcuſſis.
Ordinamus preterea ſtatuentes vt nullus poſt ipſius fraternitatis in-
greſſum: eandem egredi valeat ad ſeculum reuerſurus: poſſit tamen ha
bere tranſitum liberum ad religionem aliam approbatam. Mulierib⁹
vero viros habentibus (niſi de ipſorum licentia ⁊ conſenſu) non pate-
at ad conſortium dicte confraternitatis ingreſſus. Fratres inſuper ipſi⁹
fraternitatis de humili panno in precio ⁊ colore non prorſus albo vel
nigro cõmuniter veſtiantur: niſi fuerit ad tempus in precio per viſitato
rem de conſilio miniſtrorum ob cauſam legitimam ⁊ apertam cum ali-
quo diſpenſatuȝ. Clamides quoqȝ ac pelles abſqȝ ſcolaturis ſciſſas vł
integras affibulatas tamen vel patulas vt ꝯgruit honeſtati. Clauſaſq́
manicas fratres habeant supradicti. Sorores etiam clamide induan-
tur ⁊ tunica de huiuſmodi humili panno facta: vel ſaltem cum clami-
de habeant grauellum vel placentini coloris albi vel nigri aut paludel
lum amplum de canapo vel lino abſq́ vlla criſpatura conſutum. Cir-
ca humilitatem vero panni ⁊ pelliciones ſororum ipſarum iuxta condi-
tionem cuiuſlibet earundem: ac loci conſuetudinem: poterit diſpenſari.
Bindis ſeu ligaturis ſericis non vtantur: pelles habeant agninas: bur
ſas ⁊ corrigias de corio ſimpliciter abſqȝ ſerico vllo factas (etiam non
alias) tam fratres habeant ꝙ̃ ſorores: depoſitis ceteris (iuxta apoſto-
lorum principis beati petri ſalubre conſilium) vanis huius ſeculi orna
mentis. Sit eis ad inhoneſta conuiuia vel ſpectacula ſiue curias ⁊ cho-
reas acceſſus penit⁹ interdict⁹. Hiſtrionib⁹ ſiue vanitatis ītuitu nec do
nent: ⁊ ne quicq́ a propria donetur familia prohibere procurent. Ab
eſu aũt carniũ: ſcḋa: quarta: ⁊ ſexta feria: dieq́ ſabbati abſtineant vniuer
ſi: niſi aliud infirmitatis vel debilitatis inſtãtia ſuaſerit. Minutis võ ꝑ
triduũ carnes dent̃: nec ſubtrahãt̃ in itinere ꝯſtitut;. Sitq́ eaꝝ qeſcio li
cita ſingulis cũ ſolẽnitas precipua interuenire ꝯtigerit: ⁊ qua ceteri xp̃i
ani ab antiquo epulis carnis veſci ſolent. Alijs autẽ diebus in quibus
ieiunium non ſeruatur: oua ⁊ caſeus non negẽtur. Sed ⁊ cum religioſis
ceteris in eoꝝ cõuentualibus domibus licite ſumere valeant de appoſi
tis ab eiſdem. Sintqȝ prandij cene q́ refectione contenti: exceptis

languidis: viatoribus: ⁊ infirmis. Sit ſanis cibus moderatus ⁊ pot⁹:
cũ textus euangelicus habeat. Attendite ne corda veſtra crapula ⁊ ebrie
tate grauentur. Prandiũ aũt vel cena non niſi premiſſa ſemel dñica ora
tione ſumatur: poſt ſumptionem cuiuſlibet cum deo gratias iteranda.
ꝙ ſi omitti contigerit: dicatur tribus vicibus: pater noſter. Qualibet ve
ro ſexta feria totius anni ieiunium celebretur: niſi forte infirmitatis aut
alia cauſa legitima excuſetur: vel niſi feſtum natalis domini feria ipſa oc
curreri t obſeruandum. Sed a feſto omniũ ſanctorum vſq́ ad paſcha q̃r
ta ⁊ ſexta feria ieiunabant. Alia que ab eccleſia ſunt ſtatuta vel ordina-
rijs ex cauſa cõmuniter indita ieiunia: nihilomin⁹ ſeruaturi. In quadra
geſima vero beati martini vſq́ ad diem natalis dñi: ⁊ a dñica quinqua
geſime vſq́ ad paſcha diebus ſingulis (exceptis dñicis) ieiunare pro-
curent: niſi aliud fortaſſe infirmitas vel neceſſitas alia ſuaſerit. Sorores
grauide vſq́ ad purificationis ſue diem ab exercitatione qualibet cor-
porali (orationibus duntaxat exceptis) poterunt ſi voluerint abſtine-
re. Laborãtes ãt (ꝓpter fatigationis afficientis inſtantiam) a dñice re
ſurrectionis feſto vſq́ ad feſtiuitatẽ beati franciſci predicti: ter in die (ſi
labori exercitij incumbent) licite ſumere cibum poſſint. Cum vero con-
tigerit aliorum imminere laboribus: de cunctis appoſitis die qualibet
ſumere licebit eiſdeȝ: niſi ſexta feria vel dies ſit alia in qua ab eccleſia ge
neraliter ieiunium noſcetur inſtitutum. Singuli autem fratrum ⁊ ſoro-
rum ipſorum ter in anno videlicet in natalis domini: reſurrectiõis ipſi⁹
⁊ pentecoſtes feſtiuitatibus propria peccata confiteri ⁊ euchariſtiam
deuote ſuſcipere non poſtponant: reconciliando ſe proximis ⁊ reſtituen
do etiam aliena. Impugnationis arma ſecum fratres non deferant: niſi
pro defenſione romane eccleſie: chriſtiane fidei: vel etiam terre ipſorũ:
aut de ſuorum licentia miniſtrorum. Dicant vniuerſi quotidie ſeptem
horas canonicas videlicet matutinam: primam: tertiam: ſextam: nonã:
veſperas: ⁊ completorium. Clerici videlicet ſcientes pſalterium pro pri
ma. Deus in nomine tuo: ⁊ Beati immaculati vſqȝ ad legem pone: ac
alios horarum pſalmos: iuxta clericorum ordinem cum gloria patri
dicant. Cum vero ad eccleſiã non accedent: pro matutino pſalmos dice
re ſtudeant quos dicunt clerici vł eccleſia cathedralis: vel ſaltem Beati
īmaculati. Alij: pro matutino duodecim: ⁊ pro qualibet alia hora ſeptẽ
videlicet pater noſter cũ gloria patri dicere nõ omittant. Quibus vide-
licet prime ac cõpletorij horarũ minorẽ ſymbolũ: ⁊ Miſerere mei deus
addiſcãt q voluerint. Sed ſi ī horis nõ dixerint ꝯſtitutis: dicãt trib⁹ vici
bus: pater noſter. Infirmi aũt hmõi horas dicere non teneãtur: niſi ve-
lint. In q̃drageſima vero ſancti martini ⁊ in maiori eccleſijs in q̃rũ pro
chijs hitant: matutinalib⁹ horis adire ꝓcurẽt: niſi cã rõnabili excuſent̃.
Oẽs ꝑterea qbus de iure facultas affuerit: condant ſeu faciãt teſtamẽtũ
⁊ de bonis ſuis infra tres mẽſes poſt eoꝝ igreſſũ imediate ſeq̃ntes ordi
nẽt ⁊ diſponãt: ne quẽq́ illoꝝ decedere ꝯtingat iteſtatũ. De pace võ iter
frẽs ⁊ ſorores aut etiã extraneos in diſcordia poſitos faciẽda: ſicut mini
ſtris videbit̃ ita fiat adhibito (ſi facultas affuerit) ep̃i dioceſani ꝯſilio i

g ij

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES
Universidad de Salamanca. BGH

hac parte. Si vero fratres vel ſorores contra ius vel eorum priuilegia per poteſtates ſeu rectores locorum vbi domicilium obtinent varijs iniurijs ſeu vexationibus impetantur: miniſtri loci ad epiſcopos ⁊ ad alios locorum ordinarios ſtudeant habere recurſum iuxta conſilium ⁊ ordinationem ipſorum in talibus proceſſuri. A iuramentis autem ſolēnibus omnes abſtineant: niſi neceſſitate cogente in caſibus per indulgentiam apoſtolice ſedis exceptis: videlicet pro pace: fide: calumnia: ⁊ teſtimonio perhibendo: ac etiam in contractu emptionis ⁊ venditiōis ⁊ donationis vbi videbitur expedire. In cōmuni quoq loquela: vitent prout poterunt iuramenta. Et ſi aliquos minus caute iurauerit lapſu lingue prout contingere in multiloquio conſueuit: die ipſo in ſero cuz debet cogitare quid fecerit dicat tribus vicibus dñicā orōnē pter incaute facta huiuſmodi iuramenta. Memor autem ſit quilibet vt ad diuina obſequia familiam propriam exhortetur. Uniuerſi fratres ⁊ ſorores cuiuſcunq ciuitatis aut loci diebus ſingulis (ſi cōmode poterunt) miſſe officium audiant ⁊ menſe quolibet ad eccleſiam ſiue locum ad quaz vel ad quem miniſtri curauerint intrare conueniant miſſarum ſolēnia inibi audituri. Unuſquiſqz autem vſualis monete denarium miſſario tribuat: qui pecuniam huiuſmodi colligat: ⁊ de conſilio miniſtrorum inter fratres ⁊ ſorores paupertate grauatos ⁊ precipue infirmātes: ac eos qui funerum exequijs interfuerint: ⁊ deinde inter pauperes alios diuidant congruenter. Offerāt inſuper de dicta pecunia eccleſie memorate. Cūq ſic cōmode potuerint: vnum religioſum ⁊ in verbo dei competenter inſtructum habere procurent: qui eos ad penitentiam ⁊ miſericordie opera exercenda hortetur: ſollicite moneat: ⁊ etiam inducat: vt ſtudeat quilibet cum miſſe celebratur officium: predicationis verbuz proponitur ſeruare ſilentium: orationi ac officio: ſit preſens: niſi in caſu. ſ. quatenus cōmunis vtilitas fraternitatis impediat. Cum autem quēq ex fratribus infirmari contigerit: miniſter per ſe vel alium ſeu alios (ſi hoc eidem infirmus fecerit intimare) ſemel in hebdomada viſitare teneatur egrotū ipſum ſollicite ad recipiendam penitentiam prout melius ⁊ efficatius expedire videbitur ⁊ poterunt inducentes: neceſſaria illi de bonis communibus miniſtrando. Et ſi prefatus infirmus de preſenti luce migrauerit: fratribus ⁊ ſororibus tunc in ciuitate vel loco vbi eum contigerit mori preſentibus nuncietur vt defuncti exequijs procurent perſonaliter intereſſe: a quibus donec miſſarum fuerint celebrata ſolemnia ⁊ corpus humo conditum: non recedant. Hoc quoqz circa ſorores infirmas decedenteſqz volumus obſeruari. Preterea infra octo dies poſt ipſius ſepulti obitum immediate ſequentes quilibet fratrum ⁊ ſororum ipſoruz dicat pro anima eius videlicet ſacerdos miſſam vnam. Sciens pſalterium quinquaginta pſalmos: ⁊ illitterati totidem pater noſter ⁊ in fine cuiuſlibet Requiem eternam adijciant. Et poſt hec infra annum pro fratrum ⁊ ſororum eorum tam viuorum q mortuorum ſalute tres miſſas faciant celebrari. Qui vero pſalterium ſciuerint illud dicāt ⁊ ceteri orationem dominicam centies dicere non omittant: Requiem eternam in

fine cuiuſlibet addituri. Miniſteria quoq ⁊ alia diuina officia que preſentis ſeries formule exprimit: īpoſita ſibi qſqz deuote ſuſcipiat: curetq fideliter exercere. Officiū āt cuiuſlibet certi tpis ſpatio limitet. Nullus miniſter inſtituatur ad vitā: ſed eius miniſterium certū tempus comprehendat. Ad hoc miniſtri vt ſorores ciuitatis ⁊ loci cuiuſlibet ad viſitationem in aliquo loco religioſo vel in eccleſia vbi locum huiuſmodi contigerit deeſſe conueniant ⁊ viſitatorem habeant ſacerdotem qui alicuius approbate religionis exiſtat: quiq illis iniūgat pniaz de cōmiſſis exceſſibus ſalutarem: nec quis alius poſſit eis huiuſmodi viſitationis officium exhibere. Quia vero preſens viuendi forma inſtitutionem a beato franciſco prelibato ſuſcepit: conſulimus vt viſitatores ⁊ informatores de fratrum minorum ordine aſſumantur, quos cuſtodes vel guardiani eiuſdem ordinis cum ſuper hoc requiſiti fuerint dumtaxat aſſignet. Nolumus tamen congregationem huiuſmodi a laico viſitari. Huius autē viſitationis officium ſemel exerceatur in anno: niſi neceſſitate aliqua ſuadente fuerit pluries facienda. Incorrigibiles vero ⁊ inobedientes monitio congrua preueniat: qui ſi ſe corrigere non curauerint: de ipſius congregationis conſortio expellantur de conſilio omnium diſcretorum. Uitent huiuſmodi fratres ⁊ ſorores iuxta poſſe litigia inter ſe: illa (ſi ſuſcitari contigerit) dirimendo. Alioquin de iure coram illo reſpondeant apud quem ptās reſidet iudicandi. Ordinarij autem locorum vel viſitator cum fratribus ⁊ ſororibus vniuerſis: in abſtinentijs ieiunijs ⁊ auſteritatibus alijs ex cauſa legitima (cum expedire viderint) poterunt diſpēſare. Miniſtri vero manifeſtas fratrum ⁊ ſororum culpas viſitatori denuncient puniendas. Et ſi quiſq incorrigibilis fuerit poſt trine admonitionis inſtantiam a miniſtro diſcretorum aliquorum fratruz conſilio viſitatori annuncietur eidem: de fraternitatis conſortio abijciēdus ab ipō in congregatione poſtmodum publicandus. Ceterum in premiſſis omnibus ad que fratres ⁊ ſorores veſtri ordinis non ex diuinis preceptis vel ſtatutis tenentur eccleſie: nullum ipſorum ad mortalem culpam volumus obligari: ſed impoſitā ſibi pniam pro trāſgreſſiōis exceſſu prompta humilitate recipiāt: ⁊ efficaciter ſtudeāt adimplere. Nulli ergo hominū liceat hanc ⁊c. noſtri ſtatuti ordinationis infringere ⁊c. Siqs ⁊c. Datū reate ſextodecimo kl's ſeptembris pōtificat⁹ nři āno ſecūdo

Sixtus epūs ſeruus ſeruorum dei. Ad ppetuā rei memoriā. Ea que ex fideliū deuotione ad dei oīpotentis ⁊ gl'ioſe virginis marie laudem ⁊ glo riam pie ordinata ſunt: vt firma pmaneāt. noſtre approbationis robore ſolidamus: ac fideles ipōs ad deuotionis opera exercēda indulgentijs ⁊ remiſſionibus libenter inuitamus: vt exinde reddant diuine gratie aptiores maxime cum catholicorum principum id expoſcit deuotio: ⁊ hoc conſpicimus in dño ſalubriter expedire. Sane p pte dilecti filij nobilis viri franciſci ducis: ⁊ dilecte in xpo filie nobis mulieris margarite eius cōthoralis duciſſe britanie nobis fuit nuper ppoſitū

Sixtus papa qrtus approbat modū recitandi phalteriū virginis gl'ioſe: ꝯcedēs indulgētias vt infra.

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ꝙ in ducatu britanie ⁊ pluribus alijs locis creſcente fidelium deuotiōe
ab aliquo tempore citra innouatus eſt certus modus ſiue ritus orandi
pius ⁊ deuotus qui etiā antiquis tꝑibus a xp̄i fide lbꝰ in diuerſis mūdi
ꝑtibꝰ obſeruabat videlicet ꝙ quilibet volens eo modo orare dicit quali
bet die ad honorem dei ⁊ beatiſſime virginis marie ⁊ contra immine̅-
tia mundi pericula: totiens angelicam ſalutationem. Aue maria quot
ſunt pſalmi in pſalterio dauitico videlicet centies ⁊ quinquageſies: ſin
gulis decem ſalutationibus huiuſmodi: orationē dominicā ſemel pre
ponendo. Et iſte ritus ſiue modus orandi pſalterium virginis marie
vulgariter nuncupatur. Unde dux ⁊ ducifſa prefati propter ſingularē
⁊ ſynceram quam ad ipſam beatam virginem mariam gerunt deuotio
nem: cupiunt ritum ſiue modum orandi predictum ad obſtruendum
ora aliquorum detrahentium per ſedem apoſtolicam approbari. Qua-
re pro parte ducis ⁊ duciſſe ⁊ aliorum fidelium plurimorum nobis fuit
humiliter ſupplicatum: quatenus ritum ſiue modum orandi huiuſmo-
di approbare aliaſqꝫ ſuper premiſſis opportune prouidere de benigni
tate apoſtolica dignaremur. Nos igitur tam ducis ⁊ duciſſe ꝗ̄ aliorū
fidelium piam deuotionem in chriſto habentium cōmendantes huiuſ-
modi ſupplicationibus inclinati: prefatum pſalterium ſiue modum orā
di predictum auctoritate apoſtolica tenore preſentium approbamus:
illumqꝫ tolerandum fore ac cunctis fidelibus eo modo orare debere ⁊
licere decernimus ⁊ declaramus. Et vt omnes ⁊ ſinguli chriſti fideles
ad deuotionis opera ⁊ predicto modo orandum eo feruentius inducā-
tur quo exinde animarum ſuarum facilius ſalutem conſequi ſperaue-
rint: vniuerſis ⁊ ſingulis chriſti fidelibus prefato modo orare volenti-
bus vbilibet exiſtentibus preſentibus ⁊ futuris: pro qualibet vice qua
ſic vt premittitur orauerint: pro qualibet quinquagena prefati pſalterij
quinqꝫ annos ⁊ totidem quadragenas indulgentie miſericorditer in
domino relaxamus preſentibus perpetuis futuris temporibus dura-
turis. Non obſtantibus conſtitutionibus ⁊ ordinationibus apoſtolicis
ceteriſqꝫ contrarijs quibuſcunqꝫ. Et quia difficile foret preſentes litte-
ras ad ſingula loca in quibus illis opus eſſet ⁊c. volumus ⁊c. ꝙ tranſ-
ſumpto earum manu duorum notariorum alicuius eccleſiaſtice curie
ſubſcripto ⁊ ſigillo alicuius prelati ſeu in dignitate ⁊c. fides detur in oī
bus ⁊ per oīa ⁊c. Nulli ergo ⁊c. Siqs aūt ⁊c. Datū rome apud ſanctū
petrum. Anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono. ſepti-
mo idus maij pontificatus noſtri Anno octauo.

Sixtus papa iiij. ꝯcedit celebrātibꝰ ⁊ interessentibꝰ diui-no officio in feſto. ſ. bonauenture indulgentias hic ꝯtētas

Xtus ep̄us ſeruus ſeruorum
dei. Ad perpetuā rei memoriā. Superna celeſtis ciuitas
hieruſalē cuiꝰ eſt ꝑticipatio eiꝰ in idipm: ita ciuiū ſaluatio
ne letat: vt quoꝝ p̄ſtātiora ſūt merita: copioſiora ſumāt
gaudia p̄mioꝝ. Et infra. Inſup eadē auctate oibus vere penitētibꝰ ⁊ cō
feſſis qui in eadē dn̄ica eccl'iam in q̄ eius ſanctiſſimū corpus requieſcit
deuote viſitauerint annuatim: ſeptē ānos ⁊ totidē q̄dragenas: ijs vero

qui in alijs tꝑibꝰ in ſingulis diebꝰ dn̄icis: cētū dies. Illis aūt qui eccle-
ſias fratrū minoꝝ vbilibet ꝯſtitutas tā in die feſti ꝗ̄ in octauis diuinis
officijs interfuerint: ꝯſiles indulgētias ⁊ pccōꝝ remiſſiōes q̄ in ſingul'
alioꝝ eiuſdē ordinis ſcōꝝ feſtis ex indultis ap'icis generaliter ꝓmulga
tis romani pōtifices ꝯceſſerūt de iniūctis eis penitētijs miſericorditer
in dn̄o relaxamꝰ elargimur atqꝫ remittimꝰ. Datū rome apud ſanctū pe-
trū Anno milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſecundo: octauo kl's
maij pontificatus noſtri Anno vndecimo.

DILECTIS In xp̄o filiabꝰ vniuerſis abbatiſſis ⁊ ꝯuētibꝰ mōa
ſterioꝝ monialiū ſancte clare vltra mōtes ꝯſiſtētiū ⁊ ſub cura ⁊ directio
ne vicarij general' ⁊ fratrū ordinis minoꝝ regularis obſeruācie d gētiū.

ALEXANDER PAPA. VI.

Alexāder papa. vj. cōcedit ſeu diſpēſat cū monialibꝰ. s. clare circa ſcalā ⁊ portā ꝓut hic habetur.

Ilecte filie Salutem ⁊ ap'licā
bn̄dictionē. Exponi nobis fecit dilectꝰ filiꝰ vicariꝰ genera
lis ordinis fratrum minorum regularis obſeruantie vl-
tramōtanꝰ q lꝫ inter ꝑmeua inſtituta regularis ordinis
ſancte clare ſeu illoꝝ modificatiōes q̄ a ſede ap'lica emanarūt inter alia
caueat expſſe ꝙ in quolibet monaſterio monialiū vr̄i ordinis vnū tātū
oſtiū habeat ad intrādū clauſtrū ⁊ excūdū cū opportunum fuerit in quo
nullū ſit oſtiolū vel feneſtra ⁊ illud fiet in ſublimiori ꝑte monaſterij ꝗ̄tū
fieri poſſit ꝯueniēter itaqꝫ ad ip̄m oſtiū ꝑ ſcalā leuatoriā aſcēdat: q̄ ſca-
la ꝑcat penā ferreā ex ꝑte ſoroꝝ ſtudioſe ligata ⁊ cōpletorio dicto vſqꝫ
ad primā ſequētis diei ⁊ tꝑe diurne dormitiōis ⁊ viſitatiōis ſuſpēſa ſta
re debeat: niſi interdū aliud euidēs reqreret neceſſitas vel vtilitas mani
feſta. Et ꝓpter neceſſitates aliq̄ iminētes q̄ nō poſſent ꝑ ſupradictum
oſtiū vel rotā cōmode expediri i eiſdē inſtitutꝫ ſeu modificatiōibꝰ ꝑmit
tat ꝙ aliud oſtiū inferiꝰ i loco decēti in mōaſterijs fieri poſſet ꝑ qḋ ceterꝫ
tꝑibꝰ itromitterēt vl' remitterēt q̄ forēt opportūa qḋ qdē ꝯtinue eēt cla
uibꝰ ferreis ſeris ⁊ repagulis ꝯmunitū ⁊ muro a ꝑte exteriori muratum
ita vt nō poſſit aliq̄tenꝰ aperiri vel ꝑſona inde loqui: ⁊ ip̄arū neceſſitatū
tempore murus ipſe dirui ⁊ oſtiū ip̄m aperiri deberet ⁊ tunc apertū te-
neri q̄nto minꝰ fieri poſſꝫ (ſub tn̄ fida cuſtodia) expeditiſqꝫ neceſſitatibꝰ
clauibꝰ ſeris ⁊ repagulis extrinſecꝰ remuraret prout in eiſdē inſtitutis
ſeu modificationibus plenius dicitur cōtineri. Nihilominꝰ ordinatio-
nes ⁊ modificationes huiuſmodi quo ad oſtium habendum in ſublimi
loco monaſteriorum eorundem cum ſcala leuatoria: ⁊ quo ad clauſurā
oſtij inferioris muro aperte exteriori remurādi cum expediret non fue-
rant monialibus vtiqꝫ recepta ⁊ admiſſa nec hactenus obſeruata: dubi
tatiſqꝫ ne propterea ſit veſtra onerata conſcientia ne ve dicatur vos in
ea parte inſtituta predicta non obſeruare. Paci igitur conſcientiarū ve
ſtrarum: ⁊ fratrū dicti ordinis minoꝝ qui ad audiendas ꝯfeſſiōes vr̄as
deputati hactenꝰ fuerūt ⁊ pro tempore deputabuntur in premiſſis vo-
lentes opportune ꝓuidere: vos ⁊ q̄ pro tempore fuerint: ⁊ in futuꝝ ꝑpe
tuo erunt vr̄oꝝ monaſterioꝝ abbatiſſas ⁊ moniales ad hn̄dū in ſubli-

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

mi parte monaſterioꝝ cũ ſcala leuatoria ⁊ aliud inferiꝰ muro a parte ex teriori clauſum obligatas hactenus nõ fuiſſe nec ẽẽ in futurũ ad inſtitu torum hmõi in ea parte obſeruationẽ nõ teneri: ⁊ ꝑ eo ꝙ oſtia predicta in dictꝫ monaſterijs modo ꝑdicto hactenus nõ habueritis: nec in preſẽ tiarũ habeatis: ⁊ in futurũ nõ haberetis: nullũ conſciẽtie ſcrupulũ habe re: deq; in obſeruantia regule veſtre in ea parte moribꝰ vtentiũ nõ rece pta ⁊ non admiſſa notari non poſſe auctoritate aplica pñtiũ tenore de claramꝰ: ⁊ pro potiori cautela vobis quo ad habendũ oſtiũ predictum decetero in ſublimi parte monaſterioꝝ veſtroꝝ cũ ſcala leuatoria: ⁊ te nendũ oſtiũ inferius muro a parte exteriori muratũ non teneamini. Li ceatq; vobis habere oſtiũ qđ in inſtitutis ſeu modificatõibꝰ predictis vobis cõceditur in ſublimiori parte monaſterioꝝ veſtrorũ in aliquo lo co inferiori cõmodo ⁊ cõuenięti: ⁊ preter illud etiã aliud oſtium maius muratũ a parte exteriori nõ clauſum. Et ne illud totũ procuiuſlibet rei ⁊ perſone intromiſſione aperiri oporteat: in eo oſtiolũ paruum q̄quidẽ ambo oſtia ſint clauibus ſeris ⁊ repagulis alias iuxta inſtitituta ꝑdicta munita: eadem auctoritate cõcedimus. Nõ obſtãtibus premiſſis ac cõ ſtitutionibus ⁊ ordinationibꝰ aplicis ceteriſq; cõtrarijs qbuſcũq;. Da tum rome apud ſanctũ petrũ decimo kł's iunij anno milleſimo quadrin gẽteſimo nonageſimo quinto Pontificatꝰ nři Anno Tertio.

DILECTIS FILIIS vniuerſis fratribꝰ ordinis minoꝝ regularis obſeruãtie.

ALEXANDER PAPA.VI.

Alexander papa.vi. ꝓhibet ne frẽs minores ꝺ obſeruãtia ad conuentuales accedẽtes ꝓpinquis ſuis iure hereditario ſuccedant.

DIlecti filii Salutem ⁊ aplicã benedictionẽ. Cũ intellexerimus ꝙ plures fratres veſtri ordinis auiditate in bonis parẽtũ propinquoꝝ vł affiniũ ſuoꝝ ſuccedẽdi familiam vřaꝫ ingredi: ⁊ ad fratres cõuẽ tuales ob indulta illis deſup conceſſa ſe trãſferre in graue periculũ ani marum ſuaꝝ: obediẽtia familie quaꝫ ſemel deo vouerũt neglecta: in poſ ſidendi cupiditates relabuntur malũ ipſum exemplũ: ⁊ religionis veſtre vilipendiũ ac ſcandalũ plurimoꝝ. Nos trãquillitati dicti ordinis ⁊ obſ uãtie vře paterna charitate ↄſulere volẽtes: ſupplicationibuſq; ꝑ parte veſtra nobis deſup porrectis inclinati: aplica auctoritate tenore preſen tiũ decernimꝰ nullũ ꝓfeſſorẽ dicte familie qui illã egrediatᷣ: parentibus propinquis vł affinibꝰ ſuis in bonis eorũdem quouis modo ſuccedere: nec aliquo indulto fratribꝰ cõuẽtualibꝰ dicti ordinis ad id cõceſſo gau dere. Nec etiã cõuẽtus occaſione profeſſoris ſic egrediẽtis ius aliquod in hereditate vel quauis alia ſucceſſione bonoꝝ parẽtum ⁊ ꝓpinquoꝝ ꝑdictoꝝ quomodolibet acquirere ⁊ cõſequi poſſe ſeu debere. Premiſ ſis indultis ac ſtatutis ⁊ cõſuetudinibꝰ dicti ordinis iuramẽto cõfirma tione aplica vel quauis firmitate alia roboratis: ceteriſq; in contrarium facientibus nõ obſtantibꝰ quibuſcũq;. Et quoniã dificile eſſet preſentes litteras ad ſingula queq; loca in quibꝰ forte opus eſſet deferri: volumꝰ ⁊ pariter eadem auctoritate apoſtolica decernimus ꝙ illarum tranſum

ptis manu publici notarij ſubſcriptis ⁊ ſigillo alicuius prelati in eccle ſiaſtica dignitate conſtituti munitis: ea prorſus fides indubia adhibea tur: que ꝑſentibꝰ adhiberetur ſi originaliter exhibite vel oſtenſe eſſent. Datuꝫ rome apud ſanctũ petrũ ſub annulo piſcatoris Die quinto apri lis Milleſimo quingenteſimo ſecundo Põtificatꝰ nři Anno decimo.

Nicolaus.iiij. prohibet diuiſionẽ ꝓuinciarũ abſq; ſedis aplice licẽtia fieri.

NIcolaus epiſcopus ſeruus ſer uorum dei Dilectis filijs generali ⁊ prouincialibus mini ſtris ac vniuerſis fratribꝰ ordinis minoꝝ Salutẽ ⁊ apo ſtolicam benedictionẽ. Quia prouinciaꝝ ordinis veſtri diſtinctio in generali capitulo pridẽ dum adhuc felicis recordationis gregorius papa nonus predeceſſor noſter viueret celebrato: ſua in capi tulo ipſo predeceſſore prefato exhibẽte preſentia facta fuit: licet poſtmo dum fuerit duarũ prouinciaꝝ diuiſio ſubſecuta. Nos volẽtes vt predi cta diſtinctio ſolẽniter edita ſiue facta: ⁊ etiam prefata poſtmodũ ſubſe cuta diuiſio robur obtineat perpetue firmitatis: apoſtolica auctoritate ſtatuimus: ordinamꝰ ⁊ diſtrictius inhibemus: ne decetero aliarum pro uintiarum predictarum alia diſtinctio ſeu diuiſio vel nouarũ prouincia rum multiplicatio abſq; pontificis romani preſentia: ⁊ ipſius licentia ſpeciali per eius patẽtes litteras concedẽda faciẽtes plenã ⁊ expreſſaꝫ de huiuſmodi ſtatuto ordinatione ac inhibitione necnon dilecti filij no ſtri. M. ſancte marie in portu diaconi cardinalis: cui gubernatio: prote ctio ⁊ correctio fratrum veſtri ordinis per ſedem apoſtolicã ſunt cõmiſ ſe: vel eius cui eas cõmitti contingerit in futurũ quomodolibet preſu matur. Nos enim nihilominus irritum decernimꝰ ⁊ inane: ſi ſecus in hac parte contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã noſtri ſtatuti: ordinationis: inhibitionis ⁊ conſtitutionis infrin gere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare pre ſumpſerit: indignationẽ omnipotẽtis dei ⁊ beatorũ petri ⁊ pauli apo ſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datũ reate tertio idus maij Pon tificatus noſtri Anno Primo.

Sixtus papa qrtꝰ declarat qualiter ſe habeat ꝓtector ordinis circa fratres.

SIxtus epũs ſeruus ſeruoruꝫ dei Ad ꝑpetuã rei memoriam. Sacra minoꝝ religio q̃ agrum militãtis eccleſie ſanctis operibus ⁊ exemplis copioſiſſime fecundat ⁊ ſapientie ſplendore catholicam illuſtrat eccleſiam: tãto vberioribꝰ fructibus fertilior eſſe ↄſpicitur: quã to in ſe quietior ꝑmanet ⁊ conſiſtit ⁊ maior promptiorq; a ſubditis eiuſ dem ordinis fratribꝰ ſuis prelatis obediẽtia exhibetur nulliuſq; extrin ſeci impedimẽti perturbationibus agitatur ⁊ moleſtatur quin in ea ca put vnuꝫ ſit ⁊ eſſe videatur a quo omnia dicte religionis negocia ⁊ cau ſe adminiſtrentur: ⁊ cui omnes ⁊ ſinguli dicti ordinis fratres pareant: ⁊ illius ſubiaceãt diſcipline. Dudũ ſiquidẽ gregorius.xi. predeceſſor nř cognito ꝙ nõnulli dicti ordinis ꝓtectores dũ maiorẽ ꝙ eis ex eiuſdẽ ordinis regula cõcediť auctoritatẽ vẽdicare ⁊ vſurpare ſibi ipis volue-

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rūt: vera ſubditoꝝ p̄fati ordinis ad ſuos p̄latos obediētia ſubmouebāt.
vnde ꝑturbationes incōueniētia multa inutiles fratrū diſcurſus ⁊ gra
uia ſcandala fuerāt exorta in magnam ipſius ordinis iacturam preiudi
ciū ⁊ detrimentū: lr̄as ſequētis edidit tenoris. GREGORIUS
epūs ſeruus ſeruorum dei ad perpetuā rei memoriā. Cunctos chriſti fi
deles ſuper quib⁹ curam ex debito officij ſummi pōtificat⁹ gerere obli-
gamur: per preſidētes eidē ſic charitatiue ſicq̄ ꝓuide ac iuſte cup im⁹
gubernari: ꝙ illi in viam mandatoꝝ dn̄i dirigātur: ⁊ hi ex merito preſi
dialis ſollicitudinis vberius ſuperne remunerationis premiū nanciſcā
tur. Sed nos nimirū in illis deſideramus ardentius ⁊ affectuoſiori ſtu
dio procuram⁹: quoꝝ alij a mūdanis abſtracti ⁊ grauib⁹ penitētijs de
diti celeſtibus inhiāt: ⁊ ad illa ꝑ contēplationis penas ſuauius ⁊ altius
eleuātur vt aquile ⁊ cum maria parte optima perfruūtur. Alij vero ſan
ctā ſollicitudinē marthe ſectātes: celebrationi diuinoꝝ vacāt ſolertius.
Alij diſcunt ⁊ docēt dei ſcientiam: ⁊ alij plebem inſtruūt in eadez: alijq̄
feruētioris ſpūs ardore ſuccenſi non timētes ſed amātes barbaras na
tiones ad illarum conuerſionem pergūt intrepidi vt valeāt ad dn̄icam
arcam multos afferre manipulos: ⁊ de talētis eis creditis bonā domi-
no reddere rationē. Hi ꝑfecto ſunt fratres minorum ordinis in dei ec-
cleſia multiplicibus ſplēdoribus radiātes: quorum ſonus predicatio-
nis ⁊ ſanctitatis opera pre ceteris religionū profeſſoribus vſq̄ ad ex-
tremum terre noſcitur exiuiſſe. Hi ſunt quos deus numero multiplica
uit ⁊ meritis: quibuſq̄ ſicut ⁊ alijs bene currētibus in ſtadio militantis
eccl'ie eternum brauium qđ certatim apprehēdere ſatagunt elargitur.
Et ꝑpterea nos de ipſis digne curam vigilē gerimus vt eos in his ſan
ctis operibus nil impediat: nil perturbet: ſed ipi opportuna quietis dul
cedine potiātur. Sane cū in beati franciſci regula cuius ijdem fratres
exiſtunt hec verba contineātur expreſſe: videlicet per obediētiaz ad hec
iniungo miniſtris vt petāt a domino papa vnum de ſancte romane ec
cleſie cardinalibus qui ſit gubernator: protector ⁊ corrector iſtius fra-
ternitatis: vt ſemꝑ ſubditi ⁊ ſubiecti pedib⁹ eiuſdem ſancte romane ec-
cleſie ſtabiles in fide catholica paupertatem ⁊ humilitatem ⁊ ſanctum
euangeliū dn̄i noſtri ieſu chriſti quod firmiter ꝓmiſim⁹ obſeruem⁹: ijdē
fratres exiſtētes pro tēpore huiuſmodi ꝓtectores dicte romane eccl'ie
cardinales ſucceſſiuis temporib⁹ petierunt a ſede apl'ica ⁊ etiaz habue
runt. Sed aliqui eorūdem protectorū putantes forte bene ⁊ licite a certꝫ
temporib⁹ citra ſuā poteſtatem nimiū extendiſſe dicūtur in plurib⁹: ex
quibus in ipo ordine grauia ꝑturbationes ⁊ ſcādala ſunt exorta. Nos
igitur vt idem ordo in ſua primeua quiete remaneat: de virtute in vir
tutem eat aſſidue ⁊ quibuſlibet amotis prepedijs eradicatiſq̄ ſpinis ⁊
tribulis fructum non ſolum conſuetū ſed etiam vberiorem afferat ad ra
dicalem ſubmotionem turbationum ⁊ ſcandaloꝝ huiuſmodi iam exor
torum ⁊ ne oriantur in poſterum ꝓuidere: ac eiuſdem ordinis ꝓtectori-
bus qui erunt pro tempore cum nullus ſit ad preſens ordinis prefati
protector tranſgreſſionis ſue poteſtatis occaſionem tollere efficaci re-

medio capientes: auctoritate apoſtolica eiſdem protectoribus diſtri-
ctius inhibemus ne preſumant quecunq̄ ordinata: ſtatuta ſiue diſpoſi-
ta aut ordinanda: ſtatuenda ſeu diſponenda per generalia vel prouin-
cialia aut cuſtodialia capitula infringere: reprobare: corrigere: ſuſpen-
dere aut diſpenſare ſuper ipſis ſeu contra ea vel eorum aliquid quomo
dolibet immutare: niſi cōtra premiſſos articulos in prefata regula vt
prefertur vel aliquem ipſorum exiſteret manifeſte: aut quēcunq̄ prela
tum ſeu officialem dicti ordinis ſeu alicuius loci eiuſdem quocunq̄ no
mine nuncupetur ponere ſeu inſtituere aut deponere deſtituere ſeu pri-
uare aut a ſuo officio ſuſpendere ſeu impedire ſuper eius libero exerci-
tio quouis modo: aut aliquem fratrem ordinis antedicti ad lectoriatū
aut quācunq̄ lecturam ſeu ſtudium vel gradū promouere aut ꝓmotos
ab eis remouere ſeu etiam reuocare aut de loco ad locū mittere aut mu
tare ſiue alicui fratrum eorūdem eundi ad quodcūq̄ monaſteriū vel lo
cum aliū aut dominium vel aliquam pſonam licentiā impartiri. Et ne
inſuper quēuis ſingularem fratrem memorati ordinis de quocunq̄ cri
mine vel delicto punire: vel a pena ſeu penitentia liberare aut eam mi
nuere augere vel immutare aut etiam alicui fratri locum cameram cel
lam libros vel alias res dicti ordinis concedere vel eius vſui deputare:
aut quecunq̄ per prelatos eiuſdez ordinis aut alios deputata quomo
dolibet amouere: nec etiam de rebus aut correctione fratrum dicti ordi
nis niſi in caſibus premiſſis contentis in prefata regula ſeu eorum ali-
quo ſe aliq̄ten⁹ intromittere q̄uis modo: ita ꝙ dict⁹ ordo ſeu frēs eiuſdē
ordinis in nll'o ſubſunt futuris ꝓtectorib⁹: niſi dūtaxat in caſu quo ipoꝝ
fratrū cōitas vl' geñale capl'm (qđ abſit) a p̄dictꝫ articulis vl' eoꝝ aliq̄
deuiaret. alioquin ſi sec⁹ fecerint: id decernim⁹ irritū ⁊ inane: ⁊ nihilomi
nus frēs q̄ ꝯ hmōi inhibitionē nr̄az qcq̄ impetrabūt ſeu poſt inhibitio
nē hmōi vtent̄ ēt ꝑ alios impetratꝫ: puniāt̄ ill' penis qb⁹ eēnt ꝓ grauib⁹
culpis ſcđz ſtatuta dicti ordinis puniēdi. ⁊ ſint nihilomin⁹ actib⁹ ꝑuati
legitimis ⁊ a ſuis (ſiq̄ hñt) ſuſpēſi officijs ipo facto. Ceteꝝ nos eoſdē
futuros ꝓtectores hortamur attēti⁹: ꝙ p̄fati efficaciā ſic nōis ſui offi
cij ꝓcurēt effectū ꝙ ordo ipe ꝑ eos nō ledat̄ in aliq̄: ſꝫ poti⁹ ab adūſis
ſi q̄ forſitan iminebūt ſuo opportuno defēſiōis clypeo ꝓtegat̄ ⁊ ano
xijs p̄ſuet̄. ſic acturi ꝓinde ⁊ eqtatꝫ ac modeſtie limites ſuaturi: vt non
trahat̄ ad noxā qđ ꝓuiſū extitit ad ſalutē: ſꝫ ex charitatiuis geſtꝫ eoꝝ or
do p̄fatus quietē ⁊ conſolationē ꝑcipiat ⁊ ꝓtectores magnū apud deū
premium ſortiantur: ⁊ ſuper cōtrario non oporteat dicte ſedis prouidē
tiam aliud remediū adhibere. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc
paginam noſtre inhibitionis ⁊ conſtitutionis infringere: vel ei auſu te
merario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit: indigna
tionem omnipotētis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe
nouerit incurſurum. Datū apud pontē ſorgie auinionenſis dioceſis. vi.
kl's iunij ꝓ pōtificat⁹ noſtri anno tertio. Nos aūt cū in minorib⁹ conſti
tuti ipſius ordinis generalis nobis cura ⁊ adminiſtratio incumberet:
ſaluberrimū ⁊ opportunū ⁊ neceſſariū dicto ordini eſſe conſpeximus: vt

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ꝓtectores vltra preſtitum ac eiuſdem ordinis regule auctoritatē non ex
tenderent, nam exꝑti ſumꝰ ⁊ vidimus ꝗ̄ta pax quies vtilitas q̄ntaq̄
cōmoda prefato ordini ac fratribus eiuſdem ex firma ⁊ inconcuſſa dicta
rum lr̄arum obſeruantia prouenerunt: quot ⁊ q̄nte perturbationes iactu
re incommoda damna ⁊ grauia ſcandala in dicto ordine ſuſcitata ſunt:
quotiens dicti ordinis protectores ſue auctoritatis limites excederent:
attentantes in ꝑticularibus dicti ordinis ⁊ fratrum eiuſdem cauſis ⁊ ne
gotijs ſe intromittere: ⁊ vſurpata ſibi auctoritate ea videre cognoſcere
iudicare ⁊ decernere voluerunt. Cupientes vt religio ⁊ ordo prefatꝰ quē
affectuoſiſſima charitate complectimur vtpote quia in ea a teneris an-
nis enutriti: et doctrina ac regularibus diſciplinis ⁊ moribus inſtituti
fuimus: ac vti firma fide tenemus certiſſimiſq̄ in nobis experimētis di-
dicimus ad officia ⁊ dignitates ad quas in minoribus promoti fuimus
⁊ adhunc ipſius ſummi. Pontificatus apicem meritis ⁊ precibus ſera
phici illius patriarche franciſci eiuſdem ordinis patris ⁊ fundatoris ꝓ
uecti ſumus: quieto conſiſtens ſtatu virtutibus ⁊ meritis augeatur ac
multipliciter vt fidei catholice ⁊ xp̄iane reipublice augmentum ⁊ multi
plicatio ac ſolidum fundamentū ex eiuſdem ordinis fratrum operibus
⁊ exemplis ſapientie ſplendore ⁊ fructuoſis ſtudijs ⁊ predicationibus
proueniant: promptiſſimo ⁊ liberali animo vti dignum cenſemus ⁊ de
bitum ea que pro ipſius ordinis quiete pace tranquillitate ⁊ proſperita
te a romanis pontificibꝰ p̄deceſſoribꝰ noſtris ꝓuide ſtatuta ⁊ ordinata
ſūt: vt illibata ꝑdurēt nr̄e approbationis munimine ſolidamus interꝑ-
tamur ⁊ declaramꝰ ꝓut ipſiꝰ ordinis trāq̄llitati ꝯſpicimꝰ ſalubriter expe
dire. Ut igit̄ d̄ cetero ipſiꝰ ordinis ꝓfeſſoribꝰ oīs euagādi extra religio
nē occaſio tollat̄: ⁊ d̄a ſuis p̄latꝫ obediētia in q̄ ipſiꝰ religiōis veriꝰ ⁊ ſoli
dū firmamētū ⁊ robur ꝯſiſtit exhibeat̄: p̄fatiq̄ ordinis ⁊ fratꝝ eiuſdem
negocia ⁊ cāe nō alibi neq̄ ꝑ alios q̄ in ipō ordine ⁊ ipiꝰ p̄latoſ tractēt̄
agitēt̄ iudicēt̄ ⁊ determinēt̄: dilecti filij zaneti de vtino generalꝭ dicti or-
dinis miniſtri ⁊ totiꝰ generalꝭ capl'i in hac ꝑte ſupplicatiōibꝰ inclinati: i
hibitionē ⁊ lr̄as p̄dictas p̄deceſſoris prefati auctate aplica p̄ntiū teno
re apꝓbamꝰ: ⁊ robur ꝑpetue firmitatꝫ obtinere d̄bere d̄cernimꝰ: ⁊ ꝑ eas
ꝓtectori p̄fato q̄ in tp̄e erit: niſi i illꝭ caſibꝰ ⁊ articulꝭ i regula dictoꝝ fratꝝ
exp̄ſſis: ⁊ p̄fati p̄deceſſorꝫ lr̄is d̄claratꝫ: neq̄ in illꝭ dū nō vniuerſi ſꝫ aliq
ipiꝰ ordinis ꝓfeſſores in quis numero a fidei vnitate ⁊ ſacroſācte romāe
eccl'ie obediētia d̄uiarēt: vlꝭ regulā p̄fatā nō ſuarēt: ſe de eorūdē d̄uiātiū
⁊ nō obſeruātiū regulā correctiōe: aut reductiōe: ac alijs q̄buſlibet cāis ⁊
negotijs dicti ordinis ſe ipediat ihibitū fore dicta auctate d̄cernimꝰ ⁊ d̄
claramꝰ. Hortamurq̄ illū q ad officiū ꝓtectiōis hmōi: qd̄ in p̄ntiaꝝ ꝑ
obitū bone memorie. Biſſariōis ep̄i ſabinēſis dicti ordinis olīꝫ ꝓtecto
ris nuꝑ vita functi vacat: aſſumi ⁊ deputari ꝯtigerit: ⁊ ipiꝰ ſucceſſoris di
cti ordinis ꝓtectores: ac eis in virtute ſancte obedientie diſtricte preci-
piendo inhibemus: ne extra predictos articulos ⁊ caſus in regula predi
cta contentos ⁊ expreſſos: nec etiam in illis cum non vniuerſus ordo ſꝫ
aliqua ipſius pars ⁊ ſpecialis ꝑſona erraret ipſorum fratrū querelas au
dire: ſeu de ipſorum cauſis ⁊ negotijs ꝯtra litteras ⁊ declaratiōes huiꝰ

modi intromittere ſe quoquomodo preſumant. Sed curent (vti eſt eo
rum ꝓprium officiū ⁊ prefati ſancti franciſci ⁊ apl'ice ſedis intētio exti-
tit) ipſum ordinē in quieto: trāquillo ⁊ pacifico ſtatu cōſeruare: ⁊ auge-
re: ⁊ ab impugnātibꝰ: moleſtantibꝰ: ⁊ perturbātibus deffēdere ⁊ tueri:
ne ſecus agendo ordinē prefatum nō ſolū non protegāt: conſeruēt: ⁊ ex
altent: vt tenētur: ſed in aīarum ſuaꝝ perniciē ⁊ dicti ordinis detrimen
tum ⁊ ſcandalum confundāt ⁊ deſturāt. Nulli ergo omnino hominū li-
ceat hanc paginā nr̄e confirmationis: approbationis ⁊ declarationis
infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis aūt hoc attētare pre
ſumpſerit: indignationē omnipotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apl'o-
rum eius ſe nouerit incurſurū. Datum rome apud ſanctū petrū anno in
carnationis dn̄ice: Millesimo quadringēteſimo ſeptuageſimo ſecūdo.
Quinto kl's februarij Pontificatꝰ nr̄i Anno Secundo.

Innocē. papa q̄rtus cōcedit fratribꝰ minoribus extra loca ſeu cōuētus ſuos exiſtētibꝰ vt alijs ſe in officio diuino conformēt.

INnocentius epūs ſeruus ſer
uorū dei Ad perpetuā rei memoriā. Dilectis filijs mini
ſtro generali ⁊ vniuerſis fratribꝰ minoribus Salutem ⁊
apoſtolicā benedictionē. Pro veſtro collegio quod ſibi
libenter theſaurū quiete cōſciētie theſaurizat id gratie digne credimus:
q̄ ab eo fluctū mentis excutiatur ⁊ in ſpiritus trāquillitate diſponat. Ve
ſtris itaq̄ precibus deuotis inclinati: vobis vt obſeruātia diuini officij
quod ex ſtatuto regule veſtre eccleſie romane more excepto pſalterio ce
lebrare debetis: ſitis perpetuo contenti: necnon ſi cū itineris vel alteriꝰ
rei cauſa extra conuētus ſeu loca veſtra quēlibet vel quoſlibet veſtrum
contigerit degere: diuinū officium fratres cum fratribus: aut ſimul cum
alijs regularibus ſeu ſecularibus perſonis: vel quilibet ſeparatim face
re alio q̄ romano ordine placuerit: id ad debitū quod ratione regule
prefate debetis perſoluere vobis ſufficiat neq̄ iterū propriū dicere te-
neamini: tenore preſentiū nunc ⁊ in perpetuū indulgemꝰ. Non obſtāti-
bus cōſtitutionibꝰ: ordinationibꝰ apoſtolicis aut veſtre predicte regule
inſtitutis: alijſq̄ quibuſcūq̄ contrarijs. Datū apud ciuitatē caſtellanā
duodecimo kl's iulij Pontificatus nr̄i Anno Primo

Clemens papa .iiij. ꝑcipit tacite ꝓfeſſos i ordine fratrū minoꝝ nouicios ad ſeculū reuertētes cōpelli aliquā religionē itrare.

CLemens epūs ſeruus ſeruo
rum dei Ad perpetuā rei memoriā. Venerabilibus archi
epiſcopis ⁊ ep̄is ex parte dilectoꝝ filioꝝ miniſtrorum or
dinis fratrū minoꝝ fuit ꝓpoſitum corā nobis: q̄ nōnulli
nouicij domoꝝ eiuſdē ordinis ꝓcurante humani generis inimico ad ſe
culum reuertūtur. quoꝝ quidā matrimonia contrahūt q̄ nec ad eccl'ias
⁊ beneficia eccl'iaſtica q̄ primitus habuerāt reſtitui ſe ꝓcurāt: ſeu alias
in ſeculo dānabiliter euagātur in animaꝝ ſuaꝝ periculū ⁊ plurimorū
ſcandalū: quāuis per habitū eiuſdē ordinis qui dari ꝓfitentibus cōſue-
uit quē ipi ſponte ac volūtarie receperūt: ⁊ alias apparuerit euidēter q̄
voluerint huiuſmodi religionis vitā imitari: ⁊ ſub religione dn̄o perpe
tuo deſeruire. Quare dicti miniſtri de eoꝝ ſalute ſolliciti nobis humilr

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſupplicarũt: vt ꝓuidere ſuper hoc miſericorditer ꝓcurarem⁹. De vſa igitur diſcretione plenã in dño fiduciã habentes: vobis per apoſtolica reſcripta diſtricte ꝓcipiendo mãdam⁹ q̃tenus ſi ita eſt dictos nouitios vt ad eũdem ordinẽ vel ad aliũ debeãt ſe trãſferre monitione premiſſa per cẽſurã eccl'iaſticã appellatione remota cogatis cũ a predictis miniſtris vel fratrib⁹ ſui ordinis fueritis requiſiti. Datis viterbij ſecũdo kl's ſeptẽbris Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Sixtus papa q̃rt⁹ cõfirmat maremagnũ a ꝑdeceſſoribus ſuis ordinatũ ⁊ cõfirmatũ ei plures gratias addẽdo vt infra cõtinetur.

Sixtus epũs ſeruus ſeruorum dei Ad perpetuã rei memoriã. Regimini vniuerſalis eccleſie meritis licet in ſufficiẽtib⁹ diſponẽte dño ꝑſidẽtes: curis purgemur aſſiduis vt iuxta credite nobis de ſuper diſpẽſationis officiũ quieti ſubditoꝝ quorũlibet (preſertim ſub religionis habitu ſtudio vacantiũ pie vite in quoꝝ vtiq; proſpitate reficimur) iugi quantũ nobis ab alto cõceditur ſollicitudinis ſtudio intẽdamus: ⁊ vt ea q̃ ꝓ diuini cultus ⁊ religionis incremento animarũq; ſalute a predeceſſoribus noſtris romanis põtificib⁹ ꝓuide facta ſunt ſublatis ambiguitatib⁹ q̃ ex inde emerſiſſe noſcũt in ſua integritate ꝑſiſtãt: nr̃i miniſterij partes interponim⁹ efficaces. Dudũ ſiquidẽ a felicis recordatiõis eugenio papa q̃rto ꝑdeceſſore nr̃o lr̃e emanarũt tenoris ſubſequentis.

EUGENIUS epũs ſeruus ſeruoꝝ dei ad ꝑpetuã rei memoriã. Licet debitũ paſtoralis officij omnib⁹ regularẽ vitã profeſſis vt in ſuis cõſeruentur priuilegijs nos reddat fauorabiles ⁊ benignos: ad ſacrum tñ ordinẽ fratrũ minoꝝ quoꝝ ꝑclara religio veluti ager fertilis in dño multiplices atq; vberes fructus aïaꝝ ad laudẽ dei ⁊ fidei incrementum ſemꝑ attulit ⁊ affert quotidie verbo ⁊ exẽplo in ꝑp'lo chriſtiano dirigentes ꝓcipue velut pius pater oculos mẽtis noſtre: dignũ cẽſemus ⁊ debitũ vt ipm ordinẽ eiuſq; in odorẽ ſuauitatis altiſſimo deſeruiẽtes perſonas: in ſuis priuilegijs preſertim ꝑ romanos põtifices cõceſſis debite cõſeruemus: ac illa ne de eoꝝ robore vllatenus heſitari valeat ap'lice cõfirmationis munimine roboremꝰ. Hinc eſt ꝙ nos dilectoꝝ filiorũ guillermi de caſali generalis miniſtri ordinis ⁊ fratrũ predictoꝝ ſupplicationib⁹ inclinati: litteras quaſdã felicis recordationis clemẽtis pape quarti predeceſſoris noſtri dicto ordini cõceſſas: quarum tenorẽ de verbo ad verbum inferius deſcribi fecim⁹ ac omnia ⁊ ſingula in eis contẽta pro ipſarum ſubſiſtẽtia firmiori auctoritate ap'lica ex certa ſcientia tenore preſentiũ cõfirmamus: ⁊ preſentis ſcripti patrocinio cõmunim⁹. Tenor vero predictaꝝ litterarum ſequitur ⁊ ẽ talis.

CLEMENS epũs ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs generali ⁊ ꝓuincialib⁹ miniſtris ac vniuerſis fratrib⁹ ordinis fratrũ minoꝝ Salutem ⁊ ap'licam benedictionẽ. Uirtute cõſpicuos ſacri vr̃i ordinis ꝓfeſſores q̃ cõtemplationi celeſtiũ feruẽter inuigilãt ⁊ pie vite ſtudio ſine intermiſſiõe deſudãt decet per ap'lice circũſpectionis auxiliũ ſic ꝓuide dirigi ⁊ ſollicite cõfoueri: vt alicui⁹ pretextu calũnie nullũ interne pacis excidiũ nullũq; religioſi ſtatus perferant detrimentũ: ſed in his robur ⁊ vigorẽ habeant per q̃

circa cultum diuini nominis deuotis ⁊ quietis mentibus inualeſcant. Hinc eſt ꝙ cum ſicut nobis exponere curauiſtis tu fili generalis miniſter ⁊ predeceſſores tui iuxta eiuſdem ordinis conſuetudinẽ obſeruatã hactenus ⁊ a ſede apoſtolica toleratã ſtatim poſtq; electi ſecundũ predicti regulam ⁊ conſtitutiones ordinis extitiſtis: fratrũ ipſius curã geſſeritis miniſterij officiũ plene ac libere in omnibus exercẽtes: ijdẽq; fratres vobis deuote ⁊ humiliter obediuerint ⁊ intenderint reuerẽter: ⁊ in eadem regula ſit expreſſum vt generalis miniſter qui pro tempore fuerit a miniſterij officio amoueri valeat a prouincialib⁹ miniſtris ⁊ cuſtodib⁹ in generali capitulo cõgregatis. Nos volẽtes ambiguitatis ſcrupulum in hac parte de veſtris cordib⁹ amputare ac ordinẽ ipſum a ſede apoſtolica approbatũ eadem: honeſtate florıdũ preclarum ſcientia ⁊ virtute fecũdũ priuilegio ap'lice gratie attollere ſingulari: veſtris ſupplicationib⁹ inclinati deuotioni veſtre vt ſucceſſores tui filij generales miniſtri qui erũt pro tẽpore: ſtatim poſtq; electi ſecundũ regulã ⁊ conſtitutiones fuerint ſupradictas: eo ipſo veri eiuſdẽ ordinis generales miniſtri effecti curam animaꝝ fratrum ipſius ordinis plenã habeãt ⁊ libere gerant: ipſoſq; fratres auctoritate propria ligare ac ſoluere: necnon in eodẽ ordine agere valeãt que ipſi miniſtri ⁊ diffinitores ad hoc electi iuxta predictas cõſtitutiones eidẽ ordini ⁊ fratribus ſecundũ deũ viderint expedire: aliaſq; poſſint officiũ miniſterij licite in omnib⁹ exercere. Ijdẽq; fratres tibi generali miniſtro ⁊ ſucceſſoribus ipſis deuote ac humiliter obediãt ⁊ intendãt. Et prefati ſucceſſores ⁊ tu generalis miniſter a prouincialib⁹ miniſtris ⁊ cuſtodibus ſecundũ regulã ⁊ cõſtitutiones ipſius ordinis abſolui ⁊ amoueri poſſitis auctoritate apoſtolica indulgemus: ratum habentes ⁊ firmum quidquid ſuper premiſſis per te generalis miniſter dictoſq; predeceſſores fratres ⁊ diffinitores factum ⁊ obſeruatum eſt hactenus conceſſa tibi exequendi officium miniſterij quo ad premiſſa omnia ⁊ alia libera facultate. In electionib⁹ quoq; generalis ⁊ prouincialium miniſtrorum ipſius ordinis fratrib⁹ qui debent electionẽ huiuſmodi celebrare cum eos frequenter de remotis partibus oporteat cõuenire: tẽpus ſuꝑ hoc a iure ſtatutum nõ currat: nec ipſi in hac parte iuris huiuſmodi regulis coarctentur. Cuſtodes vero ⁊ guardiani qui ſecundum ſtatuta eiuſdem ordinis aliter q; per electionem inſtituuntur: poſt ipſam inſtitutionem ſeu prouiſionem de ipſis factam curam animarum fratrum ſibi ſubditorum ipſius ordinis habeant: ipſoſq; ligare ac ſoluere poſſint iuxta ipſius ordinis inſtituta. Fratres autem de ordine veſtro quos ſecundũ conſtitutiones ipſius ordinis conuẽtib⁹ veſtris deputãdos duxeritis in lectores: ſine cuiuſcunq; alterius licentia libere in domibus predicti ordinis legere ac docere valeãt in theologica facultate: illis locis exceptis in quibus viget ſtudium generale: ac etiam quibus in facultate ipſa doctorus ſolẽniter incipere conſueuit. Et quia prohibente regula veſtra nulli fratrum veſtrorum eſt licitum populo predicare niſi a generali miniſtro vr̃i ordinis examinat⁹ ⁊ approbat⁹ fuerit ⁊ ſibi officiũ ꝑdicatõis ab ipſo

Clemẽs papa q̃rt⁹ ponit formã electionis amotiõis ⁊ cõfirmatiõis miniſtri general'.

determinat ꝙ tẽpus electionis a iure ſtatutum nõ currat nec electores reglis iuris coarctẽtur.

ꝙ cuſtodes ⁊ guardiani curã habeãt animarũ.

ꝯcedit ꝙ lectores poſſint legere in domibus nr̃is.

ꝙ miniſtri ꝓfeſſint frẽs ad officiũ ꝑdicationis in capitul' ꝓmouere.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

conceſſum: nos predictorum fratrū laborib⁹ ⁊ periculoſis diſcurſibus euitādis necnō vt aiarum ſalus poſſit inde facili⁹ prouenire ſuꝑ ꝓhibitione huiuſmodi opportune ꝓuiſionis remediū apponētes: vt ſinguli prouinciales miniſtri in ſuis prouincijs cū diffinitorib⁹ in prouincialibus capitulis congregatis fratres in ſacra pagina eruditos examinare ac approbare ⁊ eis officiū predicationis deū habēdo pre oculis cōmittere valeant (ſicut ex forma regule miniſter poterat generalis) plenā auctoritate preſentiū concedim⁹ facultatē. Et qꝛ eiuſdē ordinis fratres de locis ad loca ipſius ordinis ſepius trāſmittūtur propter qꝺ ſtabilē ⁊ perpetuā in certis ⁊ determinatis eiuſdē ordinis domib⁹ nō faciunt manſionē: quia etiā bonos ⁊ idoneos ac approbatos a vobis fratres facitis ad ordines promoueri: in locis quoqꝫ in qb⁹ degetis liceat vobis ordinādos fratres eiuſdem ordinis quibuſcunqꝫ malueritis catholicis antiſtibus cōmunionē ⁊ gratiam apoſtolice ſedis habentibus pſītare ipſiſqꝫ pontificibus preſentatos a vobis fratres ſine qualibet alia examinatione per eoſdē pontifices faciēda ⁊ abſqꝫ omni promiſſione vel obligatiōe ipſoꝝ ordinandoꝝ fratrū ad ordines promoueri. In locis quoqꝫ i quib⁹ degetis liceat vobis habere oratoria in quib⁹ cū altari portatili poſſitis miſſarū ſolēnia ⁊ alia diuina officia celebrare: ac etiā ecclīaſtica recipere ſacramenta. Cum aūt generale interdictū terre fuerit: in ecclījs ⁊ oratorijs vr̄is ac alijs qbuſcūqꝫ cum ad loca ꝑueneritis ecclīaſtico ſuppoſita interdicto clauſis ianuis: interdictis excōmunicatis excluſis: non pulſatis cāpanis: ⁊ ſubmiſſa voce vobis liceat celebrare diuina ⁊ ecclīſtica recipere ſacramēta: dū modo cauſam nō dederitis interdicto: nec cōtingat id vobis ſpecialiter interdici: niſi ecclīe ⁊ oratoria eadē fuerint ſpecialiter interdicta. His vero q in veſtris immorātur obſequijs cuncta libere miniſtrare poſſitis ecclīaſtica ſacramēta: ⁊ ipos cum decedant in veſtris cimiterijs ſepelire. Si quādo in terras in quibus reſidetis vel earum perſonas excommunicationis ſeu interdicti ſētentias contigerit promulgari: pueri in veſtris ſeruitijs deputati: negociorum quoqꝫ veſtrorum procuratores ⁊ operarij qui in veſtris locis eorum operib⁹ ꝑſonalr̄ ꝯtinuo extiterint huiuſmodi ſententie obnoxij minime habeātur ibiqꝫ poſſint audire diuina iuxta formam que ipis locis in eo caſu a ſede apoſtolica eſt conceſſa: niſi ijdem cauſam dederint vel excōmunicari ſpecialiter ſeu interdicti contigerit eoſdem. Et quia vos extremā patientes pro chriſti nomine paupertatem exhortationis pio ſtudio bonos ad potiora dirigitis ⁊ errantes in rectitudinis ſemitā laudabiliter reuocatis: concedimus vt excōmunicatorum terris libere cōmorari ⁊ ab eis tūc ⁊ etiā quādo ꝑ ipas vos trāſire contigerit: neceſſaria vite depoſcere ac recipe valeatis. Generalis quoqꝫ ⁊ ſinguli ꝓuinciales miniſtri ⁊ eorum vicarij ac etiam cuſtodes in prouincijs ⁊ cuſtodijs ſibi cōmiſſis predictis fratribus conſtitutis ibidem: necnon in fratribus alijs eiuſdem ordinis interdum ad eos declinātib⁹ vndecūqꝫ abſolutione ⁊ diſpenſatione indigentib⁹: ſiue priuſqꝫ intrauerint ordinem ſiue poſt in caſibus exceſſerint pro quibus excommunicationis vel inter

ꝙ miniſtri poſſint frēs ordinādos qbuſcūqꝫ ep̄is preſentare.

ꝙ poſſint fratres hēre oratoria in locis ⁊ ibidē celebrare. ⁊c̄.

ꝙ tp̄e interdicti liceat fratribus diuina celebrare.

ꝙ tp̄e interdicti liceat fratribus miniſtrare ſacramenta ſuis ſuitorib⁹.

Si in locis in qbus frēs reſidēt ſi cōtingat excōicationis vl̄ interdicti ſētentias ꝓmulgari: pueri fratrū minime obnoxij hēantur.

ꝙ in t̄ris excōicatorū libere poſſint frēs cōmorari ⁊ ab eis neceſſaria recipere.

ꝙ miniſtri ⁊ cuſtodes valeāt abſolutionis ⁊ diſpēſationis beneficiū fratrib⁹ imꝑtiri.

dicti aut ſuſpenſionis incurrant ſn̄ias a iure vel iudice generaliter ꝓmulgatas: ⁊ huiuſmodi ſententijs innodati: aut in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico interdicto diuina officia celebrantes: vel ſuſcipientes ordines ſic ligati notam irregularitatis incurrerint: abſolutionis ⁊ diſpēſationis beneficium valeant impartiri: niſi adeo fuerit grauis ⁊ enormis exceſſus quod ſint ad eandē ſedem merito deſtinādi. Fratres etiā veſtri quos pro tempore vos generalis ⁊ prouinciales miniſtri necnon ⁊ vices veſtras gerentes ac etiam cuſtodes in ꝓprios habueritis confeſſores abſolutionis ⁊ diſpenſationis beneficium vobis cum expedierit valeāt impertiri: iuxta formam conceſſionis ſuper abſolutione ⁊ diſpenſatiōe fratrum eiuſdem ordinis ſuperius vobis facte. Ad hec volentibus vr̄o aggregari collegio qui ſuſpenſionis vel interdicti vel excōicationis ſententijs a iure vel a iudice promulgatis generaliter ſunt ligati: abſolutionis beneficium obſeruata forma canonica imꝑtiri ipſoſqꝫ in fratres recipere: ac eos qui poſt aſſumptum habitum vel profeſſionē emiſſam recoluerint ſe talibus in ſeculo fuiſſe ſentētijs innodatos, ſcd̄z formā ipā vos generalis ⁊ prouinciales miniſtri ⁊ p̄fati cuſtodes ac vices veſtras gerentes valeatis abſoluere ⁊ cum irregularibus diſpenſare: ſi forſan talibus innodati ſententijs vel in locis interdicto ſuppoſitis diuina preſumpſerint officia celebrare: vl̄ ordines receperint. ita tn̄ ꝙ ſi aliq ex huiuſmodi eiſdē ſentētijs ꝓpt̄ ꝺbitū ſint aſtricti: ſatiſfaciant vt tenēt. Volum⁹ āt nihilomin⁹ ꝙ poſtqꝫ fuerint abſoluti hmōi volētes aggregari collegio ſuꝑdicto niſi mox ordinē intrauerint (etiā ſi ſuꝑ hoc iducie eis a p̄latis eiuſdē ordinis ꝯcedant) eo ipſo in priſtinas ſn̄ias a quib⁹ eos totaliter abſolui contigerit relabātur. Ceterū vr̄a diſcretio caute ꝓuideat vt apl̄ice ſedis aut legatoꝝ ⁊ ordinarioꝝ locoꝝ in abſolutiōib⁹ hmōi ſcandalū euitetur. Porro quieti vr̄e ꝓuidere volētes quod per lr̄as apl̄ice ſedis aut legatoꝝ ſeu delegatoꝝ ipſius ꝯueniri a quoqꝫ minime valeatis: ⁊ ꝙ ad pecuniā colligendā cogi nō poſſitis inuiti per lr̄as ipi⁹ ſedis decetero impetrandas: ꝙ qꝫ nullus vr̄um correctiōis ſeu viſitationis vel inquiſitiōis officiū monaſterijs vel eccleſijs ſeu quibuſcunqꝫ perſonis impendere: vel ad cognitiones cauſarū: citationes ꝑtiū: ⁊ denūciationes ſn̄iarum interdicti ⁊ excōicationū ꝓcedere: aut recipere curam monialiū ſeu religioſarū quarūlibet ꝑſonarū teneatur per apl̄icas lr̄as impetratas ⁊ impetrandas imposterū (niſi hmōi apl̄ice lr̄e ꝺ hoc indulto ⁊ ordine vr̄o exp̄ſſam fecerint mentionē) auc̄tate vobis apl̄ica indulgemus. Cōcedim⁹ etiā vt ad viſitādū aliqua monaſteria monialiū cuiſcūqꝫ ordinis vel ad audiendū cōfeſſiōes earū ꝯpelli aliquatenus nō poſſitis: nec ad recipiendū ꝯmiſſiones earum: ſeu ſn̄iarū executiōes vel alia ꝯtingētia cās ipas per lr̄as p̄fate ſedis in qbus nō facta fuerit ꝺ indulgētia hmōi mentio ſpālis: ſiue ꝑ legatos vel delegatos ipi⁹ vel etiam ꝑ quoſcūqꝫ. Nullus inſuꝑ archiep̄s vel ep̄s nulluſqꝫ alius p̄lat⁹ eccleſiaſticus nec eoꝝ vicarij vel officiales ad portandū ſeu deferendum lr̄as vel exequendū vel denūciandū ſn̄ias ꝯtra principes ſeculares cōītates populos ſeu quoſcunqꝫ bn̄factores vr̄os: nulluſqꝫ delegatus vel

ꝙ generalꝭ ⁊ ꝓuinciales ac eorum ꝯmiſſarij poſſint abſolui a ꝯfeſſorib⁹ ab eis electis.

ꝙ generalꝭ ⁊ ꝓuinciales ac eorum ꝯmiſſarij poſſit abſoluere nr̄o volētes aggregari cōſortio ⁊ alia.

ꝙ nō poſſim⁹ a quocūqꝫ ꝯueniri etiā ꝑ lr̄as apoſtolice ſedis aut legatorū: nec cōpelli ad pecuniā colligēdam ⁊ ad plura alia.

ꝙ nō poſſim⁹ ꝯpelli ad viſitādū monaſteria monialiū nec ad audiendas cōfeſſiōes earum.

ꝙ null⁹ p̄lat⁹ ad deferendas

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

lr̃as nec aliq̃s iudex ad faciẽdũ citatiões ⁊ plura alia quẽq̃ nr̃m cõpellere valeant

ordinarius iudex ad faciendũ citationes vel cõmiſſiones recipiẽdas: ſi-
ue q̃ ſint in cauſis aliq̃bus aſſeſſores ſeu ad lites aut cõtrouerſias ꝯtin-
gentia in cauſis que corã ipis tractãtur quẽpiã veſtrũ cõpellere valeãt
ſine predicte ſedis mãdato vel licentia ſpãli expꝛeſſam faciẽte de hac indul
gentia mentionem: nec quiſq̃ vr̃m parere vel intendere teneat ſup his
monitiõibus mãdatis aut iuſſiõibus eorũdẽ: aut facere vel implere qđ
in hac pte duxerint indulgẽdũ. Ceterũ generalis ⁊ ꝓuinciales mini

ꝙ generalˀ ⁊ ꝓuinciales poſſint corrigere ⁊ reuocare fratres de quibꝰ fuerit prouiſuꝫ epis in ſocios

ſtri ⁊ ipoꝝ vicarij illos ex fratribꝰ de q̃bus auctate lr̃arũ ſedis aplice vl
legatoꝝ ipſius archiepis ⁊ epis ac alijs q̃buſcũq̃ ꝓuiſuꝫ extitit vel im
poſterũ cõtigerint ꝓuideri: corrigere ac etiam nõ obſtãte ꝯtradictione
aliqua poſſint ad ſuũ ordinẽ reuocare: nec p lr̃as eiuſdẽ ſedis aut legato
rũ ipiꝰ iam obtẽtas vel decetero obtinẽdas aliquos de fratribus ipſius
ordinis p̃fatis archiepis ⁊ epis aut alijs teneãtur in ſocios deputare: ni
ſi dicte lr̃e obtinẽde de indulto hmõi ⁊ ordine ipo expꝛeſſam fecerint men
tionẽ: ⁊ alias id honeſtati ordinis ⁊ illoꝝ ſaluti viderint expedire. Nul

ꝙ nullꝰ legatꝰ niſi d̃ latere nullꝰq̃ p̃latus aliquẽ frẽm aſſumere valeat in ſociuꝫ: niſi aſſignatũ a generali ⁊ ꝓuinciali.

lus aũt legatꝰ niſi de latere nr̃o miſſus auctate lr̃arũ ſedis aplice ſpecia-
lẽ de hoc indulto ⁊ ordine vr̃o nõ facientiũ mentionẽ: nulluſq̃ p̃latus
nec aliqua pſona religioſa vel ſecularis de hmõi fribus ad ſua vel alte-
rius negocia ꝓcurãda vel ſecum manere aliquem aſſumere valeat: niſi
quos generalis vel ꝓuincialis miniſter ipſos tãq̃ idoneos ⁊ diſcretos
ſibi duxerit aſſignãdos: quos etiam ſubiacere volumꝰ ordinis diſcipli-
ne. Illos vero ipſius ordinis frẽs qui ad p̃dicãdũ crucẽ vel inquiren

ꝙ generalˀ poſſit reuocare fratres d̃putatos ad p̃dicãdum crucẽ vel ꝯtra hereticã prauitatem.

dũ cõtra prauitatẽ hereticã ſeu ad alia hmõi negocia ſint vel fuerint a
ſede aplica deputati: tu fili generalis miniſter tuiq̃ ſucceſſores remoue
re ſeu reuocare ⁊ penitus trãſferre ipſiſq̃ ꝙ ſupſedeãt iniũgere alioſq̃
ſubſtituere cũ expedire videritis libere ac licite valeatis: ⁊ in eos ſi con-
trauenerint cenſuram eccleſiaſticam exercere ac quilibet miniſter prouin
cialis vel eius vicarius eiuſdem ordinis id ipſum in ſua prouincia cir-
ca fratres ipſius ordinis quibus ab eadem ſede ſimilia contigerint etiaꝫ
illa committi facere poſſit: non obſtantibus aliquibus litteris vel indul
gentijs apoſtolicis impetratis vel etiam impoſteruꝫ impetrandis que

ꝙ nullꝰ poſt ꝓfeſſionẽ poſſit diſcedere ab ordine: ⁊ ꝙ recipiẽtes poſt denũciatiões ſint excõicati

de hoc non fecerint mentionem. Inhibemus quoq̃ ne quis poſt pro
feſſionem in ordine veſtro factam ſine generalis vel prouincialis ſui li-
centia diſcedat ab ipſo: diſcedentẽ vero abſq̃ cautione litterarum alteri
us ipſorum pretextu alicuius priuilegi apoſtolice ſedis nullus audeat
retinere. qđ ſi forte retinere preſumpſerint: vobis generalis ⁊ prouincia
les miniſtri dumtaxat licitum ſit. in ipſos diſcedentes fratres ſententi-
am excõmunicationis promulgare. Si vero aliqui de fratribus ve-

ꝙ licitũ ſit generali ⁊ ꝓuincialibꝰ poſſe procedere ꝫ frẽs hñtes licẽtiaꝫ trãſeũdi ad aliam religioneꝫ ſi īfra tres mẽ

ſtri ordinis poſt obtentam licentiam a ſede predicta aut a vobis ad reli
gionem aliam tranſeundi infra duas vel tres menſes ſe ad illam religi
onẽ ſue ſaluti congruam non contulerint ⁊ ipſius non ſuſceperint habi
tum regularem: licitum ſit vobis generalis ⁊ prouinciales miniſtri ac
vices veſtras gerentibus contra ipſos tanq̃ contra alios ordinis veſtri
apoſtatas procedere ſecunduꝫ qđ honeſtati ipſius ordinis videritis ex
pedire. Illud idem intelligi volumus de illis qui poſt ſuſceptionem ha

bitus alterius religionis infra tempus probationis nulla profeſſione fa
cta inde pſuempſerint reſilire. Apoſtatas quoq̃ vr̃i ordinis excõi

ſes ad eos nõ ſe conferãt.

care: capere ligare: incarcerare: ⁊ alias ſubdere diſcipline rigori poſſitis
per vos ac etiam alios in quocũq̃ habitu eos ꝯtigerit inueniri: inuoca-
to ad hoc ſi opꝰ fuerit auxilio brachij ſecularis. Inhibemꝰ etiã ne frẽs
quos ab ordine vr̃o ꝓ ſuis culpis p generalẽ ſeu ꝓuinciales miniſtros
aut cuſtodes expelli ꝯtigerit: vel qui egreſſi fuerint ꝓpꝛio ſuo motu p̃di
care confeſſiões audire ſeu docere p̃ſumãt: niſi ad aliũ ordinẽ in quo li-

ꝙ p̃lati ⁊ oẽs frẽs poſſint excõicare ⁊ capere apoſtataſ in q̃cũq̃ hitu inueniant.

cite exercẽtur hmõi officia trãſierint de vr̃a vel dictoꝝ miniſtroꝝ licen
tia ſpãli. Qđ ſi forte ipi ꝯtra hmõi inhibitionẽ nr̃am aliqd ſuper p̃miſ-
ſis temere attentare p̃ſumpſerint: miniſtri ac cuſtodes ⁊ eorum vicarij in
illos quos infra fines ſuarũ ꝓuinciarũ ⁊ cuſtodiarũ iuxta ꝯſuetudinem
ordinis veſtri diſtractos inuenerint talia p̃ſumẽtes: monitiõe premiſſa
auctoritate nr̃a excõmunicationis ſniam valeant ꝓmulgare. Eiectos

ꝙ expulſi ab ordĩe vl egreſſi ꝓpꝛio motu nõ poſſint p̃dicare nec confeſſiões audire.

aũt de ordine veſtro vel egreſſos qui a receptione in eodem ordine ſuis
culpis exigentibus reddiderint ſe indignos: ⁊ alios fratres eiuſdẽ ordi
nis ex rõnabili cauſa ad quoſcunq̃ ordines approbatos (preterq̃ ad
beati Auguſtini: templariorum hoſpitalariorum: ⁊ aliorum religioſoꝝ
arma portantiũ) ad vitandã occaſionem euagandi generalis ⁊ ꝓuinci
ales miniſtri cum ſuis teſtimonialibus lr̃is auctate noſtra licentiandi li
berã habeant facultatem. Nos eniꝫ diſtrictius inhibemꝰ ne tales ad

ꝙ gñalˀ ⁊ ꝓuiciales poſſint dare licẽtiã fribꝰ ab ordĩe expulſis: trãſeũdi ad alios ordines ap ꝓbatos.

alium ordinem aliter tranſire vel aliqui eos recipere ſeu retinere preſu-
mãt abſq̃ licentia ſpeciali ſedis apoſtolice faciente de hoc plenariã mẽ
tionem. Inhibemus etiam vt nulli ſiue in aliquo religionis ordine ſi
ue extra conſtitutus: habitum veſtrum aut ita cõſimilem ꝙ propter euꝫ
frater minor credi poſſit deferre liceat abſq̃ mandato ſedis apoſtolice
ſpeciali. Et vt dicta inhibitio maiorẽ conſequatur effectum: ſtatuimus
vt ij qui habitũ veſtrũ vel ſibi predicto modo cõſimilẽ deferre p̃ſũpſe-

ꝙ nullꝰ poſſit trãſire ad aliũ ordinem: neq̃ trãſeũtẽ recipe abſq̃ ſpãli ſedis aplice auctoritate

rint: ad deponẽdũ ipm per dioceſanos locorum cum a vobis requiſiti
fuerint monitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticã appellatiõe poſt
poſita compellantur. Ceterum cum humilitas veſtra ſibi de latitudi

ꝙ nulli liceat hitũ nr̃i ordinis portare.

ne orbis terre nihil p̃ter domos ⁊ hortos cũ virgultis p̃mioꝝ obtentu
celeſtium duxerit reſeruandũ: nos pie volentes ꝙ illoꝝ fructus integre
vr̃e paupertatis vſibus applicẽtur: vt de dictis hortis virgultis veſtris
nulli decimã teneamini exhibere vobis auctate p̃ntiũ indulgemus: di-

ꝙ de hortꝫ ⁊ vgultꝫ nulli teneamur decimã exhibere.

ſtrictius inhibẽtes ne quis a vobis de p̃miſſis aliquid exigere vel extor
quere p̃ſumat. Quia vero nõnulli vr̃e religionis habitũ aſſumẽtes di
uerſis perſonis que ſciri ⁊ inueniri non poſſunt interdũ aliqua bona re-
ſtituere tenentur: vobis miniſtro cuſtodibus ac vicarijs predictis cõce-
dimus vt ſinguli veſtrum in locis ſibi cõmiſſis bona ipſa in pios vſus
conuertere valeant prout ſecundũ deum viderint expedire. Sepulturã

ꝙ bõa īgrediẽtiũ ordinẽ reſtituẽda poſſint ī vſꝰ pios ꝯuerti creditoribꝰ non inuentis

quoq̃ in eccleſijs veſtris cõcedimus ⁊ eã liberã eẽ cẽſemꝰ: vt eoꝝ deuo
tioni ⁊ extreme voluntati qui ſe illic ſepelire deliberauerit (niſi excõmu
nicati aut interdicti aut etiam publice vſurarij fuerint) nullꝰ obſiſtat: ſal
ua tamẽ iuſticia eccľiaꝝ illarũ a q̃bus corpora mortuoꝝ aſſumuntur di

ꝯcedit fribꝰ licẽtiã ſepeliẽdi q̃ſcũq̃ ⁊ plura alia circa h

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

ſtrictius inhibemus vt nulli religioſi vel ſeculares vobis inuitis aliquorũ corpa defunctoꝝ in vr̃is cimiterijs ſepelire: aut in eccl'ijs vr̃is miſſarũ ſolẽnia vel pro aiabus eorum qui ad loca veſtra tumulãdi feruntur, ibidem exequias celebrare ſine veſtro aſſenſu ⁊ volũtate p̃ſumãt. Inhibemus inſup vniuerſis frib' veſtri ordinis ne aliqs coꝝ (niſi neceſſitatis vrgente articulo) alijs q̃ȝ prelatis ſuis peccata ſua ꝯfiteri p̃ſumãt: vel alijs eiuſdẽ ordinis ſacerdotibus ſcd̃m regulam ⁊ ipſi' ordinis inſtituta. Uniuerſis aũt eccl'iarũ p̃latis ⁊ alijs inhibem' ne ꝯfeſſiões veſtras vobis inuitis audire: vel ꝯpellere vos ad ſynodos ſeu ꝯuocatiões ſuas accedere: vel cum eis extra ciuitates vel intra ꝓceſſionaliter exire: aut ſuis ꝯſtitutionibus ſubiacere: vel capl'a ſcrutinia ⁊ inquiſitiões i locis vr̃is vel alibi de vobis facere: aut fidelitatẽ iuramẽto firmatã ⁊ manualem obedientiã a miniſtris cuſtodib' vel guardianis vr̃is exigere: aut de ipſoꝝ inſtitutione vel deſtitutione ſiue de ſtatutis vr̃i ordinis ſe aliq̃tenus intromittere: ſeu ꝓhibere ne ad ciuitates vel villas vbi religioſe ⁊ honeſte morari poſſitis a populis euocati audeatis accedere: ibiq; ꝓ vr̃is vſibus cõſtruere edificia ſeu eccl'ias oratoria: aut in accedẽtes frẽs ſeu in cõſtruentes hmõi vel receptatores ipſoꝝ excõicatiõis ſñias ferre p̃ſumãt. Cõcedim' quoq; vobis vt de his que in ornamẽtis aut pro eis: aut libris: fabrica: luminaribus: anniuerſario: ſeptimo: vigeſimo: triceſimo: aut alijs ad ꝑpetuũ cultũ diuinũ: ſeu pro pictantijs aut victu ad ſubſtentationẽ vr̃am vel indumẽtis: necnon pro ãnuis cenſib' redimẽdis ad quoꝝ ſolutionẽ alique domus vr̃i ordinis obligate noſcũt: ⁊ de domib' p̃dijs ⁊ hortis alijſq; locis vobis ſcd̃ȝ inſtituta vr̃i ordinis oportunis: aut de hjs que pro huiuſmodi domibus predijs locis ⁊ hortis emendis vobis legantur (dũmodo premiſſa nõ conuentant in vſus alios: ſed in illos dumtaxat pro quibus relinquntur: aut alios etiaȝ qui in hac conceſſiõe vel indulgentia continentur) nulli canonicam iuſticiaȝ aut portionem aliquam teneantur exhibere: ⁊ nequi a vobis vel vltimarum executoribus voluntatum ſeu decedentium heredibus de premiſſis aliquid exigere vel extorquere preſumant: diſtrictius inhibemus.

q̓ null' fratrũ poſſit confiteri niſi p̃latȝ ⁊ fribus ordinis.

q̓ p̃lati eccleſiaruȝ nõ preſumãt audire cõfeſſiones frũm illis inuitis: ⁊ plura alia.

q̓ frẽs non teneant de ornamentis ⁊ pluribus alijs exhibere canonicã portionẽ

vbi de indu[illegible] de ſepl[illegible]

Ad hec liceat fratribus veſtri ordinis cum de prioribus locis ſuis ad alia loca ſe trãſferant: tam edificia ſeu omnem edificiorum materiaȝ locorum que dimittunt (dedicatis eccleſijs dumtaxat exceptis) q̃ȝ libros calices ⁊ paramenta ſecum ad alia loca transferre: ac edificia ip̃a cũ ſolo ⁊ alijs ad eadem loca pertinentia (preter eccleſias) per perſonas ad hoc a ſede apoſtolica deputatas vendere ipſorumq; precium in aliorum locorum ad que dicti fratres ſe transferunt edificationem ſeu alias inearum vtilitatem conuertere ſecundum quod eis melius videbitur expedire: cum ipſa propria ⁊ alia loca fratrum ad nos ⁊ ſedem apoſtolicã ſpecialiter ⁊ immediate pertinere noſcantur. Et ne aliqui archiepiſcopi vel epiſcopi aut alij eccleſiarum prelati ſeu queuis alia perſona eccleſiaſtica vel ſecularis predicta loca ſeu bona occupare accipere vel vſurpare aut quoquomodo ſibi vendicare preſumant abſq; dicte ſedis licentia ſpeciali diſtrictius inhibemus. Indulgemus vobis vt ad preſta-

q̓ liceat fribus ad alia loca ſe transferẽtibus oĩa bona ſecũ trãſferre ⁊ vẽdere p̃ter eccleſias: ⁊ plura alia.

tionem ꝓcurationũ legatorum predicte ſedis vel nũtiorum ipſius ſeu dioceſanorum locorum: aut exactionũ: vel collectarũ: ſeu ſubſidioꝝ: vel ꝓuiſionũ quorũcunq; minime teneamini: nec ad ea ſoluenda per l'ras dicte ſedis aut legatorum vel nunciorum eiuſdem ſeu rectoꝝ terrarum eccleſie romane impetratas ſeu impoſterum impetrandas cuiuſcũq; tenoris fuerint in perpetuũ cõpelli poſſitis: niſi dicte ſedis l're impetrãde plenã ⁊ expreſſam de indulto hmõi ⁊ dicto ordine fecerint mentionem. Ceterum cum felicis recordationis Innocentius papa predeceſſor noſter olim duxerit ſtatuendũ vt exempti quacũq; gaudeant libertate. Nihilominus tñ rõne delicti ſeu cõtractus aut rei de qua contra ipſos agitur rite poſſint corã locorum ordinarijs ꝯueniri ⁊ illi quoad hoc ſuam in ipſos iuriſdictionẽ prout ius exigit exercere: nos vobis vt occaſione ꝯſtitutionis huiuſmodi nullum libertatib' imunitatibus vobis ⁊ ordini veſtro per priuilegia ⁊ indulgẽtias ab apl'ica ſede ꝯceſſas preiudiciũ generetur: auctate p̃ſitium indulgemus. Decernim' ergo irritum ⁊ inane quicqd contra tenorẽ ꝯſtitutionũ: ꝯceſſionũ: ⁊ inhibitionũ hmõi per quoſcũq; fuerit attentatũ: ⁊ interdicti ſuſpenſionis ⁊ excõicationis ſententias ſi quas contra ꝯſtitutiones cõceſſiones ⁊ inhibitiões eaſdem in vos vel vr̃um aliquos aut loca vr̃a ſeu benefactores vr̃os vel executores aut heredes predictos impoſterũ ꝓmulgari ꝯtigerit penitus nõ tenere. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hanc paginã nr̃arum ꝯſtitutionum: conceſſionũ: ⁊ inhibitionũ: infringere: vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis aũt hoc attentare preſumpſerit: indignationẽ oĩpotentis dei ⁊ btõrum apl'orum eius petri ⁊ pauli ſe nouerit incurſurũ. Datũ peruſij duodecimo kl's auguſti pontificatus nr̃i anno primo. Nulli ergo oĩno hominũ liceat hanc paginã noſtre confirmationis ⁊ cõmunitionis infringere: vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si qs aũt hoc attentare preſumpſerit: indignationẽ oĩpotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apl'orum eius ſe nouerit incurſurum. Datum florentie. Anno incarnationis dominice milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono quarto idus nouembris pontificatus noſtri anno nono. NOS igitur qui dicti ordinis fratruȝ minorum in quo generalis miniſtri fungebamur officio dum ad cardinalatus honorem aſſumpti fuimus: perſonarum eius ſtatum proſperũ ⁊ tranquillum propter vberes fructus quos ordo ipſe multa refulgẽs gloria meritorum ⁊ gratia redolens ſanctitatis in agro eccleſie militãtis in propagatione religionis ⁊ fidei orthodoxe hactenus produxit: vtiliter ⁊ producit ac in futurum etiam producturum ſpe firma tenemus: palmites ſuos amari vſq; ad mare ⁊ etiam ad barbaras extendens nationes: intenſis deſideramus affectibus. Clementis ⁊ eugenij predictorum ac aliorum predeceſſorum noſtrorum qui ordinem predictum fratrum minorum alijs varijs priuilegijs non immerito decorarunt veſtigijs inherentes: motu proprio non ad eorũdem dicti ordinis fratrum minorum profeſſorum vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiã. Sed de nr̃a mera voluntate ⁊ deliberatione ⁊ ex certa nr̃a ſcia predictas clementis ⁊ alias quorũcũq; alioꝝ romanoꝝ pontif

q̓ nõ teneant frẽs ad ſolutioneȝ ſubſidioꝝ quarũcũq; ꝑſonarum

q̓ nõ teneant frẽs ꝓ qbuſcũq; caſib' vl' delictis locorum ordinarijs ſubiacere.

j̃ fo[illegible] 78 [illegible] fo [illegible] 57 [illegible] fo [illegible] 67 [illegible]

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

cum p̄deceſſorum nroꝝ lr̄as dicto ordini fratrum minoꝝ ⁊ illius do
mibus ⁊ ꝓfeſſoribus in genere ſub quacūqꝫ forma verboꝝ cōceſſas q̄s
acſi de verbo ad verbū vna cū p̄dictis lr̄is Eugenij p̄deceſſoris p̄fati p̄-
ſentibus inſerte forent haberi volumus ꝓ expreſſis: ac oīa ⁊ ſingula in il
lis cōtenta auc̄tate ap̄lica tenore p̄ntiuꝫ approbam⁹ ⁊ robur ꝑpetue fir
mitatis obtinere debere decernimus: ac ꝓ potiori cautela oīa ⁊ ſingu-
la per clemētē ac eugeniū alioſqꝫ p̄deceſſores p̄dictos in eiſdē lr̄is ꝓ ⁊ i
fauorem dicti ordinis fratrū minoꝝ quomōlibet ordinata: ſtatuta: de-
creta: conceſſa: ⁊ indulta: fieri ⁊ ſeruari debere auc̄tate motu ⁊ ſcia p̄di-
ctis de nouo ordinamus ſtatuim⁹ atqꝫ decernimus ac eidem ordini mi
noꝝ illiuſqꝫ domibus ⁊ ꝓfeſſoribus ꝯcedimus ⁊ indulgemus. Et q̄r
ſicut accepimus noſqꝫ ipſi experiētia didicimus in minoribus conſtituti
prefati ordinis curā gerentes circa lr̄as ⁊ priuilegia hmōi nōnulla du-
bia poſtmodū ſunt exorta: habita ſuper illis ꝯſideratiōe decenti motu
auc̄tate ⁊ ſcia ſimilibus lr̄as eiuſdeꝫ clementis predeceſſoris mea pte
ſiniqua cōcedit dicti ordinis ꝓfeſſoribus vt liceat eis in locis in quibus
degunt habere oratoria ⁊ in eis cū altari portatili etiā tp̄e interdicti ia-
nuis clauſis excōicatis ⁊ interdictis excluſis miſſarū ſolemnia ⁊ alia di
uina officia celebrare: ⁊ q̄ eoꝝ inſiſtentes obſequijs cēſuris generaliter
promulgatis non ligētur: cum ꝯtingat eos ꝑſepe requiri vt ⁊ extra ora
toria ſuper hmōi altari portatili celebrēt diuina officia ⁊ ad illam inter-
dicti tp̄e tertij ordinis ſancti franciſci de pnīa nūcupati frēs ⁊ ſorores ac
ſuos ⁊ illoꝝ ꝓcuratores admittant extēdentes: ꝯcedimus eiſdem fratri
bus vt non ſolum in oratorijs ⁊ locis in quibus degunt ſed etiāꝫ in quo
vis alio loco ꝯgruenti ⁊ honeſto poſſint ſuper altari portatili hmōi miſ
ſas ⁊ alia diuina officia libere ⁊ licite celebrare exceptis eccl̄ijs ab ordi-
narij iuriſdictione non exemptis quotiens id eiſdem fratribus per ordi-
narios ex cauſa contigerit inhiberi: ⁊ vt liceat eis tp̄e interdicti frēs ⁊ ſo
rores dicti tertij ordinis beati franciſci de pnīa nūcupati nec non ipoꝝ
fratꝝ minoꝝ ac fratrū ⁊ ſoroꝝ dicti tertij ordinis ⁊ moniales ſancte cla
re ꝓcuratores ⁊ negocia gerentes vtriuſqꝫ ſexus admittere ad diuina.
Preterea quia idē clemēs p̄deceſſor in dictis ſuis lr̄is generali ⁊ ꝓuin-
cialib⁹ miniſtris ⁊ eoꝝ vicarijs ac cuſtodibus abſoluēdi frēs eiuſdē or-
dinis nec nō frib⁹ dicti ordinis quos ipſi miniſtri vicarij ⁊ cuſtodes ha
buerint ꝓ tp̄e in confeſſores abſoluendi ipſos miniſtros ⁊ vicarios ⁊ cu-
ſtodes ab exceſſib⁹ ⁊ cenſuris (niſi talia perpetraſſent ꝓpter q̄ eſſent me
rito ad ſedē ap̄licam deſtinādi) ac cum eis deſup diſpēſandi facultateꝫ
ꝯcedit: ⁊ ꝓpterea qui ſint deſtinādi per ſepe reuocet indubiū: vt abſoluē
tium ⁊ abſoluēdoꝝ diſpenſatiū ⁊ diſpenſandoꝝ ꝓ tp̄e puritati conſcie
conſulamus: declaramus hereticos: relapſos: ſciſmaticos: ⁊ qui lr̄as a
poſtolicas falſificaſſent: aut ad infideles ꝓhibita detuliſſent: dūtaxat eē
ad ſedē ap̄licam merito deſtinādos. In reliquis vero oībus etiā ſimo-
nie prauitate qualitercūqꝫ irretitis poſſe ꝑ illos quibus inibi conceditur
abſolutionis ⁊ diſpenſationis beneficiū ⁊ gr̄am iuxta caſuum exigenti
am impꝫtiri. Eam vero partem lr̄arum eiuſdem clementis predeceſſoris

in qua ſepulturam in eccleſijs fratrū dicti ordinis liberam eſſe voluit ſal
ua iuſticia eccleſiarum a quibus corpora mortuorum aſſumuntur: de-
clarantes libertatem huiuſmodi intelligi debere etiā quo ad hoc vt frēs
ipſi nullius ſuper hoc petita licentia parrochiam in quibus corpora p̄-
dicta forent cum cruce ꝓceſſionaliter ingredi: ac corpora ipſa leuare: ⁊
ad eoꝝ eccleſias ſepelienda deferre poſſint vbi hoc fieri conſuetuꝫ foret:
vel ſi preſbyteri de leuatione requiſiti id facere recuſarent (nec cogant
inuiti etiam pretextu cuiuſuis conſuetudinis) ipſi vel defunctorum con
ſanguinei illa ad parrochiales eccleſias aut alia loca deferre: ⁊ cum illis
vel ſine inibi celebrare vel celebrari facere pro eiſdem defunctis aliqua
diuina officia ante vel poſt ſepulturam eorundem. Iuſticiam autē eccle-
ſiarum a quibus corpora ipſa ſumūtur, iuxta eiuſdem clementis prede-
ceſſoris voluntatem ſaluam eſſe debere decernimus eo caſu quo dumta
xat apud loca ipſoꝝ fratrum corpora ipſa ſepeliuntur: ſi vero nō apud
eos ſeu alios mendicantium ordinum profeſſores corpora ipſa contin
geret ſepeliri: ex ijs que ad fratres predictos apud quos tunc corpora
ipſa non ſepelirentur de bonis defunctorum quomodolibet obuenient
quouis particulari vel vniuerſali titulo directe vel per obliquū nullam
canonicam aut parrochialem portionem dare teneantur: nec ſimiliter
aliqua portio debeatur de ijs que ad certos ⁊ determinatos vſus eiſdē
fratribus vel eorum domibus in genere vel in ſpecie etiam de bonis eo
rum quorum cadauera apud eos contigerit ſepeliri: nec etiam in caſib⁹
in quibus per eiuſdem clementis ⁊ aliorum predeceſſorum noſtrorum
ſpecialia priuilegia fratres ipſi ab huiuſmodi ſolutione quarte ſunt exē-
pti: nec aliquo caſu de candelis que ad manus fratribus dantur quarta
aliqua quomodolibet detrahatur. In reliquis vero caſibus q̄ꝫ imp̄miſ-
ſis ſi qb⁹ q̄rta ipſa ſoluenda veniret: conuentiōes (ſi que ſint inter fratres
predictos ⁊ locorū ordinarios ac alioꝝ rectores inite) laudabiles ⁊ ho
neſte imposterū obſeruēt. Et ſi forte per nos vel ſedē ap̄licā de pie lega
tis diſpoſitis ⁊ relictis in genere vel in ſpecie decima vel alia portio ſeu
quota alteri pie vel non pie cauſe ex qua vis cauſa hactenus conceſſa fo
ret: aut imposterum concedi ⁊ ſolui aut dari mandari contingeret: fra-
tres predictos ⁊ illorum domos ac eis legata ⁊ relicta aut alias in eo-
rum fauorem diſpoſita in conceſſione ⁊ mandatis huiuſmodi decerni-
mus ⁊ volumus non includi: niſi de ipſis ⁊ preſenti decreto ac volun-
tate noſtra non per generales clauſulas que etiam ſpecialem mentio-
nem importare viderentur ſed vera ⁊ ſpecifica mentio fiat in eiſdem.
Indultum vero eiuſdem clementis predeceſſoris de decimis non ſol-
uendis ad quecunqꝫ bona dictorum fratrum ⁊ quaſcunqꝫ decimas eti-
am quas vulgo papales appellat. ⁊ apoſtolica ſedes pro chriſtiane fi-
dei defenſione aut alijs imminentibus per ſepe neceſſitatibus indicit. ⁊
quecunqꝫ alia onera motu ⁊ ſcientia predictis extendimus: decernētes
ipſos fratres minores etiam ſi per quoſcunqꝫ exemptos ⁊ mendicātes
ſolui mandarentur cū quibuſuis derogatorijs ⁊ fortiorib⁹ clauſulis ad
illaꝝ ſolutionē nō teneri, ⁊ ab illarū ſolutiōe ceſſando: cenſuras ⁊ penas

no ſoluūt decimas ij. folio 96 f. 8 folio 98 l 39

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

aliquas nō incurrere:niſi pſtibus (nō per generales aut alias clauſu-
las ſpecialē mencionē importantes) ſed alias ſit derogatum ſpecifice
carū de verbo ad verbū inſerto tenore. Et ne pretextu cōſtitutionis in-
nocētij pape qrti pdeceſſoris nſi q̄ incipit Volētes: locoꝝ dioceſani ⁊
alij ordinarij ⁊ alij quicūq̄ in perſonas aut loca fratrū predictorū cōtra
eiuſdē clementis predeceſſoris in fine litterarū pdictarū ordinationē: ſi
bi quācunq̄ iuriſdictionē aut ſupioritatē vēdicare preſumāt: diſtrictius
inhibem⁹ ne quiſpiam abſq̄ dicte ſedis ſpeciali cōmiſſione aut auctori
tate in perſonas: domos ⁊ loca dicti ordinis fratruꝫ minorum: vtpote
prorſus exempta aliquas excōicationis: ſuſpēſionis ⁊ interdicti ſenten
tias ſpecialiter ⁊ gen̄aliter quomodolibꝫ pmulgare: aut in pſonas: do-
mos aut loca hmōi aliquā peminentiā: ſupioritatē ⁊ iuriſdictionē: quo
modolibet exercere pſumāt: etiā ratione contract⁹ vel delicti ſeu rei de
qua agere vbicūq̄ ineatur cōtract⁹ cōmittatur delictū ⁊ res ipa conſi-
ſtat. Decernim⁹ quoq̄ ex nūc quaſlibet excōicationis: ſuſpēſionis ⁊ in-
terdicti ſentētias ⁊ quoſcūq̄ pceſſus quaſuis penas ⁊ ſententias gen̄a-
les vel ſpeciales cōtinētes quos ⁊ quas pmulgari vel haberi ⁊ oīa que
cōtra frēs: domos ⁊ loca dicti ordinis quomodolibet fieri cōtigerit et
etiā eorū exemptione: vtpote notoria non aliter allegata: nulli⁹ roboris
vel momēti eſſe ꝑ infectis prorſus haberi debere. ¶Preterea qꝛ parro
chialiū eccliarū rectores prefati erga illos q dictis fratrib⁹ ordinis mi-
norū eorum peccata cōfitētur ꝑ ſepe ſe reddūt in exhibitiōe eucharistie
⁊ extreme vnctionis difficiles: cōcedimus ipis fratrib⁹ ordinis minorū
vt eiſdē pſonis eis cōfeſſis qb⁹ rectores prefati ſine rationabili cauſa
denegauerint ſeu malicioſe diſtulerint eucharistie ſeu extreme vnctiōis
ſacramēta miniſtrare (ſup quo eorūdē cōfeſſoꝝ aſſertioni ſtari debeat)
illa petētib⁹ poſſint inpune exhibere. Et cū aliquādo cōtingat mona
ſteria monialiū ſancte clare ⁊ minoriſſaꝝ ſeu ſancti damiani nūcupataꝝ
monialib⁹ deſtitui adeo vt de eoꝝ reformatione ſpes nulla ſupſit: cōue
niētiuſq̄ ſit ꝙ illoꝝ ſic deſtitutoꝝ bona ad ipos fratres deueniāt quoꝝ
erāt cure cōmiſſa q̄ ad alios: illa q̄ ſic deſtituta exiſtūt ⁊ deſtitui cōtige
rit in futurū cū eoꝝ bonis oīb⁹: ppetuis vſib⁹ fratrū dom⁹ dicti ordinis
minoꝝ eiſdē deſtitutis monaſterijs ppinquioris applicam⁹: ita vt fra-
tres ipi poſſint de illis ⁊ eorūdē monaſterioꝝ ſtructuris ⁊ edificijs pro
eoꝝ volūtatē diſponere puiſo ꝙ illoꝝ ecclie ⁊ oratoria ad pfanos vſus
nō reddigātur: ſꝫ in illis quādoq̄ diuina celebrētur officia. Inſup cū
nōnulli ad ordinē pdictū fratrū minorū ſpecialē gerētes deuotionis af
fectū ordinēt eoꝝ cadauera cū habitu fratrū minoꝝ aut ſoroꝝ dicti ordi
nis de penitētia ſepeliri: ne ex illoꝝ corpoꝝ delatione ad alia loca ordi
ni ⁊ fratrib⁹ pdictis iniurie irrogētur decernim⁹ apud tales frēs ipos eē
ſepeliēdos etiā ſi alibi ſuā elegiſſent ſepulturā: nec poſſe etiā in loco per
eos electo cū hitu quomodolibꝫ ſepeliri aut ad ſepeliēdū portari abſq̄
fratrū dom⁹ loci in quo tales deceſſerint expreſſa licētia ⁊ aſſenſu. Ce
terū ne ſi rōne parrochialiū ecclīaꝝ apud q̄s dom⁹ eorūdeꝫ fratrū con
ſtructe fuere aut cōſtruerētur in poſteꝝ locorū ordinarij in eoſdē frēs ali

ꝙ poſſint frēs ſacramētū eucharistie ⁊ extreme vnctionis ſibi ꝯfeſſis miniſtrare: negātib⁹ parrochialib⁹.

ꝙ bona monaſterioꝝ a monialib⁹ deſtitutorū aplicent vſib⁹ cōuētuū frūm minoꝝ.

ꝙ nullus cum habitu fratruꝫ poſſit extra eccleſias eorū ſine ipoꝝ licencia ſepeliri.

ꝙ rōne parrochial eccl'ie apud domus frām cōſtructe nll'ꝫ ſupioritatē ſibi ī eos vēdicēt ordinarij.

quā ſupioritatē vēdicare tentarēt fratrū eoꝝdē quies in aliquo pturba
ret: cōcedim⁹ eiſdē fratrib⁹ vt in ſic cōceſſis ⁊ quas eis ꝯcedi cōtigerit
curatis ecclijs poſſint ꝑ capellanū ꝑ eos p eoꝝ nutu ponēdū ⁊ amouē
dū curā hmōi exercere: q quādiu capellanat⁹ hmōi fungetur officio ac ſi
dicti ordinis minoꝝ pfeſſor exiſtat dictoꝝ fratrū minoꝝ libertate ⁊ exē-
ptione fruatur: eccl'ie vero pdicte ⁊ illoꝝ bona illa q̄ dom⁹ fratruꝫ dicti or
dinis prerogatiua letētur. Et vt dicti ordininis pfeſſorib⁹ oīno vagan
di tollatur occaſio ⁊ ad aplicam ſedē recurrēdi ſubtrahatur p poſſe neceſ
ſitas: generatli ⁊ pnincialib⁹ miniſtris dicti ordinis p tpe exiſtētib⁹ ⁊ il
lorū vicarijs diſpenſandi cū dicti ordinis minoꝝ profeſſorib⁹ defectuꝫ
nataliū ex adulterio: ſacrilegio: inceſtu ⁊ quouis alio nefario ⁊ illicito coi
tu pueniente p atiētib⁹: necnō cū ijs q ex quis cauſa preterq̄ homicidij
volūtarij: bigamie ⁊ mutilationis mēbrorū irregulares forēt poſtq̄ or-
dinē ipꝫ pfeſſi fuerint: vt defectu ⁊ irrigularitate hmōi nō obſtātib⁹: irre
gulares ipi ad quoſcūq̄ ēt ſacros ordines pmoueri ⁊ in illis etiā in al-
taris miniſterio miniſtrare: ⁊ tā ipi irregulares q̄ defectū nataliū patiē
tes pdicti ad quaſcūq̄ adminiſtrationes ⁊ officia dicti ordinis eligi: reci
pi: ⁊ aſſumi illaq̄ gerere ⁊ exercere libere ⁊ licite valeāt: motu ſciētia ⁊
aucte pdictis cōcedim⁹ ꝑ pñtes. Rurſus intellexim⁹ ꝙ ⁊ ſi bone me
morie ioānes, papa, xxij. pdeceſſor nr illoꝝ opinionē q aſſerebāt ꝙ con-
feſſi fratrib⁹ pdicti ordinis ⁊ alioꝝ ordinū mendicantiū ad audiendas
cōfeſſiones iuxta iuris diſpoſitionē deputatoꝝ p tpe: tenebātur eadeꝫ
peccata rectori eoꝝ parrochialis ecclie iteꝝ ꝯfiteri reprobauerit: ⁊ dein
de pfat⁹ eugeni⁹ pdeceſſor reprobationē hmōi approbauerit: ꝯ talia aſ
ſerētes tanq̄ de hereſi ſuſpectos per locoꝝ ordinarios inquiri ⁊ pcedi
mādauerit: ac ſucceſſiue pie memorie Nicola⁹ papa. v. ſimilr pdeceſſor
nr geſta in premiſſis ab eiſdē ioāne ⁊ eugenio pdeceſſorib⁹ robur ppe-
tue firmitatis obtinere dbere decreuerit: nihilomin⁹ adhuc nōnulli eoꝝ
inherētes pteruie: opinionē predictā ⁊ deſup factos: dānatos male ſo-
nantes ac reprobos articulos veros eſſe affirmare nō verētur: vt taliuꝫ
preſūptuoſa temeritas tāto min⁹ inualeſcat quāto pluriū erit ſupioruꝫ
correctioni ſubiecta cōceſſam cōtra tales ꝑ eiuſdē eugenij predeceſſoris
lr̄as locoꝝ ordinarijs facultatē ad inqſitores heretice prauitatis exten
dimus ac volum⁹ ꝙ inqſitores ipi qcūq̄ fuerint eadē q̄ ordinarij cōtra
tales auctoritate fungantur. ¶Poſtremo cū predicatoꝝ ſicut ⁊ pdicti mi
noruꝫ ordinum profeſſores pro fidei catholice dilatatione continue in
defeſſe laborēt fructuſq̄ afferāt in dei ecclia ſalutares ⁊ ppterea fuerint
varijs ꝑ ſedē pdictā priuilegijs decorati: vt quos par labor pariaq̄ me
rita cōiungūt: paria cōiungāt puilegia ⁊ fauores, cōcedim⁹ eiſdeꝫ ordi-
nis minoꝝ pfeſſorib⁹: vt cōceſſis fratrib⁹ pdicatorib⁹ ⁊ eiſdē pdicatorū
ordinis fratrib⁹ vt pmiſſis ⁊ alijs cōceſſis pdictis fratrib⁹ minoribus
priuilegijs: indulgētijs: gratijs: fauorib⁹ ⁊ indultis tā ſpūalib⁹ q̄ tēpo
ralib⁹ a pdictis ⁊ alijs romanib⁹ pōtificib⁹ pdeceſſorib⁹ nr̄is ⁊ alijs au
ctoritatē hn̄tib⁹: queoīa ac ſi nōiatim expmerētur hēri volum⁹ hic p ex
preſſis ⁊ nr̄e approbatiōis munimine ſolidamus ac decernim⁹ robur

ꝙ miniſtri ⁊ vicarij poſſint diſpēſare cum irrigularib⁹ et defectū nataliū patientibus.

ꝙ ꝯfeſſi fratribus nō teneantur iterū ſuis curatis eadē peccata cōfiteri.

ꝙ fratres pdicatores gaudeāt eiſdē priuilegijs quibus minores ⁊ ecōuerſo.

Universidad de Salamanca. BGH

ꝑpetue firmitatis obtinere:potiri ⁊ gaudere poſſint ⁊ debeãt perpetuis
futuris tꝑibus in omnib⁹ ⁊ per oīa prorſus ⁊ ſine vlla differentia perin
de ac ſique vni ex ordinibus predictis ſunt conceſſa:vtriqꝫ ſimul nomi-
natim conceſſa fuiſſent aut cõderẽtur imposterũ:⁊ q̃ ꝺ magiſtro genera
li ⁊ ꝓuincialib⁹ prioribus dicti ordinis predicatorũ ac monaſterijs mo
nialiũ ſub eorũdẽ fratrum predicatoꝝ cura ⁊ ſecũdũ ipſius ordinis pre
dicatorũ inſtituta viuentiũ ſunt ſtatuta:in generali ⁊ ꝓuincialib⁹ mini-
ſtris ⁊ vicarijs dicti ordinis fratrũ minorũ ⁊ monaſterijs monialiũ di-
cti ordinis ſancte clare ⁊ minoriſſarũ ⁊ ſancti damiani nũcupatarum ⁊
econtra cenſeanꝫ eſſe ſtatuta : diſtrictius inhibẽtes eiſdẽ locorũ ordina
rijs ſub interdicti ingreſſus eccl'ie ⁊ ſuſpenſionis a regimine ⁊ admini-
ſtratione ſuarũ eccl'iarũ ac rectoribus ⁊ alijs q̄buſcũqꝫ ſub excõicatiõis
late ſentẽtie ⁊ priuationis eorũdẽ parrochialiũ eccl'iarũ ac oīum aliorũ
beneficiorũ eccl'iaſticorũ q̄ obtinẽt:necnõ inhabilitationis ad illa ⁊ alia
imposterũ obtinẽda penis eo ipſo per eos q̄ cõtra fecerint incurrendis:
ne ordines p̄dictos fratrũ predicatorũ ⁊ minorũ ⁊ illoꝝ domos ⁊ pro
feſſores preter aut cõtra predictorũ clementis aut eugenij predictoꝝ ⁊
alioꝝ quorũcunqꝫ predeceſſorũ nr̃oꝝ ⁊ p̄ntiũ lr̃aꝝ nr̃arũ tenorẽ inquie
tare ſeu moleſtare ⁊ eos aut teſtamentorũ vltimarũqꝫ volũtatũ executo
res ⁊ heredes predictos ſeu quoſcũqꝫ alios directe vel indirecte ad ſo-
lutionẽ alicui⁹ q̈rte parrochialis ſeu canonice vel alterius portionis ſeu
oneris:⁊ ad faciendũ celebrari aliq̄ꝺ officiũ in eoꝝ eccl'ijs vel alibi dum
apud ipſos frẽs decedentiũ cadauera tumulãtur an̄ vel poſt eoꝝ ſepul
turã cogere:nec cõfeſſis dictis fratrib⁹ p̄dicatorib⁹ ⁊ minorib⁹ ꝓ tp̄e:eu
chariſtie ſeu extreme vnctionis ſacramẽta ſine rationabili cauſa denega
re vel illorũ exhibitionẽ malicioſe differre:aut eoꝝ parrochianis ne di
ctis fratribus confiteãtur ꝓhibere vel perſuadere: nec etiam ad p̄miſſa
ſeu aliquod premiſſorum auxiliũ conſilium vel fauorẽ dare directe vel
indirecte quoquomõ preſumant. Et nihilominus cuilibet indignita-
te eccleſiaſtica conſtituto ⁊ metropolitane vel alterius cathedralis eccle
ſie canonico per vniuerſum orbem qui deſuꝑ per dictorum ordinũ prio
res aut guardianos ⁊ frẽs ac illoꝝ ſeu ad cõmodũ eoꝝ romane eccleſie
ſyndicos deſuꝑ requiſit⁹ fuerit per ap̄l'ica ſcripta inſolidũ mãdamus :
quaten⁹ per ſe vel aliũ ſeu alios p̄miſſa vbi ⁊ qñ op⁹ fuerit ſolẽniter pu-
blicãtes ⁊ eiſdẽ fratrum predicatorum ⁊ minoꝝ ordinibus ⁊ illoꝝ do-
mibus ac ꝓfeſſorib⁹ in premiſſis efficacis defenſiõis p̄ſidio aſſiſtentes :
faciãt eos pacifica poſſeſſiõe vel quaſi p̄uilegioꝝ ⁊ ꝯceſſionũ hmõi gau
dere:nõ ꝑmittentes eos ſeu teſtamẽtorũ executores ⁊ heredes p̄dictos
contra illoꝝ tenorem per ordinarios ⁊ rectores predictos aut quoſcũqꝫ
alios indebite moleſtari:aut eis grauamina iniurias atqꝫ dãna inferri
ſeu quomodolibet irrogari etiã ſũmarie ⁊ de plano ſine ſtrepitu ⁊ figu-
ra iudicij ſola facti veritate inſpecta ꝯtra quoſcũqꝫ cuiuſcũqꝫ q̈litatis vel
ꝯditiõis exiſtãt ⁊ quacũqꝫ eccl'iaſtica etiã ꝑrochiali archiep̄ali ⁊ ep̄ali vl'
mũdana forẽt dignitate ⁊ exẽptiõe muniti. In q̄buſcunqꝫ cauſis ꝑ eos
mouẽdis quacũqꝫ rõne vl' cã q̄ excogitari poſſit:miniſtrẽt eis iuſticie cõ

Pene q̄i po-
nunt p̄latis ⁊
alijs turbãti-
b⁹ ſeu moleſtã
tibus frẽs

ꝯcedit ꝯſerua-
tores fratrib⁹ ad
ꝓcedendũ in
cãis ſuis

S. folio 49

ꝯplemẽtũ exequendo q̄ꝺ ꝑ eos fuerit ordinatũ:⁊ illos quos cenſuras ⁊
penas p̄dictas incurriſſe ꝯſtiterit irritos eẽ declarent ⁊ faciãt:⁊ mãdent
interdictos ſuſpẽſos ⁊ excõicatos publice nũciari ⁊ ab oībus arcti⁹ eui-
tari:⁊ legitimis ſuꝑ his habẽdis ſeruatis ꝓceſſib⁹ illos quotiẽs opus
fuerit iteratis vicib⁹ aggrauare ꝓcurẽt. Cõtradictores auctate nr̃a ap
pellatiõe poſtpoſita ꝯpeſcẽdo inuocato ad hoc ſi op⁹ fuerit auxilio bra
chij ſecularis. Nõ obſtãtibus ꝯſtitutiõibus recolẽde memorie bonifacij
pape.viij.q̄bus cauetꝫ neqꝫ extra ſuã ciuitatẽ ⁊ dioceſim niſi in certis ca
ſib⁹ exceptis ⁊ in illis vltra vnã dietã a fine ſue dioceſis ad iudiciũ euo
cetꝫ:ſeu ne iudices a ſede ap̄l'ica deputati extra ciuitatẽ ⁊ dioceſim in q̄-
bus deputati fuerint ꝯtra quoſcũqꝫ ꝓcedere aut alij vel alijs vices ſuas
ꝯmittere p̄ſumãt:⁊ de duab⁹ dietis in ꝯcilio generali:necnõ q̄ incipiũt
ſuꝑ cathedrã bonifacij:⁊ dudũ vienẽſis ꝯcilij:ac recolende memorie ca
lixti pape.iij.etiã p̄deceſſoris nr̃i lr̃is alijſqꝫ ap̄l'icis atqꝫ etiã ꝓuinciali
bus ⁊ ſynodalib⁹ ꝯcilijs editis ſp̄alib⁹ vel generalib⁹:necnõ ⁊ octonis
⁊ octoboni olim in regno anglie ap̄l'ice ſedis legatoꝝ ꝯſtitutiõib⁹:eccle
ſiarũ qꝫ ac locoꝝ quorũlibet ſtatutis ⁊ ꝯſuetudinibus: ⁊ inter quoſcũqꝫ
dictoꝝ ordinũ fratrũ p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ꝓfeſſores ac locoꝝ ordinarios
ſeu rectores p̄dictos initis ⁊ ꝯcluſis ac hacten⁹ obſeruatis pactis ⁊ cõ
uẽtiõib⁹ etiã iuramẽto ꝯfirmatiõe ap̄l'ica vel q̄uis firmitate alia robo-
ratis:necnõ oīb⁹ ⁊ ſingul' q̄ clemẽs ⁊ eugeni⁹ p̄fati in p̄dictis eoꝝ lr̃is
voluerũt nõ obſtare ꝯtrarijs q̄buſcũqꝫ:quibus oībus (illa ac ſi de v̄bo
ad verbũ insererenꝫ ⁊ derogatoriarũ derogatorias clauſulas in ſe ꝯtine
rẽt) p̄ntib⁹ ꝓ expſſis hñtes (illis alias in ſuo robore ꝑmanſuris) quoad
p̄miſſa ſp̄aliter ⁊ expſſe derogam⁹. Aut ſi patriarchis archiep̄is ep̄is ⁊
rectorib⁹ p̄fatis ſeu q̄buſuis alijs cõiter vel diuiſim a ſede p̄fata indultũ
exiſtat q̄ interdici ſuſpẽdi vel excõicari aut vltra vel extra certa loca ad
iudiciũ euocari nõ poſſint ꝑ lr̃as ap̄l'icas nõ faciẽtes plenã ⁊ expſſã ac ꝺ
verbo ad verbũ de indulto hmõi mentionẽ:⁊ q̈libet alia dicte ſedis in-
dulgẽtia generali vel ſp̄ali cuiuſcũqꝫ tenoris exiſtãt ꝑ quã p̄ntibus non
expſſaꝫ vel totaliter nõ inſtas effect⁹ earũ ⁊ ꝯceſſa i eis iuriſdictiõis exe
cutio impediri poſſit quomodolibet vel differri ⁊ de qua cuiuſqꝫ toto
tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſp̄alis. Nos enim ex nunc
illa ⁊ quecũqꝫ alia que in futurũ ꝑ nos vel ſedẽ ap̄l'icaꝫ quomodolibet
ꝯcedi:ſtatui:decerni:vel ordinari ꝯtigerint ꝯtra clemẽtis eugenij alioꝝ
qꝫ p̄deceſſorũ p̄dictorũ ⁊ p̄ntium lr̃arum hmõi tenorẽ:necnõ ſi ſec⁹ ſuꝑ
his a quoqꝫ quauis auctate ſcienter vel ignoranter attentari contigerit:
irrita ⁊ inania nulliuſqꝫ roboris vel momẽti eſſe decernimus. Et quia
difficile foret p̄ntes lr̃as ad ſingulas ꝓuincias originaliter deſtinare :
volum⁹ ⁊ dicta auctate decernim⁹ q̄ trãſũptis earũ manu notarij publi
ci ⁊ curie cãrũ camere ap̄l'ice aut alicui⁹ ep̄al' vel archiep̄alis ſigillo mu
nitis ea prorſus in iudicio ⁊ extra vbicunqꝫ exhibita vel oſtenſa fuerint
fides adhibeatur acſi originales lr̃e forent exhibite vel oſtenſe. Nulli er
go oīno hoīum liceat hãc paginã nr̃oꝝ approbatiõis: ꝯſtitutiõis: ordi
nationis:ſtatuti:decreti;conceſſionis;indulti; volũtatis ;applicatiõis :

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

inhibitionis:extẽſiõis:ſolidatiõis:mãdati:⁊ derogationis:infringere: vel ei auſu temerario contraire. Si qs aũt hoc attentare p̃ſumpſerit: in dignationem oĩpotentis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli apl'oꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datũ rome apud ſanctũ petrũ. Anno incarnationis dñice milleſimo quadringẽteſimo ſeptuageſimo quarto pridie kl's ſeptembris pontificatus noſtri anno. quarto

Sixtꝰ papa q̃rtus approbat lr̃as ſuoꝝ predeceſſorum d̃ ꝓcuratore iſtituẽdo ꝑ p̃latos ordinis: ⁊ ꝯcedit: frẽs ſuccedere poſſe acſi eẽnt in ſeculo. Q̃d poſtea declarauit nõ habere locũ i obſuãtibꝰ. vt patet. fo. xxij.

Sixtus ep̃us ſeruus ſeruorum dei ad ꝑpetuã rei memoriã. Dũ fructꝰ vberes quos ſacri ordinis fratrum minorum ꝓfeſſores circa ꝓpagationem religionis ⁊ fidei in agro militantis eccleſie per incremẽta temporum magnis laboribus crebris vigilijs ⁊ indefeſſo animo produxerunt hactenus ꝓducunt ac in futurũ producturos ſpe firma confidimus diligenter attendimꝰ: dignuʒ cenſemus ⁊ congruũ: vt in ijs que illoꝝ ꝓſperitates ⁊ cõmoda cõcernere poſſent eos benignis fauoribus ꝓſequamur. Dudũ ſiquidem felicis recordationis. Martinus papa q̃rtus p̃deceſſor noſter cupiẽs honeſta adhibere remedia qbꝰ dicti ordinis pura obſeruãtia in ſuo vigore ſeruaret: ⁊ vt frẽs eiuſdẽ ordinis excluſis qbuſlibet ſollicitudinibꝰ liberiꝰ ⁊ qetiꝰ diuinis vacarẽt obſequijs: ac offerẽtiũ ⁊ donãtiũ aut in vltima volũtate relinquẽtiũ dicto ordini ſeu illiꝰ fribꝰ aliqd ꝓpter deũ pia intẽtio nõ fraudaret: romana quoqȝ eccl'ia ad quã oĩum reꝝ mobiliũ ⁊ imobiliũ qbꝰ frẽs ipſi vti p̃it ius ꝓprietatis ⁊ dñiũ nullo medio ꝑtinet: ⁊ ad quã frẽs ipi quotiẽs neceſſitas igruebat vel vtilitas pſuadebat recurrere ſoliti erãt a cura ⁊ ſollicitudine ꝓuidendi eorũdem fratruʒ neceſſitatibꝰ releuaret: necnõ heredũ ⁊ executoꝝ piarũ volũtatũ defũctoꝝ etiã negligẽtijs obuiaret ipiqȝ frẽs ſcd̃m modos p̃miſſos ⁊ licitos relictis ſibi elemoſinis gaudere valerẽt: ꝑ q̃ſdã lr̃as ſuas apl'ica auctate ⁊ de ptãtis plenitudine voluit: ſtatuit ⁊ decreuit: ꝙ ſpãles pſone ꝑ generalẽ ac ꝓuinciales miniſtros ac cuſtodes dicti ordinis noiande in p̃miſſis adminiſtrationẽ legitimã gñalẽ ⁊ liberam dicta auctate gererẽt ⁊ veri legitimiqȝ adminiſtratores economi ſyndici ⁊ actores eẽnt: ac res ipas ⁊ eoꝝ p̃ciũ p̃dictaſqȝ elemoſynas noie ipiꝰ romãe eccl'ie recipent ⁊ in ipoꝝ frũm vtilitates ꝓut eis liceret ex regula vl' eius d̃claratiõe ſicut ⁊ qñ ab eiſdẽ gñali ⁊ aliq ex ꝓuincialibꝰ miniſtrꝭ cuſtodibꝰ i ꝓuincia vl' cuſtodia ſibi decreta vl' ab eiſdẽ fribꝰ de ipoꝝ gñalis vl' ꝓuincial' miniſtri ac cuſtodis aſſenſu forẽt reqſiti: ꝯuertere poſſẽt ⁊ deberẽt cũ plena gñali ⁊ libera ptãte petẽdi: exigẽdi: recipiẽdi: alienandi: trãſigẽdi: paciſcẽdi: ꝯueniẽdi: ꝯpromittẽdi: renũciãdi: refutãdi: qetationẽ faciẽdi: ꝯparẽdi: agẽdi: defẽdẽdi: ac in aiaʒ eoꝝ de calũnia vitãda ⁊ de v̾itate dicẽda iurãdi: ⁊ cuiuſlibet alteriꝰ generis iuramẽtũ p̃ſtãdi: cuʒ illis ⁊ contra illos qui hmõi res mobiles ⁊ imobiles aut p̃ciũ earũ vel relictas elemoſynas fribꝰ i teſtamẽtꝭ occuparẽt vl' violẽt auferẽt ſiue ꝯ̃ volũtatẽ frũʒ q̃mõlibet detinerẽt: ⁊ gñal'r i oibꝰ cãis ꝓ rebꝰ ⁊ locꝭ hmõi ad ipam romanã eccl'iam ſpectãtibus ipſorum fratrũ vſui cõceſſis: nec non pro imunitatibus: libertatibus: iuribus: p̃uilegijs ⁊ indulgentijs

doꝝ: ſine cuiuſlibet dationis aut cautionis onere prefata auctoritate in iudicio ⁊ extra plenam generalẽ ⁊ liberam poteſtatẽ haberẽt. Conceſſit quoqȝ eiſdẽ generali ⁊ ꝓuincialibus miniſtris necnon cuſtodibꝰ plenã generalẽ ⁊ liberam poteſtatẽ pſonas huiuſmodi q̃ nõ eſſent de dicto ordine pro ſingaloꝝ locoꝝ indigentia nominandi: ⁊ perſonas eaſdem ac earum qualibet reuocãdi: ⁊ eoꝝ loco alios ſubrogandi vel nominandi per ſupradictum modũ nominationis quotiens opportunũ foret qui eãdem in predictis vel ſimilẽ haberẽt poteſtatem. Et deinde pie memorie Martinus papa. v. etiam predeceſſor noſter ꝑ alias litteras ſuas cõceſſit prefato generali (donec aliud per ſedẽ apoſtolicã foret ordinatũ) facultatẽ concedendi procuratoribꝰ domoꝝ ⁊ locorum dicti ordinis ꝓ tempore exiſtentibꝰ vt poſſeſſiones ⁊ bona quecũqȝ mobilia ⁊ immobilia ac annuos prouentus hactenus prefato ordini ⁊ eius cõuentibꝰ relicta ⁊ in poſterũ relinquenda aut alijs nominibus acquiſita vice ⁊ nõie romane eccl'ie recipere: tenere: ⁊ poſſidere: ac ipoꝝ fructus redditꝰ ⁊ ꝓuentus: petere exigere ⁊ percipere ipſoſqȝ in cõmodum ⁊ vtilitatẽ ipoꝝ fratram conuentuũ ⁊ locoꝝ eorũdeʒ ⁊ alias in vſus eius quibꝰ relicta ⁊ deputata forent duntaxat: ⁊ de ipſoꝝ fratrũ conſilio requiſitione ⁊ aſſenſu conuertere ⁊ exponere poſſent ⁊ deberẽt prout in ſingulis dictorum predeceſſoꝝ litteris huiuſmodi plenius continetur. Cum aũt ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij zaneti de vtino dicti ordinis generalis miniſtri ⁊ theologie profeſſoris petitio cõtinebat: noſqȝ etiaʒ dũ in minoribus conſtituti ipiꝰ ordinis generalis miniſtri fungeremur officio experientia cõprobauimꝰ: dicti ordinis fratres dño benedicente pullulauerint ꝙ ꝓpter eorum multiplicationẽ frigeſcente nõnunqȝ erga eos in nõnullis mundi partibus fideliũ charitate ex incerta mendicitate ⁊ minutis elemoſynis ſe ſuſtentare: ⁊ illis qui ſacre theologie ſtudijs vt eoꝝ ingenia rore ſapiẽtie illuſtrata multos ad fertiles actus dirigere poſſent operam prebẽt neceſſaria miniſtrare: ſtructuras ⁊ edificia domoꝝ dicti ordinis cõſeruare nõ poſſunt illaqȝ plurimũ ad ruinã tendere dignoſcãtur: ⁊ a nõnullis reuocetur indubiũ. an perſone ꝑ eoſdem generalẽ ⁊ prouinciales miniſtros ac cuſtodes iuxta litteras prefati martini quarti predeceſſoris noſtri ꝓ tempore nominate hereditates in quibꝰ domus ſeu fratres dicti ordinis aut domoꝝ eorũdem eccleſie vel capelle aut picture ſeu fabrice inſtituũtur vel ſubſtituũtur: ⁊ que ad eos (ſi capaces forẽt) alias deuoluerẽtur petere conſequi ⁊ habere poſſint nõie prefate romane eccleſie: ⁊ bona hereditatũ earũdeʒ vendere ⁊ in vſus licitos eorũdem fratrũ conuertere valeãt iuxta predictaruʒ litterarũ continentiã: fuerit qȝ ꝓpterea pro parte dicti zaneti de vtino nobis humiliter ſupplicatum vt voluntatẽ: ſtatutũ: decretũ: ꝯceſſiones ac quaſcũqȝ alias litteras a ſede apl'ica circa premiſſa dicto ordini conceſſas ac in illis contẽta dicta predeceſſoꝝ pro illorum ſubſiſtentia firmiori noſtre approbatiõis munimine roborare: ac alias predictoꝝ fratrum neceſſitatibꝰ opportune prouidere de benignitate apl'ica dignaremur. Nos igitur p̃fati ordinis q omniũ cõditori gratiſſimus ẽ ⁊ pie

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

deuotioni fideliũ acceptꝰ: vt illius perſonaꝝ quaꝝ predicatiõibꝰ verbi
⁊ euãgelice veritatis ſacrorũq; eloquioꝝ explanatione conſilijs ⁊ chari
tatiuis admonitionibꝰ fideles ipſi circa aiaꝝ ſuaꝝ ſalutẽ magna cõmo
da conſequũtur: ſtatũ proſperum ⁊ felicẽ intenſis deſiderijs affectãtes
necnõ pias decedentiũ quoꝝ amplius nõ redit arbitriũ voluntates exe
cutioni mandari: ⁊ ex eis q̄ diuine ꝓpiciationis intuitu pia largitione
fidelium concedũtur ſtructuras ⁊ edificia domoꝝ dicti ordinis ac ſtu-
dium ſacre theologie in ordine predicto manu teneri: ⁊ eiuſdeꝫ ordinis
profeſſoribꝰ huiuſmodi ſtudio vacare volentibus vt id cõmode facere
poſſint ſubueniri: chriſtiane rei publice per maxime vtile ac neceſſariuꝫ
fore ac inter ſũme meritoria ⁊ deo grata opera nõ immerito cõnumera
ri poſſe ⁊ debere putari: huiuſmodi ſupplicationibꝰ inclinati predictas
⁊ quorũcũq; alioꝝ romanoꝝ pon tificum etiaꝫ predeceſſoꝝ noſtrorũ ⁊
preſertim recolẽde memorie eugenij pape quarti circa premiſſa dicto
ordini ſimiliter cõceſſas litteras aplicas ⁊ in eis contẽta dicta auctori-
tate aplica ⁊ ex certa ſciẽtia ac de plenitudine poteſtatis ſupradicte pre
ſentiũ tenore approbamus: ac robur perpetue firmitatis obtinere ⁊ ob
ſeruari debere decernimꝰ. Et nihilominꝰ volumus ac eiſdẽ auctoritate
ſcientia ⁊ poteſtatis plenitudine ſtatuimus ⁊ ordinamus: ꝙ decetero
perpetuis futuris tẽporibꝰ inſtitutiones ⁊ ſubſtitutiones: relicta: lega-
ta: donationes inter viuos ⁊ cauſa mortis: alieq; pie ⁊ nõ pie diſpoſitio
nes q̄cunq; quocunq; noie nuncupentur tã ſimplices ⁊ pure q̄ cõdicio
nales ⁊ modales: fratres ⁊ domos dicti ordinis ipſarũq; domoꝝ eccle
ſias: capellas: picturas ⁊ fabricã ſeu illorum cõmodũ ⁊ fauorẽ quomo
dolibꝫ cõcernẽtes hactenus facte ⁊ in poſterũ ꝑpetuis futuris tẽpori-
bus faciẽde: etiã ſi in tẽpore inſtitutionũ: ſubſtitutionũ relictoꝝ fidei cõ
miſſoꝝ: legatorum: donationũ: aliarũq; diſpoſitionũ hmõi fratres ipſi
in quorũ fauorẽ emanarẽt nõdum ordinẽ predictũ ingreſſi forẽt: eideꝫ
romane eccl'ie ⁊ de illa ordini ⁊ fratribus ac locis eorũdeꝫ facte eſſe intel
ligãtur: ⁊ eũdem plenariũ ſortiãtur effectũ quẽ ſortirẽtur ſi nominatiꝫ ⁊
expreſſe prefate romane eccl'ie ⁊ de illa ac in eius fauorẽ facte forẽt: nec
poſſint pretextu incapacitatis eorũdem fratrũ quouis modo de inuali-
ditate notari. Hereditates vero que eiſdẽ fratribus ſi in ſeculo forẽt ab
inteſtato defferrẽtur prefate romane eccl'ie que ipſoꝝ fratrum locũ quo
ad hoc tenet deferãtur: ipſa quoq; romana eccl'ia quo ad hereditates ⁊
bona q̄ ordinem ipſm ingrediẽtes ſub conditione mortis eoꝝ ſine filijs
reſtituere grauati ſunt: filioꝝ locũ teneat: ſicut tenẽt monaſteria ꝓpriuꝫ
hñtia in cõi: ſi tales grauati illũ igreſſi forẽt. Q̄dq; eadẽ romana eccl'ia
⁊ ꝑ ea illiꝰ ſyndici iuxta lr̄aꝝ p̄dictaꝝ martini q̄rti p̄deceſſoris nr̄i p̄ſa
ti tenorẽ ꝑ tp̄e nõiati in ſubſtitutionibꝰ: relictis: legatis: donationibus:
alijſq; pijs ⁊ nõ pijs diſpoſitiõibꝰ p̄dictis: necnõ ex illis q̄ ab inteſtato
ꝓfeſſoribꝰ dicti ordinis (ſi capaces forẽt) deferrent: hereditatibꝰ ⁊ bo
nis q̄ ingrediẽtes ordinẽ ipſm ſub ꝯditione mortis eoꝝ ſine filijs reſti
tuere grauati ſunt id totũ petere: ꝯſeq; ⁊ hẽre poſſint: ac ſi inſtitutiões:
ſubſtitutiões: relicta: legata: donationes alieq; diſpoſitiões hmõi: in

ipſius romane eccl'ie vtilitatẽ nolatiꝫ emanaſſent vl' emanarẽt: ipſeq; ab
inteſtato hereditates ipſi romane eccl'ie ſiue ipſiꝰ fiſco delate forent: ⁊ q̄d
retinerẽt filij taliũ ꝯ reſtituẽdo ſub ꝯditiõe mortis ſine filijs grauatoꝝ
ſi extarẽt. Habeãt q̄q; ſyndici p̄fati circa p̄miſſa parẽ: quã idẽ martinꝰ
q̄rtꝰ p̄deceſſor eos hẽre voluit circa in eiſdẽ lr̄is ſuis ꝯtentã facultateꝫ.
Volumꝰ tñ ꝙ bona q̄ eos nõie eiuſdẽ romane eccl'ie p̄miſſaꝝ ⁊ p̄ſētiuꝫ
litterarũ tenorꝫ vigore cõſeq ꝯtigerit iuxta earũdeꝫ tenorẽ alienare ⁊ in
vſus licitos eorũdẽ fratrũ (p̄ſertim in fabricã ⁊ reſtaurationẽ ſtructura
rũ ⁊ edificioꝝ domoꝝ fratrũ eorũdẽ necnon manutẽtionem ſtudij ſacre
theologie ⁊ ſtudẽtiũ in illa ſuſtẽtationẽ) cõuertere debeãt ⁊ teneant de
cõſilio ⁊ aſſenſu fratrũ ⁊ capituli cõuẽtꝰ vl' loci cui talia relicta ⁊ legata
ſunt aucte dicti gen̄alis vel miniſtri ꝓuincialis etiã accedẽte. Non ob
ſtãtibꝰ cõſtitutionibꝰ ⁊ ordinationibꝰ aplicis ac dicti ordinis regl'ari-
bus inſtitutis ⁊ illoꝝ declarationibꝰ: necnõ iuramẽto cõfirmatiõe apo
ſtolica vl' q̄uis alia firmitate roboratis ſtatutis: cõſuetudinibꝰ: ceteriſq;
cõtrarijs q̄buſcũq;. Nulli ergo oĩno hõminũ liceat hãc paginã nr̄e ap
ꝓbationis: decreti: volũtatis: ſtatuti ⁊ ordinationis infringere: vel ei au
ſu temerario cõtraire. Siquis aũt h' attẽtare p̄ſumpſerit: indignationẽ
oĩpotẽtis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apl'oꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſuꝝ. Da
tũ rome apud ſanctũ petrũ Anno incarnatiõis dñice Milleſimo q̄drin
gẽteſimo ſeptuageſimo p̄mo pridie kl's martij Põtificatꝰ nr̄i anno .i.

CLemens epũs ſeruus ſeruo
rũ dei dilectis filijs magr̄o ⁊ fratribꝰ ordinis p̄dicatoruꝫ
necnõ miniſtro gen̄ali ordinis fratrum minoꝝ Salutẽ ⁊
aplicã b̄ndictionẽ. Obtẽtu diuini nõis cuiꝰ cultui ſub ſa-
cre veſtre religionis obſeruantia ſtudẽtis mente deuotiſſima deſeruire:
votis veſtris libenter annuimus ⁊ petitiones veſtras in his que digne
depoſuiſtis fauorabiliter exaudimus. Ex parte ſiquideꝫ veſtra fuit pro
poſitũ corã nobis ꝙ nõnulli prelati clerici ⁊ laici in diuerſis mũdi par-
tibus cõſtituti aſſerẽtes vos mũdo fore mortuos nec valẽtes propriuꝫ
poſſidere: vos occaſione huiuſmodi a quibuſlibet ſucceſſionibꝰ exclude
re moliũtur. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatũ: vt
ne cõtingat vos propter huiuſmodi preſumptionẽ taliũ aliquod incur
rere nocumentũ: congruũ remediũ adhibere paterna diligentia curare
mus. Nos itaq; veſtris petitionibus benignius attẽdentes auctorita-
te apoſtolica declaramus: ꝙ vos in temporalibus bonis in quibꝰ ſuc-
cederetis in ſeculo exiſtẽtes licite poſſitis ſuccedere ⁊ bonoꝝ ipſoꝝ poſ-
ſeſſionẽ app̄hẽdere ac vẽdere libere bona ipſa eorũq; p̄ciũ in vtilitatẽ ve
ſtrã ꝯuertere: ꝓut vobis meliꝰ videbit' expedire. Vniuerſas aũt in dicti
ſuſpẽſiõis ⁊ excõicatiõis ſn̄ias q̄s ꝯ p̄ſētis declaratiõis tenorẽ ꝑ quẽcũ
q; fieri ꝯtigerit: decernimꝰ irritas ⁊ inanes. Nulli ḡ oĩno hõĩnũ liceat
hãc paginã nr̄e d'clarationis ac cõſtitutiõis infringere vl' ei auſu temera
rio ꝯ'ire. Siq̄s aũt h' attẽtare p̄ſũpſerit. ⁊c̄. Datũ peruſij .ij. idus februa
rij Pontificatus noſtri Anno Primo.

Clemẽs papa q̄rtꝰ concedit: fratres p̄dicatores ⁊ minores cõuentuales poſſe ſuccedere in bonis parentũ ſuorũ ⁊ alioꝝ ⁊ licite d' eis diſponere ad eoruꝫ libitum.

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Sixtus papa qrtꝰ concedit ꝗlures grãs ⁊ exemptões ordinibꝰ mendicantiũ vt patet in bulla p̃ſenti q̃ dicitur aurea.

Sixtus epũs ſeruus ſeruoꝝ dei ad perpetuã rei memoriã. Sacre predicatoꝝ ⁊ minoꝝ fratrũ ordines inſtar duoꝝ primorum fluminum ⁊ celeſtũ volupt atum ⁊ amenitatum paradiſo egredientium: ſacroſancte vniuerſalis eccleſie terram ne mundanaꝝ cupiditatũ ⁊ vitioꝝ calore areſcat preclare doctrine virtuoſoꝝ qꝫ operum multiplicitũ meritoꝝ imbribꝰ irrigãtes magis atqꝫ magis illã indies fructuoſã efficiũt. Hi ſunt duo ſeraphim q in ſublime ↄtẽplatõis ⁊ ſacrificij amoris alis eleuati a terreniſqꝫ rebus abſtracti: aſſidue diuinaꝝ laudum clamore ⁊ immenſoꝝ beneficioꝝ humano generi a ſummo opifice deo exhibitoꝝ declaratione feruentiſſimis predicationibꝰ populos inſtruẽdo ⁊ ad celeſte iter dirigẽdo inſiſtentes: multiplicata talenta eis credita domino deo munde ſegetis animaꝝ ſcilicet redẽptoris nr̃i ieſu chriſti precioſi ſanguinis effuſione redemptaꝝ copioſos in horrea ſancte eccl̃ie manipulos referunt. Hi ſunt due tube ꝑ quas dñs precepit ad ppl̃m ſacri euangelij: populũ vniuerſuꝫ aſſiduis predicationibꝰ aduocare: vt in omnem terrã exiret ſonus coꝝ ⁊ redderet ſibi ppl̃m acceptabilẽ bonoꝝ operũ ſectatorẽ. Ad predictorum igitur predicatoꝝ ⁊ minoꝝ fratrum ordines quos eorum ampliſſimis meritis vberrimis fructibꝰ quos in dei eccl̃ia continue afferũt pre ceteris paterna charitate diligimus, nr̃e cõſiderationis intuitũ dirigẽtes: illa eis libẽter cõcedimꝰ q̃ in eis optate quietis fructum inducãt ⁊ ſtatũ coꝝ faciant pacificũ ⁊ trãquilluꝫ. Dudum ſiquidẽ vt ordinũ eorũdem profeſſoꝝ ſtatui ⁊ qeti cõſuleremꝰ: motu proprio nõnullas litteraꝝ diuerſoꝝ romanoꝝ pontificũ predeceſſorum nr̃orum dictis ordinibꝰ conceſſas ⁊ in illis contẽta approbauimꝰ: ⁊ quo ad aliqua declarauimꝰ: ampliauimus ⁊ extẽdimus: ac nonnulla eis de nouo conceſſimꝰ: prout in diuerſis nr̃is litteris deſuper cõfectis plenius continetur. Cum aũt ſicut poſtmodũ accepimꝰ per huiuſmodi ampliationes: declarationes: extẽſiones ⁊ cõceſſiones: adhuc totali eorũdeꝫ ordinũ ⁊ illorum ꝓfeſſorũ quieti plene (vt expedit) nõ cõſulatur: aſſeraturqꝫ a nõnullis: per eaſdẽ litteras omnes grãs ſpirituales ⁊ temporales dictis ordinibꝰ ⁊ coꝝ domibus ⁊ fratribus a p̃deceſſoribꝰ nr̃is cõceſſas: approbatas non fore. Nos attẽta meditatione pẽſantes quãtum vtilitatis ad exaltationẽ chriſtiane fidei ⁊ euãgelice veritatis ordinum predictoꝝ ꝓfeſſores hactenus attullere ⁊ afferre valeãt adiuuãte dño in futurũ: ac propterea volẽtes vt tenemur coꝝ tranquillitati vberius prouidere: motu ſimili non ad ipoꝝ fratrum ⁊ ſoroꝝ aut alteriꝰ ꝑ eis nobis ſup hoc oblate petitionis inſtantiã ſed de noſtra mera liberalitate ⁊ ex certa ſcientia: quaſcũqꝫ litteras ⁊ gratias ſpirituales ⁊ tẽporales conceſſiones ⁊ indulgentias ac peccatoꝝ remiſſiones in genere vel in ſpecie fratribus ⁊ ſororibꝰ predicatorum ⁊ minorum ordinum ⁊ domorũ eorũdem necnõ viſitantibꝰ eoruꝫ eccleſias ⁊ capellas ⁊ oratoria conceſſas: quaꝝ tenorẽ ac ſi de verbo ad verbũ p̃ntibꝰ inſererẽtur habere volumꝰ pro expreſſo: p̃ntium tenore approbamꝰ ⁊ robur firmitatis

perpetue obtinere decernimus. Proqꝫ potiori cautela ap̃lica auctate de nouo iuxta lr̃arum deſuper conceſſarũ continentiã ⁊ tenorẽ concedimꝰ ⁊ largimur. Et vt eccl̃ie domus ⁊ oratoria p̃dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordinum predictoꝝ per vniuerſũ orbem conſtructe ⁊ edificate ⁊ que conſtrui ⁊ edificari contingat in futurum congrua deuotiõe a xp̃i fidelibus viſitẽtur ac que imꝑfecte ſunt perficiãtur ⁊ ad cõplementũ deducãtur ac complete conſeruẽtur ⁊ manu teneãtur: necnon paramentis ⁊ alijs ad diuinum cultũ neceſſarijs debite ornẽtur: ipiqꝫ xp̃i fideles ad dictas eccl̃ias eo libentius confluant ⁊ ad p̃miſſa manus ꝓmptius porrigant adiutrices quo ex hoc ibidem dono celeſtis grẽ conſpexerint ſe refectos: De omnipotentis dei miſericordia ac beatoꝝ ap̃lorum eius petri ⁊ pauli auctate confiſi: vniuerſis ⁊ ſingulis xp̃i fidelibus vtriuſqꝫ ſexus vere penitentibus ⁊ confeſſis qui eccleſias ⁊ oratoria domoꝝ fratrum predictorum in ſingulis ſancti dñici ⁊ ſancti franciſci centum annos ⁊ totidem quadragenas ⁊ in ſanctis petro martyre Thome de aquino Vincẽtij ⁊ ſancte katherine de ſenis ac ſanctoꝝ Antonij de padua ⁊ Ludouici epiſcopi Bernardini ⁊ ſancte Clare ⁊ beate Helisabet feſtiuitatũ diebus a primis veſperis ⁊ per totum diem ipſarum feſtiuitatũ quinquaginta ãnos ⁊ totidem quadragenas deuote viſitauerint annuatim ⁊ manus ad premiſſa aut eorum aliqua porrexerint adiutrices de iniunctis penitẽtijs eis nunc relaxamus p̃ntibus perpetuis futuris tp̃ibus valituris. Et vt predictoꝝ predicatorum ⁊ minoꝝ ordinũ fratres tanto feruentius diuinis beneplacitis inſiſtant quãto maioribus ſpũalibꝰ ſe viderint gratijs fore munitos: oĩbus ⁊ ſingulis predicatorũ ⁊ minoruꝫ ordinũ predictorum ꝓfeſſoribus qui nunc ⁊ pro tempore perpetuo erunt: vt confeſſor idoneus eorũdem ordinũ quem quilibet pro ſe de ſui ſuperioris licẽtia duxerit eligendũ eorũdem cõfeſſione diligenter audita pro cõmiſſis per eos exceſſibus ⁊ peccatis ſemel in vita in forma confeſſionalis per nos edita in mortis articulo plenariã abſolutionẽ ⁊ peccatoꝝ hmõi remiſſionem impendere valeat: etiam ſi ante factã eorũdem ordinũ ꝓfeſſioneꝫ eos decedere cõtingeret: ſimilibus motu ſcia ⁊ auctate indulgemꝰ. Facultatem vero a predeceſſoribus nr̃is conceſſam magiſtro generali prioribus ꝓuincialibus ⁊ ↄuentualibus ac coꝝ vicarijs predicatoꝝ: ⁊ generali ac ꝓuincialibus miniſtris ac coꝝ vicarijs necnon cuſtodibus minorum ordinum predictoꝝ ſup abſolutiõe fratrũ eorũdem ordinũ ſuorum ⁊ diſpenſatione cum eiſdem in quibuſcũqꝫ caſibus (preterq̃ꝫ illis ꝓ quibus eſſent ad ſedem ap̃licam mittendi) ⁊ per nos approbatã cum declaratione caſuum pro quibus mittendi ſunt perſtringentes: volumus q̃ magiſter ⁊ miniſter generales eorumqꝫ vicarij ⁊ illi quibus ipſi pro tẽpore duxerint ↄmittendũ dumtaxat ⁊ non alij facultate predicta decetero vti poſſint: illam oĩbus alijs penitus adimentes. Et ne propter monaſteria monialium ſeu ſororuꝫ ſub cura ⁊ inſtitutis ordinis predicti fratrum predicatorum ⁊ ſancte Clare ſeu ſancti Damiani ordinũ ſub eiuſdem fratrũ minoꝝ ordinis cura degentia: ſancti dñici ⁊ ſancti franciſci de pn̄ia nuncupatoꝝ ordinũ vtriuſqꝫ ſexus perſonas: contingat eorũdẽ

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

fratrum quietem turbari: motu ſciētia ⁊ auctate predictis ſtatuimus: q̄
hm̄oi monaſteria ⁊ loca eorūq̄ abbatiſſe p̄oriſſe p̄curatores ſyndici ob
lati ⁊ vtrinſq̄ tertij ordinis predicti de pn̄ia nūcupate perſone predicte:
eiſdem priuilegijs: ⁊ imunitatibus: gratijs: fauoribus: conceſſionibus:
indultis ſpūalibus ⁊ temporalibus predictis fratrum predicatorum ⁊
minorum ordinibus ⁊ illorum profeſſoribus: domibus ⁊ locis: ac p̄cu
ratoribus: ⁊ ſyndicis: oblatis: ⁊ conuerſis: ſeu alijs quomodolibet per
predeceſſores noſtros aut nos hactenus conceſſis ⁊ impoſterum conce-
dendis quauis auctate (quatenus earum ſexui ⁊ ſtatui non contradi-
cant) libere ⁊ licite vti poſſint ⁊ debeant in omnibus ⁊ per omnia pror-
ſus ⁊ ſine vlla differentia ac ſi eiſdem monaſterijs: locis: ⁊ perſonis: ab
batiſſis: ſyndicis: procuratoribus: oblatis: ⁊ conuerſis ſororum ⁊ mo-
nialium eorūdem ac perſonis vtriuſq̄ ſexus de penitentia huiuſmodi
nominatim conceſſe forent ⁊ concederentur expreſſe. ¶ Preterea quia vt
intelleximus exortis nonnūq̄ controuerſijs inter locorum ordinarios
eorūq̄ vicarios ſeu officiales ⁊ curatos ⁊ fratres predictorum ordinuꝫ
varijs occaſionibus: locorum ordinarij eorumq̄ vicarij ſeu officiales ⁊
curati predicti ne xp̄i fideles fratribus ipſis pias elemoſinas erogare p̄
ſuadere ac etiam ſub cenſuris inhibere ac erogantes excōmuni
catos fore predicare ſeu predicari facere ſeu p̄nunciare preſumunt: loco
rum ordinarijs eorumq̄ vicarijs ſeu officialibus ⁊ curatis predictis ac
etiam alijs quibuſcunq̄ dicta auctate mandamus: vt ab huiuſmodi p̄
ſuaſionibus: inhibitionibus: ⁊ mandatis: decetero prorſus ⁊ omnino
abſtineant: decernentes inhibitiones ipſas ⁊ mandata nullius exiſtere
firmitatis: ⁊ illis contrauenientes cenſuris huiuſmodi minime ligari: ac
eoſdem perſuadentes ⁊ inhibentes mandatoq̄ noſtro huiuſmodi obtē
perare nō curantes (niſi penituerint ⁊ perſuaſiones ⁊ inhibitiones ac
predicta reuocauerint infra triduum poſtq̄ deſuper requiſiti fuerint) eo
ipſo ordinarios interdictum ingreſſus eccleſie ac ſuſpenſiones a regimi
ne ⁊ adminiſtratione ſuarum eccleſiarum: alios vero inferiores ab eis
excōmunicationis ſententiam incurrere. ¶ Cum autem nonnulli ad ordi-
nes predictos predicatorum ⁊ minorum ſpecialem gerentes deuotiōis
affectum eorum cadauera cum habitu fratrum predicatorum vel mino-
rum ſeu fratrum vel ſororum de penitentia vtriuſq̄ ordinis predictorū
ſepeliri mandent: ⁊ perſepe anteq̄ moriantur habitum huiuſmodi eis
poſtulant exhiberi: decernimus habitum huiuſmodi per priorem dom⁹
ordinis predicatorum aut guardianum domus ordinis minorum loci
in quo tales decedere contingeret: vel per ſuperiorem prelatum ipſorū
ordinum ⁊ domorum ſeu priorat⁹ ⁊ guardianie vel cui illi duxerint cō-
mittendū dūtaxat ⁊ nō per aliū quauis auctate vel p̄latiōe fungentē ex-
hiberi debere: qui p̄dictū habitū recipiētib⁹ declarare teneat apud eorū
ordinū eccl'ias debere ſepeliri in eoꝝ obitu quoꝝ hituꝫ ſuſcipiāt: ⁊ illoꝝ
ſic indutoꝝ cadauera ſic diſcoopta nullo pallio vel tegumēto ſupimpo
ſito cū hitu hm̄oi ad ſepulturā deferri poſſe: ordinarioꝝ etiā ſub cēſuris
p̄hibitiōe ⁊ ordinatiōe locoꝝ qualibet in ꝯtrariū edita nō obſtāte: quas

quo ad hoc modificamus. Et ne ex habilitatiōibus ad vnū vel plura be
neficia eccleſiaſtica in titulū vel cōmēdā obtinēda cū facultate vt interiꝫ
donec illa aſſequāt pro capellanis alioꝝ in beneficio deſeruire: ⁊ q̄ etiā
poſtq̄ beneficia hm̄oi aſſecuti fuerint in domib⁹ dicti ordinis reſidere:
cameras habere in illis: ⁊ in generalib⁹ capitulis fratrū eorūdem predi-
catoꝝ ⁊ minoꝝ ordinū vocē actiuā ⁊ paſſiuam habere: ac priuilegijs: fa
uorib⁹: gratijs: ⁊ indultis cōceſſis ipoꝝ ordinū p̄feſſorib⁹ gaudere poſ-
ſint: p̄fatis ordinib⁹ ⁊ illoꝝ p̄feſſoribus grauamē inferat: eiſdem motu
⁊ auctate decernim⁹ hm̄oi cōceſſas ⁊ quas ei concedi cōtigerit habilita
tionis lr̄as intelligi ⁊ interp̄tari debere: vt frēs ipi quib⁹ lr̄e hm̄oi con-
ceſſe ſunt ⁊ ꝯcederēt impoſterū quādocūq̄ per ſedē p̄dictā: poſtq̄ aliqd
bn̄ficiū adepti fuerint pacifice aut p̄ capellanis in aliquib⁹ eccleſijs cepe
rint deſeruire ꝯceſſiōibus p̄dictis p̄ut vocē actiuā ⁊ paſſiuā reſidentiaꝫ
in domib⁹ dictoꝝ ordinū ac retētionē dictarū domoꝝ: camerarū: ⁊ alia
que ordinū p̄fatoꝝ ſunt cōcernētia de eoꝝ ordinū p̄latoꝝ cōſenſu dūta-
xat gaudere poſſint ⁊ nō alias nec alio modo. Idē ſtatuētes de p̄motis
ad cathedrales etiā titulares appellatas eccl'ias ⁊ alias dignitates eccle
ſiaſticas. Ceterū vt dictoꝝ ordinū p̄feſſores qui inquiſitores heretice
prauitatis p̄ tp̄e diuerſis mūdi p̄tibus deputātur: tāto diligenti⁹ eoruꝫ
officia ſtudeant exercere ac ab illicitis ⁊ eis p̄hibitis abſtinere: quanto
cognouerint poſſe eorum errores facilius corrigi ⁊ puniri: q̄ magiſter
p̄dicatorum ⁊ miniſter minorum ordinuꝫ p̄dictoꝝ generales p̄fati nūc ⁊
p̄ tp̄e exiſtentes geſta pro tp̄e per ipſos inquiſitores ſuoꝝ ordinū reſpe
ctiue examinare: ⁊ querelas ꝯtra illos p̄poſitas audire: ac ſup̄ illis quā
tum eis iuſtū ⁊ equū videbitur ſtatuere ⁊ ordinare: ⁊ ſi eos in aliquo deli
quiſſe inuenerint: illos iuxta exceſſuū exigentiā etiā p̄ eoꝝ ab officio āmo
tionē ac alias corrigere ⁊ punire: dictoſq̄ inqſitores ſc̄dm q̄ equū ⁊ iu-
ſtū aut neceſſariū videbit (nō tn̄ in vna eadē dioceſi multiplicare) libere
⁊ licite valeant. Et p̄dicatoꝝ in minoꝝ ⁊ econtra: minoꝝ ordinū p̄dicto-
rū inquiſitores in p̄dicatoꝝ ordinū huiuſmodi profeſſores quoſcūq̄: of
ficio inquiſitionis hm̄oi fungi: illudq̄ exercere nullaten⁹ poſſint: abſq̄ ſe
dis ap̄lice licentia ſpeciali de p̄ntibus lr̄is ſpecificam ⁊ expreſſam faciē-
te mentionem. ¶ Poſtremo quia predicatorum ⁊ minorum fratrū pre
dictoꝝ ordinum profeſſores pro fidei catholice dilatatione: incremēto
⁊ defenſione: continue indefeſſe laborant: ⁊ eorum exemplari vita: predi-
cationibus verbi dei: audientia confeſſionum: ſana doctrina: aſſidua ſa-
crarum litterarum inſtructione: ⁊ deuota diuinorum officiorum celebra
tiōe: hereticoꝝ extirpatione: alijſq̄ innumeris pijs op̄atiōibus pre cete
ris ordinum mendicantium profeſſoribus fructus in eccleſia dei ſaluta-
res copioſius attulerunt hactenus ⁊ continue afferre nō ceſſant: atq̄ al-
laturos in futurum deo propitio ſpe firma tenemus: ⁊ propterea conue-
nit: vt ipi pre ceteris ampliores fauores ⁊ gratiarū prerogatiuas a pre-
fata ſede recipiant ⁊ reportent: aliorūq̄ ordinū mendicantiū indultis ⁊
priuilegijs apud ſedē p̄fatā gaudeāt ne illis inferiores eē videāt oēs ⁊ ſin
gulas gr̄as: ꝯceſſiōes: ⁊ pctōꝝ remiſſiōes: imunitates: exēptiōes: facul

Cōcedit q̄ magiſter p̄dicatoruꝫ ⁊ miniſter minoꝝ poſſint examiare ⁊ corrigere inqſitores heretice p̄uitatis.

Ꝯcedit q̄ p̄fati ordines, videlicet p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ gaudeāt indultis ⁊ priuilegijs alioꝝ ordinū ⁊c̄.

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tates: ꝓuilegia: ⁊ indulta ſpũalia ⁊ tpalia qualiacunq; ſint eremitarum
ſancti auguſtini ⁊ carmelitaruz ⁊ ſeruoꝝ beate Marie fratrũ ordinibus
⁊ illorum eccleſijs: ⁊ oratorijs ⁊ domibus: prioribus: fratribus: ⁊ ſoro-
ribus: conuerſis: ⁊ oblatis: ⁊ vtriuſq; ſexus perſonis de pnia nuncupa-
tis a predeceſſoribus noſtris romanis pontificibus predictis ⁊ a nobis
aut alijs auctatem hñtibus (que oia ac ſi noiatim exprimerẽtur haberi
hic volumus pro ſufficienter expreſſis) coniunctim vel diuiſim in gene
re vel in cõi conceſſa eiſdem ⁊ eorum cuilibet: predicatoꝝ ⁊ minorum fra
trum ordinibus: domibus: eccleſijs: oratorijs: generali magiſtro: mini
ſtro: prioribus: ⁊ miniſtris ꝓuincialibus: conuentualibus prioribus ⁊
guardianis: ſororibus: oblatis: cõuerſis: ⁊ vtriuſq; ſexus tertij ordinis
ſeu de pnia nũcupatis ⁊ alijs eorũdem ordinũ perſonis de nouo conce-
dimus: ⁊ in eis locum habere volum⁹ ac ſi eiſdem noiatim directe ⁊ ex
preſſe conceſſa fuiſſent. Mãdantes etiã motu: ſcia: ⁊ auctate predictis
vt dum priuilegiorum: indulgentiarum: ꝓrogatiuarũ: cõceſſionũ: exem
ptionũ: imunitatũ: facultatũ ⁊ indultorum: dictoꝝ fratrum eremitaruz
ſancti Auguſtini Carmelitarum ⁊ ſeruorũ ſancte marie originales litte
re ſeu trãſũpta autẽtica ex illis ꝓ et in fauorem eccliarum domoꝝ ⁊ fra-
trum predictorum predicatorum ⁊ minorũ ordinũ adducerentur vel ex
hiberentur: eadem fides indubia exhibeatur tam in iudicio q̃ extra iu-
diciũ ⁊ alijs locis quibus opus fuerit: ac ſi pro ⁊ in fauorẽ dictorum or-
dinum: eccleſiarũ: domorum: ⁊ fratrum p̃dicatorum ⁊ minorum a ſede
aplica emanaſſent ac eis ⁊ cuilibet ipſoꝝ fuiſſent imediate ꝯceſſe. In-
hibentes diſtrictius ipis locorum ordinarijs ſub interdicti ingreſſus ec-
cleſie ⁊ ſuſpenſiõis a regimine ⁊ adminiſtratiõe ſuarum eccleſiarũ ⁊ par
rochialiũ eccleſiarũ rectoribus ⁊ alijs quibuſcũq; ſub excõicationis late
ſententie ⁊ priuationis earũdem eccleſiarum parrochialium ⁊ omniuz
aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum que obtinent: necnon inhabilita
tionis ad illa ⁊ alia imposterum obtinenda penis eo ipſo qui contra fe-
cerint incurrendis: ne perſonis quibuſlibet eccleſiaſticis vel ſecularibus
in genere vel in ſpecie directe vel indirecte aliquid inhibeant: precipiãt
ordinent: vel ſtatuant: quo minus ordines predicti illorum domus ⁊ ꝓ
feſſores predictis gratijs ſibi conceſſis libere vti poſſint. Non obſtãti-
bus quibuſcunq; aplicis ſuſpẽſionibus: reuocatiõib⁹: reſtrictiõib⁹: ac i
ꝓuincialibus ⁊ ſynodalibus concilijs editis generalibus vel ſpecialib⁹
ꝯſtitutiõibus: necnon pariſieñ. ⁊ aliorum locoꝝ generalium ſtudiorum
vniuerſitatibus ⁊ curie vicegerentie Auinionis ⁊ quibuſuis ordinarijs
prelatis ⁊ perſonis conceſſis ⁊ cõcedẽdis lr̃is ⁊ priuilegijs: ac per illos
deputatis in eis ꝯſeruatoribus priuilegioꝝ huiuſmodi facultatibus ⁊
iuriſdictione cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarũ derogato-
rijs ac fortioribus ⁊ inſolitis: quibus oibus illa etiãſi de eis eorũq; to
tis tenoribus ⁊ datis non per hmõi generales clauſulas etiam ſpãlem
mentionẽ importantes: ſed ſpecifica ⁊ indiuidua ac de verbo ad verbũ
ſeu queuis alia mentio habenda eſſet pñtibus pro expreſſis habentes:
illis alias in ſuo robore ꝑmanſuris: quo ad premiſſa ſpecifice ⁊ nomina

Ponit penas q̃s incurrũt p̃lati ⁊ alij non obediẽtes, ſeu aliquid in contrariũ mandantes.

Ponit võ obſtãcias q̃s notabis.

tim derogamus: ⁊ ea nemini in p̃iudiciũ premiſſoꝝ ſuffragari poſſe aut
debere: ⁊ irritũ ⁊ inane quicqd ſecus cõtigerit attentari decernimus: nec
nõ omnibus illis que in dictis lr̃is nr̃is prefatis ordinib⁹ cõceſſis volu
mus non obſtare ceteriſq; ꝯtrarijs quibuſcũq;. Verũ qz difficile foret pre
ſentes lr̃as ad ſingulas ꝓuincias originaliter deſtinare: volumus ⁊ di-
cta auctate decernimus: q̄ trãſũptis earũ manu notarij publici ⁊ curie
cãrum camere aplice auditoris vel ꝓrectoris qui eſt vel ꝓ tpe erit: aut
alicuius archiepãlis vel epãlis ſeu cuiuſcũq; in dignitate ꝯſtituti ſigillo
munitis: ea prorſus in iudicio ⁊ extra vbicũq; exhibita vel oſtenſa fuerit
fides exhibeat̃ indubia acſi ipe originales lr̃e forent exhibite vel oſtenſe
Nulli ergo omnino hoĩum liceat hãc paginã noſtre approbatiõis: con
ſtitutiõis: ꝯceſſionis: largitiõis: indulti: preſcriptiõis: volũtatis: adem-
ptionis: ſtatuti: mandati: decreti: inhibitionis: ⁊ derogationis infringe-
re: vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si qs aũt hoc attentare p̃ſumpſerit: in
dignatiõẽ oipotentis dei ⁊ btõꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eius ſe nouerit in-
curſurũ. Datum rome apud ſanctũ petrum. Anno incarnationis dñice
milleſimo q̃dringẽteſimo ſeptuageſimo nono ſeptimo kl's auguſti põ-
tificatus noſtri Anno octauo

PIus epũs ſeruus ſeruorum
dei. Dilectis filijs vicario generali ⁊ vniuerſis fratrib⁹
ordinis beati franciſci de obſeruãtia nũcupatis in vltra
montanis ꝑtibus ꝯſtitutis: ſalutẽ ⁊ aplicam bñdictio-
nẽ. Circa regularis obſeruãtie ꝓfeſſores ſollicitudinis nr̃e vices libẽter
impẽdimus: vt ⁊ eoꝝ religio ſalutarẽ fructũ fecundius afferat ipiq; in
crementis ꝯtinuis laudabili⁹ in dño ꝓficiant: dubietates oẽs ꝑ q̃s eoꝝ
mentes poſſint ambigue reddi: eas p̃ſertim q̃ ſup ꝯceſſis eis a ſede apli
ca gratijs ⁊ indultis circa eoꝝ modũ viuendi ac ſalutarem regule obſer
uantiã ordinatis oriũtur e medio tollimus: ac eaſdem aplice declaratio
nis luce illuſtramus. Cũ itaq; nuꝑ accepimus fuiſſe aliq̃ nõnullos qui
dubiũ ducerent vtrũ vos qui in ꝓfeſſione regule veſtre videmini obliga
ti viuere ſub obedientia miniſtroꝝ ordinis iuxta ipſius regule a btõ frã
ciſco edite ⁊ per ſedẽ aplicã multipliciter ꝯfirmate ⁊ approbate lr̃am:
cũ nunc ex ꝯceſſione ⁊ determinatiõe aplica p̃ſertiz felicis recordatiõis
Eugenij. iiij. ⁊ Nicolai. v. romanoꝝ põtificũ nr̃oꝝ p̃deceſſoꝝ ⁊ nr̃a: ve-
ſtros ſupiores vicarios appelletis ⁊ non miniſtros: regule ipſius man-
datũ adimpleatis: an potius p̃ter illã agentes grauiter ⁊ ꝯtra votũ ꝓ-
feſſionis p̃ſertim obediẽtie delinquatis: vnde factũ ſit vt in ꝯſciẽtijs ali-
quoꝝ ex vr̃is ꝓpterea ſcrupul⁹ aliq̃ ſuboriat̃ ex eoꝝ ſnia qui aplicas
p̃fatas determinatiões nõ ad plenũ intelligũt. Volẽtes ſup hmõi ãbi-
guitate vobis ꝯſulere ⁊ ꝯſciarũ vr̃arum quieti de benignitate aplica ꝓ-
uidere: oimq; mẽtes p̃terea de vr̃o ſtatu ambiguas paternali affectu
q̃ztũ in nobis eſt quietas reddere: ⁊ ſalubriter attẽdẽtes q̄ ſicut ſine apo
ſtolice ſedis auctate nulla regula ſeu mod⁹ religioſe viuẽdi recte inſtitui
tur aut declarat̃ neq; interp̃tari põt. Ita in eius ꝑtãte eſt ⁊ inſtituta ſi ve

Pius papa. ij declarat vicarios obſeruãtie eſſe veros miniſtros: q̃les voluit btũs franciſcus i regula

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

lit in melius cõmutare: ⁊ ꝓut viuentiũ in eis aiarum ſaluti nouerit cõue
nire ſuo arbitrio ordinationes nouas ac determinatiões inſtituere: ⁊ ꝑ-
latoꝝ eorũdem vocabula ac denoiationes imutare: alterare: ⁊ interꝑta-
ri: auctate aplica ⁊ ex certa nr̃a ſcia interꝑtamur ⁊ declaramus: ꝙ cum
ſedes ꝑfata vr̃e familie de obſeruãtia poſt generalẽ totius ordinis mini
ſtrum generalẽ ⁊ ꝓuinciales vicarios miniſtroꝝ loco: certis pijs ⁊ ſan-
ctis reſpectibus eſſe voluerit ⁊ decreuerit: vicarij ipſi qui vobis preſunt
⁊ quibus vos ex debito ꝓfeſſionis vr̃e predicte obeditis: veri ⁊ indubita
ti veſtri miniſtri ⁊ tales quales btũs franciſcus regulã ꝑfatã condens fo
re intendebat ſunt ⁊ ꝑpetuo erunt: quoad vſqꝫ aplica ſedes in cuius ar-
bitrio conſiſtit aliud alio tunc reſpectu ordinare ſtatuerit: differentes a ꝑ
dictis miniſtris ſolo noie: ⁊ id ex ꝑmiſſa determinatiõe aplica' quaꝫ ipſi
quoqꝫ pñtium tenore ex ſimili auctate ⁊ ſcia ratã ⁊ gratam hñtes ꝯfir-
mamus ⁊ approbamus. Voſqꝫ qui eiſdem vicarijs obeditis ſecunduꝫ
determinationẽ ꝑdicte ſedis aplice: regule vr̃e ꝑfate ⁊ ꝑcipue in ea pte
vbi eſt. Precipio firmiter frib⁹ vniuerſis vt obediãt ſuis miniſtris: ple-
ne ⁊ integre ſatiſfacitis. pleneqꝫ ⁊ integre ſatiſfacere auctate ꝑfata ꝑ ꝑ-
ſentes decernimus ⁊ declaram⁹. In ꝯtrariũ faciẽtibus nõ obſtãtib⁹ qui
buſcũqꝫ. Datũ rome apud ſanctũ petrũ Anno incarnationis dñice mille
ſimo quadringẽteſimo ſexageſimo tertio pridie idus ianuarij pontifica
tus noſtri Anno ſexto.

Alexander papa. vi. confirmat bullã pij ij. ꝯtinẽtẽ vicarios obſeruãtie eẽ veros miniſtros aliq̃ alia addens.

Alexander epũs ſeruus ſeruo
rũ dei venerabilib⁹ fribus archiepis ⁊ epis in quoꝝ ciui-
tatib⁹ aut diocesib⁹ vltramõtes ꝯſiſtẽtes dom⁹ frũm mi
noꝝ de obſeruãtia nũcupatoꝝ ſub generalis ⁊ ꝓuinciali
um vicarioꝝ obedientia exiſtẽtium ſunt ſite: ⁊ alijs illarũ ptium ecclia
ꝝ ꝑlatis ſalutẽ ⁊ aplicã bñdictionẽ. Regularẽ vitã ꝓfeſſis ſic expedit ſub
trahi ꝓ trãquillitate eoꝝ inquietatiõis ⁊ turbatiõis materiã: ꝙ ⁊ in con-
templatiõis ſuauitate quieſcere valeant: ac trãquillũ dño reddere famu
latũ: ⁊ iurgiorũ ac diſſenſionis materia de medio ſubtrahat. Exhibita ſi
quidẽ nobis nuꝑ ꝓ parte dilectoꝝ filioꝝ generalis ⁊ ꝓuincialiũ vicario-
rũ ordinis fratrũ minoꝝ de obſeruantia nũcupatoꝝ in partib⁹ vltramõ
tanis ꝯmorantiũ petitio continebat: ꝙ licet olim in generali cõcilio con
ſtantienſi non ſine magna ⁊ rõnabili cauſa fuerit determinatũ: ac ꝑ Eu-
genium. iiij. ⁊ Nicolaum. v. ac alios romanos pontifices predeceſſores
noſtros confirmatum ⁊ approbatum: ꝙ dicti fratres de obſeruãtia nũ-
cupati ſuperiores haberent qui non miniſtroruꝫ prout in eorum regula
ſed vicariorum noibus appellarentur: quibus dicti fratres ſcd̃m eoruꝫ
regule preceptum ac q̃ꝫtum ad ea que regularem concernunt obſeruan-
tiam tenerentur obedire: ⁊ demũ per pie memorie Pium papam. ij. eti
am predeceſſorem noſtruꝫ fuerit ordinatum: ꝙ cum ſedes apoſtolica in
cuius arbitrio eſt inſtituta dicti ordinis ſi velit in melius commutare: in
eorũdem fratrum familia loco miniſtrorum generalis ⁊ prouincialium

prout in regula dicti ordinis vicarios generaleꝫ ⁊ ꝓuinciales eſſe volue
rit: qui. ſ. dicti vicarij dictis fribus de obſeruãtia nũcupatis preſidentes
⁊ quibus ipi frẽs ex debito ſue ꝓfeſſionis obedientes exiſtunt: tunc erãt
⁊ ꝑpetuo forent eorũdeꝫ fratrũ veri ⁊ indubitati miniſtri: ⁊ tales quales
btũs franciſcus regulã condens intendebat: quouſqꝫ eadẽ ſedes aliud
ad verbum non aūt per generales etiam id importantes clauſulas men
tio aut queuis alia expreſſio: vel eorūde3 ordinum aut alicuius ex eis ꝑ-
ſonis intimatio habenda aut alia exquiſita forma obſeruanda foret: te-
nores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent preſentibus ꝓ
ſufficienter expreſſis ⁊ inſertis habentes quo ad p̄miſſa duntaxat (illis
alias in ſuo robore permanſuris) harum ſerie ſimilib⁹ motu ⁊ ſcientia
ſpecialiter ⁊ expreſſe derogamus contrarijs quibuſcunq3. Aut ſi aliqui-
bus cōmuniter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultu3 ꝙ interdici ſuſpē-
di vel excōmunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes
plenam ⁊ expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mē
tionem. Ceterum quia difficile foret ad ſingula queq3 loca in quibus ex-
pediens fuerit originale deferri: volumus ⁊ ſimiliter auctoritate ſciētia
⁊ motu decernimus ꝙ earundem preſentium lrãꝝ tranſūpto manu pu

blici notarij ſubſcripto ⁊ alicui⁹ ꝓlati eccl'aſtici aut illius curie ſigillo mu
nito vbiq3 ſtetur. ⁊ eadem prorſus fides adhibeatur in iudicio ⁊ extra.
ac vbi fuerit exhibitum ⁊ oſtenſum in omnibus ⁊ per omnia: prout eiſ-
dem preſentibus ſtaretur ſi forent exhibite vel oſtenſe. Nulli ergo omni
no hominum liceat hanc paginam noſtre conſtitutionis, declarationis
mandati: derogationis: voluntatis ⁊ decreti infringere: vel ei auſu teme
rario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit: indignatio-
nem omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli apoſtoloru3 eius ſe no
uerit incurſurum. Datum rome apud ſanctum petrum. Anno incarna-
tionis dominice milleſimo quingenteſimo ſecundo, decimo kl's martij
pontificatus noſtri Anno vndecimo.

DILECTIS FILIIS vniuerſis fratribus ordinis minoꝝ
de obſeruantia nuncupatis.

ALEXANDER PAPA. VI.

ALexander papa. vj. Dilecti fi-
lij ſalutē ⁊ aplicam bñdictionē. Sacre religiōis ſub qua de-
uotum ⁊ ſedulū exhibere ſtudetis dño famulatū ꝓmeretur
honeſtas: vt vos ſpālib⁹ fauoribus ⁊ gratijs ꝓſequamur.
Hinc eſt ꝙ nos volentes quieti ⁊ ꝯmoditati vr̄e ꝓ benemeritis vr̄is pa
terna charitate conſulere: vobis vt decetero oībus ⁊ ſingulis gratijs: ꝓ
uilegijs: libertatib⁹: īmunitatib⁹ ⁊ indultis ſpūalib⁹ ⁊ tpalib⁹ tā fratru3
p̄dicatoꝝ q̄3 eremitarū ſancti auguſtini ⁊ beate marie de mōte carmeli
oībuſq3 alijs mēdicātib⁹ per ſedē aplicā vel legatos eiuſdē etiā ꝑ lrãs
aplicas mare magnū nūcupatas etiā quo ad exēptionē a ſolutiōe quar
te locoꝝ ordinarijs ⁊ parrochialiū ecclīarū rectorib⁹ debite. a qua vos
potiori ꝓ cautela eximim⁹. hactenus ꝯceſſis: quarū tenores ac ſi de ver
bo ad verbū inſererentur haberi volum⁹ ꝓ ſufficiēter exꝑſſis. vti potiri
⁊ gaudere libere ⁊ licite poſſitis ⁊ debeatis in oībus ⁊ ꝑ oia ꝑinde acſi
vobis ſpecifice ꝯceſſa fuiſſent. ꝯſtitutiōib⁹ ⁊ ordinatiōib⁹ aplicis necnō
oībus illis q̄ in lr̄is p̄dictis ꝯceſſū eſt nō obſtare. ceteriſq3 cōtrarijs neq̄
q̄3 obſtātib⁹: auctate aplica tenore pn̄tiū de ſpālis dono gr̄e idulgem⁹
illaq3 vobis de nouo ꝯcedim⁹. Datū rome apud ſanctū petrū ſub ānu-
lo piſcatoris die q̄nta februarij milleſimo q̄ngēteſimo primo pontifica
tus noſtri Anno nono

TENORES VERO priuilegioꝝ de quibus in breui pre inſer-
to fit mentio ſequūtur ⁊ ſunt tales.

SIxtus epūs ſeruus ſeruoru3
dei ad perpetuam rei memoriam. Dum attenta medita-
tione penſam⁹ ꝙ virga venuſtiſſima ⁊ oīum virtutū flori
bus inſignita virgo dei genitrix glorioſiſſima cui⁹ plenitu-
dinem ſol ⁊ luna mirantur cuiuſq3 precibus iuuatur populus chriſtian⁹
⁊ que florem precioſiſſimum īmarceſcibilem ⁊ eternū dñm nr̄um ieſum
xp̄m ineffabili ſancti ſpūs cooperāte virtute genuit: ꝓduxitq3 ſacrū or-

Alexander papa. vi. cōcedit oīa priuilegia ordinib⁹ mēdicātiū ꝯceſſa frā[tri]b⁹ minoribus ac ſi eis ſpālit̄ eſſent indulta.

folio 96 [illegible]

Sixtus papa iiij. ꝯfirmat ac declarat ꝓuilegia ordini carmelitarum ꝑ p̄deceſſores ſuos conceſſa: plura alia addens.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

dinem beate marie de mõte carmeli a ſede ap̃lica pluribuſq; romanis
pontificibus predeceſſoribꝰ noſtris approbatũ, quẽ eiuſdẽ glorioſiſſi-
me dei genitricis ſempq; virginis Marie ſpeciali titulo voluit inſigni
ri: vt ob eiꝰ virginis reuerentiã ordo ipſe a chriſti fidelibus merito per
amplius veneretur: ipiq; fideles ꝓpterea eiuſdez virginis marie adiuti
ſuffragijs eterne retributionis premia facilius conſequi mereãtur: dũq;
ſublimi ordinis vtriuſq; ſexus perſonarum virtutũ merita deo quidez
grata, ⁊ in conſpectu apoſtolice ſedis accepta, digna memoria recenſe
mus: ac ordinem ipſum ⁊ illius perſonas ſub ſedis ap̃lice ⁊ eccl̃ie ro-
mane protectione immediate exiſteñ, ⁊ inter ceteros regulariũ ordinuz
ꝓfeſſores in firmamẽto catholice fidei militãtes, tanq; religionis ſpecu
lum ⁊ exemplar ſpeciali charitate fulgẽtes, ſanctorũq; ꝓphetarũ he-
lie ⁊ heliſei ⁊ alioꝝ patrum qui montẽ ſanctũ carmeli iuxta helie fontẽ
inhabitarũt ſucceſſionẽ hereditariã tenẽtes, fructus quoq; vberes quos
dictus ſacer ordo in agro militãtis eccl̃ie in propagatione religionis ⁊ fi
dei ortodoxe hactenus ꝓduxit vtiliter ⁊ producit ac in futurũ ꝓductu-
rum indubitãter ſperamꝰ, paterna charitate intuemur: dignum potius
quinimmo ⁊ debitũ reputamus nos ad illa n̄ros dirigere debere cogi
tatus ꝑ que ea q̃ ꝓ diuini cultus ⁊ dicti ordinis incremento animarũq;
ſalute a q; pluribus romanis pontificibꝰ predeceſſoribus n̄ris ſublatis
ambiguitatibus q̃ exinde emerſiſſe noſcũtur in ſua integritate ꝑſiſtãt: ⁊
tãto firmiꝰ obſeruẽtur: quãto erunt ſepius ſedis ap̃lice munimine ſtabi
lita. Dudũ ſiquidem a fe. re. Nicolao. iiij. Bonifacio. viij. Clemẽte. iiij.
Innocẽtio. iiij. Alexandro etiã. iiij. Gregorio. xi. Ioãne. xxij. Clemente
vi. Eugenio. iiij. Pio. ij. Urbano. iiij. Calixto. iij. Nicolao. v. Benedi-
cto. xij. Innocẽtio. vi. ⁊ Paulo. ij. romanis pontificibꝰ predeceſſoribꝰ
n̄ris emanarũt l̃re: quas in cancellaria noſtra diligẽter inſpici: quarũq;
tenorem de verbo ad verbum preſentibus inſeri fecimꝰ, cũ incipiant ve-
tuſtate conſumi. ⁊ quas ⁊ eaꝝ tenores innouamꝰ cõfirmamus ⁊ appro
bamus ac p̃ntis ſcripti patrocinio ꝑpetuo cõmunimꝰ. Quaꝝ q̃d ẽ l̃raꝝ
tenor talis ẽ. NICOLAUS epũs ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis fi-
lijs priori generali ⁊ fratribꝰ ordinis beate Marie de mõte carmeli: ſa-
lutem ⁊ ap̃licaz benedictionẽ. Solet annuere ſedes ap̃lica pijs votis ⁊
honeſtis petentiũ precibus fauorẽ beniuolũ impartiri. Ea propter dile
cti in dño filij v̄ris iuſtis poſtulationibꝰ grato concurrẽtes aſſenſu: oẽs
libertates ⁊ immunitates a p̄deceſſoribꝰ n̄ris romanis põtificibꝰ ſiue ꝑ
priuilegia ſeu ꝑ indulgẽtias vobis vel ordini v̄ro cõceſſas nec nõ liber-
tates ⁊ exẽptiones ſeculariũ exactionũ a regibꝰ ⁊ principibꝰ ⁊ alijs xp̄i
fidelibꝰ rationabiliter vobis indultas: ſicut eas iuſte ⁊ pacifice obtinetꝫ
vobis ⁊ per nos eidẽ ordini auctoritate apoſtolica cõfirmamꝰ ⁊ preſen
tis ſcripti patrocinio cõmunimꝰ. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginã n̄re cõfirmationis infringere: vel ei auſu temerario cõtra
ire. Siquis aũt hoc attẽtare p̄ſumpſerit: indignationẽ oĩpotentis dei ⁊
beatoꝝ petri ⁊ pauli ap̃loꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſuruz. Datũ reate ſecũdo
idus auguſti Pontificatus noſtri Anno Primo.

Nicolaus papa. iiij. confirmat oĩa priuilegia: libertates ſeu exẽptiones a qbuſcũq; ordini carmelitaꝝ cõceſſa.

BONIFACIUS epũs ſeruus ſeruoꝝ dei venerabilibꝰ fratri-
bus archiep̃is ⁊ ep̃is ad quos l̃re ip̃e ꝑuenerint: ſalutẽ ⁊ ap̃licam bene
dictionẽ. Ex parte dilectoꝝ filioꝝ fratrum eremitaꝝ ordinis ſancte ma
rie de monte carmeli fuit ꝓpoſitũ coram nobis: ꝙ cũ malicia tẽporis
excreſcente oportuerit eos de loco quẽ habebãt in mõte ip̃o fugere an-
te faciem perſequentiũ paganoꝝ: velintq; cellas ⁊ eccl̃as conſtruere ⁊
habere cimiteriũ ⁊ campanã ad opus ip̃oꝝ in veſtris ciuitatibꝰ ⁊ dioce
ſibus in locis ad hoc ip̃is pia fideliũ liberalitate cõceſſis ⁊ ibi diuina ce
lebrare ac debitũ dño reddere valeãt famulatũ: nõnulli eos ſuꝑ hoc im
pedire preſumũt: exigũtq; nihilominꝰ nõnulla indebite ab eiſdẽ. Quia
igitur ip̃is in hac parte tã ap̃licus q; veſter fauor eſt miſericorditer im-
pendendus, ad inſtar fe. re. Innocẽtij pape. iiij. predeceſſoris n̄ri vniuer
ſitatẽ v̄ram rogandã duximꝰ ⁊ monẽdã: ꝑ ap̃lica vobis ſcripta mãdã
tes: q̃tenꝰ habẽtes ad eos debite cõpaſſionis affectũ, illos ſuꝑ p̄miſſis
v̄ro pio impẽſo ip̃is ſuffragio nõ ꝑmittatis quãtũ in vobis ẽ ab aliq̃bꝰ
indebite moleſtari: p̄ces ⁊ mandatũ noſtrũ in hac parte taliter impletu-
ri: ꝙ deuotionẽ v̄ram poſſimus exinde in dño cõmendare merito. Da-
tum peruſij ſecũdo kl̃s nouẽbris Põtificatꝰ n̄ri Anno Primo.
INNOCENTIUS epũs ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs prio
ri ⁊ fratribꝰ eremi beate marie de mõte carmeli: ſalutẽ ⁊ ap̃licã benedi-
ctionẽ. Religionis v̄re meret̃ honeſtas vt vos in chriſti viſceribꝰ ample
ctẽtes: ſupplicatiõibꝰ v̄ris quãtũ cũ deo poſſumꝰ fauorabilr̃ annuamꝰ.
Ea ꝓpter dilecti in dño filij v̄ris p̄cibꝰ inclinati: ꝑſonas v̄ras ⁊ locũ in
quo diuino eſtis obſequio mãcipati ſub beati petri ⁊ n̄ra ꝓtectione ſuſce
pimꝰ: ⁊ p̃ntis ſcripti patrocinio cõmunimꝰ, auctoritate vobis p̃ntiũ in
dulgẽtes: vt cũ gen̄ale terre fuerit interdictũ liceat vobis clauſis ianuis
excõicatis excluſis diuina officia celebrare: dũmodo cauſaz nõ dederitis
interdicto: nec id vobis cõtingat ſpecialiter interdici. Nulli ergo oĩno
hoĩnũ liceat hãc paginã n̄re ꝓtectionis ⁊ cõceſſionis infringere: vel ei
auſu temerario cõtraire. Siquis aũt hoc attentare p̄ſumpſerit: indigna-
tionẽ oĩpotẽtis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli ap̃loꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſu
rum. Datũ lugduni idibꝰ iunij Pontificatꝰ n̄ri Anno ſecundo
GREGORIUS epũs ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs priori ge-
nerali ⁊ fratribꝰ ordinis gl̃oſiſſime dei genitricis ſempq; virginis ma
rie de monte carmeli ſalutem ⁊ ap̃licã benedictionẽ. Prouiſionis n̄re
debet ꝑuenire ſubſidio: vt ius ſuũ cuilibet conſeruet̃. Hinc eſt ꝙ nos te
norẽ quarũdam litterarũ fe. re. Innocẽtij pape. vi. predeceſſoris n̄ri in
regiſtro ip̃ius p̄deceſſoris reptũ pro eo ꝙ ſicut v̄ra petitio nobis nuper
exhibita cõtinebat, dicto tenore vos aſſeritis indigere: de regiſtro ip̃o de
verbo ad verbũ trãſcribi ⁊ ad veſtre ſupplicationis inſtãtiã preſentibꝰ
annotari fecimus: qui talis ẽ. INNOCENTIUS epũs ſeruus
ſeruoꝝ dei dilectis filijs priori generali ⁊ fratribꝰ ordinis beate marie
de monte carmeli: ſalutẽ ⁊ ap̃licam benedictionẽ. Sacre veſtre religio
nis in qua relictis ſeculi vanitatibꝰ ſub regulari habituꝰ deuotũ ⁊ ſedulũ
impenditis famulatũ, ꝓmeretur honeſtas: vt votis v̄ris (in ijs preſer-

Bonifaciꝰ papa viij. mãdat ordinarijs ne ꝑmittant frẽs circa ꝯſtructiones edificioꝝ ab aliq̃bus impediri.

Innocẽtiꝰ papa. iiij. ꝯcedit: frẽs tẽpore interdicti iurꝫ ſolẽnitate ſeruata: poſſe diuina celebrare.

Gregoriꝰ. xi. munit bullam innocẽtij vi. q̃ cõceditur fratribus declinãtibꝰ ad loca interdicto ſuppoſita diuina ibidẽ celebrare poſſe: ſeruata tñ iuris ſolẽnitate.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

tiũ que animarũ veſtrarum ſalutẽ reſpiciũt) quantũ cũ deo poſſumꝰ fa
uorabiliter annuamus. Sane petitio pro parte veſtra nobis exhibita
continebat: ꝙ cum interdũ vos vel aliquem veſtrũ ad loca generali in-
terdicto ſubiecta declinare contigerit: clerici ſeculares ⁊ regulares eorũ
dem locoꝝ ibidẽ excõmunicatis ⁊ interdictis excluſis ⁊ alias, iuxta cõ
ſtitutiones canonicas diuina officia celebrãtes: vos ad huiuſmodi diui
na audienda ⁊ inibi celebrãda ⁊ ſacramẽta eccl'iaſtica recipiendũ admit
tere recuſant: ꝓpter qđ vos abſqꝫ celebratione ⁊ auditione diuinoꝝ ⁊ ꝑ
ceptione ſacramẽtoꝝ eccl'iaſticoꝝ plures dies multotiẽs trãſire contin
git. Nos igitur ſuꝑ his vobis ꝓuidere volẽtes: vr̃is in hac parte ſup-
plicationibus inclinati: vobis auctoritate ap'lica tenore preſentiũ indul
gemus: vt in locis ſic generali interdicto ſuppoſitis cum ad ea declina
ueritis ad huiuſmodi diuina officia celebrandũ ⁊ audiendũ ac recipien-
dum eccl'iaſtica ſacramenta ibidẽ recipi ⁊ admitti ianuis tamen clauſis
⁊ excõicatis ⁊ interdictis excluſis nõ pulſatis campanis ⁊ voce ſubmiſ
ſa poſſitis ⁊ valeatis: dum tñ vos vel hmõi declinãtes cauſam nõ dede
ritis interdicto: nec id vobis vel eis contigerit ſpecialiter interdici. Nul
li ergo omnino hominũ liceat hãc paginã noſtre ꝯceſſionis infringere:
vel ei auſu temerario cõtraire. Siquis aũt hoc attentare preſumpſerit:
indignationẽ omnipotẽtis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli ap'loꝝ eiꝰ ſe noue
rit incurſurũ. Datũ apud villaꝫ nouam auinionen̄. dioceſis quinto kl's
auguſti Pontificatꝰ nr̃i anno octauo. CETERUM vt earũdem
litteraꝝ ap'licarum tenor predictꝰ ſic inſertꝰ omnimodã rei ſeu facti cer-
titudineꝫ faciat: auctoritate ap'lica decernimꝰ vt illud idem robur eãqꝫ
vim eũdẽqꝫ vigorẽ dictus tenor per oĩa habeat que haberẽt originales
littere ſupradicte: ⁊ eadẽ prorſus eidem tenori fides adhibeatur quãdo
cũqꝫ ⁊ vbicũqꝫ ſiue in iudicio vel alibi vbi fuerit exhibitus vel oſtẽſus:
⁊ eidẽ ſtetur firmiter in omnibus: ſicut eiſdem originalibꝰ l'ris ſtaretur
ſi exhibite forent vel oſtẽſe. Per hoc aũt nullũ ius vobis de nouo volu-
mus acquiri: ſed antiquũ ſiquod habetis tantũmodo conſeruari. Nulli
ergo omnino hominũ liceat hãc paginaꝫ nr̃e cõſtitutionis ⁊ volũtatis
infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis autẽ hoc attentare ꝓ
ſumpſerit: indignationẽ oĩpotẽtis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli ap'lorum
eius ſe nouerit incurſurũ. Datũ apud pontẽ ſorgie auinionen̄. dioceſis
ſecundo kl's iunij. Põtificatꝰ nr̃i anno ſecũdo. IOANNES epũs
ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs priori generali ⁊ vniuerſis prioribus ⁊
fratribus ordinis gl'ioſiſſime dei genitricis ſempqꝫ virginis marie de
monte carmeli tã preſentibꝰ qꝫ futuris religioſam vitã profeſſis: ſalutẽ
⁊ ap'licã benedictionẽ. Sacer ordo veſter in agro dñico diuina diſpoſi-
tione plãtatꝰ: ⁊ gl'ioſe v̄ginis marie titulo ſpecial'r inſignitꝰ: ap'licis gra
tijs digne meret attolli: cuiꝰ ꝓfeſſores mũdanis a ſe relegatis illecebris
celeſtium contemplationi vacãtes inſiſtũt iugiter profectibus anima-
rum. Nos aũt ad dictũ ordinẽ quẽ in ſtatu firmo ⁊ ſolido ⁊ ſtabili decer
nimus ⁊ volumꝰ ꝑmanere. ap'lice cõſiderationis intuitũ dirigẽtes: ad ea
libẽter intẽdimꝰ. ꝑ q̃ ꝓfeſſores iã dicti nullũ eterne pacis patiãtur exci-

Joãnes papa xxij. cõcedit fratribus exẽptionem ab ordinarijs.

diũ: nullũqꝫ religionis statꝰ ꝑferãt detrimentũ: ſꝫ eo deuotiꝰ diuino cul-
tui ac ſaluti inſiſtãt opibꝰ: quo q̄etior fuerit ſtatꝰ eorũdeꝫ ipiqꝫ ampliori
fuerint libertate dotati. Ea ꝓpt dilecti in dño filij deuotionis vr̃e p̄cibꝰ
fauorabil'r annuẽtes: vos ⁊ p̄dictũ ordinẽ, ꝑſonas ⁊ eccl'ias, oratoria, do
mus, res alias ⁊ loca vr̃a ac ſpectãtia ad eadẽ in qbꝰ inhabitatis ad pñs
vel inhabitabitis in futuꝝ cũ oibꝰ iuribꝰ ⁊ ꝑtinẽtijs ſuis ac ꝑſonis degẽ
tibus in eiſdẽ: in ius ⁊ ꝓprietatẽ beati petri ⁊ ap'lice ſedis aſſumimꝰ: il-
laſqꝫ a cuiuſcũqꝫ dioceſani ⁊ cuiuſlibet alteriꝰ ꝑtãte iuriſdictiõe ⁊ domi-
nio oĩmode in ꝑpetuũ ꝓrſus eximimꝰ de gr̃a ſpãli: decernen̄. ex nũc vos
⁊ ordinẽ veſtrũ. ac ꝑſonas, eccl'ias ⁊ oratoria, domos ⁊ loca p̄fata ac ꝑti
nẽtia ad eadẽ: ſoli romano põtifici ⁊ dicte ſedi tã in ſpũalibꝰ qꝫ tp̄alibꝰ
abſqꝫ vllo medio ſubiacere: ita qđ nec locoꝝ ordinarij nec alia q̄uis ꝑſo
na eccl'iaſtica in vos ⁊ ordinẽ veſtrũ ꝑſonas, eccl'ias, oratoria, domos ⁊
loca p̄dicta vtpote prorſus exẽpta poſſint excõicationis ſuſpẽſiõis aut
interdicti ꝓmulgare ſniãs vl' alias ꝑtãtem ſeu iuriſdictionẽ aliquã exer
cere. qđ ſi forſan quicqꝫ in contrariũ aquoqꝫ fuerit attẽtatũ: illud oĩno
ſit irritũ ⁊ inane. Nulli ḡ oĩno hõinũ liceat hãc paginã nr̃e aſſumptiõis
exẽptionis ⁊ cõſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario cõtraire. Si
quis aũt hoc attẽtare p̄ſumpſerit: indignationẽ oĩpotẽtis dei ⁊ beatoꝝ
petri ⁊ pauli ap'loꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſuꝝ. Datũ Auinioni tertio idus
martij Pontificatus nr̃i anno primo. CLEMENS epũs ſeruus
ſeruoꝝ dei dilectis filijs gen̄ali ac alijs prioribꝰ ⁊ fratribꝰ ordinis gl'io-
ſiſſime dei genitricis ſempqꝫ v̄ginis marie de mõte carmeli ſalutẽ ⁊ ap'li
cã bñdictionẽ. Sacer ordo vr̃ in agro dñico diuina diſpoſitiõe plãtatꝰ
⁊ gl'ioſe v̄gis marie titulo ſpãlit inſignitꝰ: ap'licis gratijs digne meret
attolli: cuiꝰ ꝓfeſſores mũdanis a ſe relegatis illecebris celeſtiũ ꝯtẽplatiõi
vacan̄. inſiſtũt iugit ꝓfectibꝰ aiaꝝ. Nos aũt ad dictũ ordinẽ quẽ in ſta-
tu firmo ſolido ⁊ ſtabili volumꝰ ꝑmanere. ap'lice ꝯſiderationis intuitũ di
rigen̄. ad ea libẽt intẽdimꝰ. ꝑ q̃ ꝓfeſſores iã dicti nullũ interne pacis pa
tiant excidiũ: nullũqꝫ ſtatꝰ religiõis ꝑferãt detrimẽtũ: ſꝫ eo deuotiꝰ diui
no cultui ac ſaluti inſiſtãt opibꝰ: q̃ q̄etior ſtatꝰ eorũdẽ fuerit ipiqꝫ ãpliori
fuerint libertate dotati. Sane petitio ꝓ pte vr̃a nob nuꝑ exhibita ꝯtine
bat. ꝙ licꝫ fe. re. ioãnes papa. xxij. p̄deceſſor nr̃ tũc i hũanis agẽs vos ⁊
p̄dictũ ordinẽ ac ꝑſonas, eccl'ias, oratoria, domos ⁊ loca vr̃a ac ſpectã-
tia ad eadẽ in qbꝰ inhitabatis tũc vl' inhitaretis in futurũ cũ oibꝰ iuribꝰ
⁊ ꝑtinẽtijs ſuis ac ꝑſonis degẽtibꝰ in eiſdẽ in ius ⁊ ꝓprietatẽ bti petri ⁊
ſedis ap'lice aſſumpſiſſet: illaſqꝫ a quibuſcũqꝫ dioceſanis ⁊ cuiuſcunqꝫ al-
terius poteſtate iuriſdictione ac dño omnimode prorſus in ꝑpetuũ exe-
miſſet: decernendo ex tunc vos ⁊ ordinem ac perſonas eccleſias, orato-
ria, domos ⁊ loca prefata ⁊ pertinentia ad eadem ſoli romano pon-
tifici ⁊ dicte ſedi tam in ſpiritualibus qꝫ temporalibus abſqꝫ vllo medio
ſubiacere: ita ꝙ nec locorum ordinarij nec alia queuis perſona eccleſia
ſtica in vos ⁊ ordinem veſtrũ ꝑſonas, eccl'ias ⁊ oratoria: domos ac lo-
ca p̄dicta (vtpote prorſus exẽpta) poſſent excõis. ſuſpẽſionis aut inter
dicti ꝓmulgare ſniãs vel alias ꝑtãtem ſeu iuriſdictionẽ aliquaꝫ exerce-

Clemẽs papa vltra conceſſa in p̄cedenti bulla cõcedit: frẽs nõ poſſe coram ordinarijs ꝯueniri ratione dlicti, cõtractꝰ, ſeu rei d̃ qua agitur.

S. Folio 59.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

re. ꝙ ſi forſan quicq̄ in cõtrarium a quoq̄ attentatum foret illud omni
no eſſet irritum ⁊ inane. Tamen quia in indulto huiuſmodi exemptiõis
non cauetur ꝙ vos ratione delicti ſeu ꝯtractus aut rei de qua agit ꝯue-
niri corã ordinarijs minime valeretis: vos timeñ. ſuꝑ his poſſe forſan
in poſterũ moleſtari, nobis humiliter ſupplicaſtis: vt prouidere vobis
ſuꝑ hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur qui vos ⁊ or-
dinẽ ipm ſpãliꝑ ꝓſequimur in dño charitate, veſtris ſupplicatiõib⁹ incli-
nati: vobis ⁊ ſucceſſorib⁹ vr̃is in ꝑpetuũ auc̃tate aplĩca tenore pñtiũ in-
dulgem⁹: vt p̃fato indulto in ſuo robore ꝑmanẽte corã qbuſcũqz dioce
ſanis ⁊ locoꝝ ordinarijs rõne delicti ꝯtract⁹ ſeu rei de q̃ agit cõueniri vl̃
impeti nullaten⁹ valeatis. Fe. Re. Innocẽtij pape. iiij. p̃deceſſoris noſtri
⁊ alijs ꝯſtitutiõibus aplĩcis cõtrarijs nõ obſtañ. quibuſcũq̄. Decerneñ.
exnunc irritũ ⁊ inane ſi ſecus ſuꝑ his a quoq̄ quauis auc̃tate ſcienter vel
ignorãter cõtigerit attentari. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hanc pagi-
nam nr̃e ꝯceſſionis ⁊ conſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario cõ-
traire. Si quis aũt hoc attentare preſumpſerit: indignationẽ oĩpotẽtis
dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aplĩorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum
auinioñ, quarto decimo kl̃s auguſti pontificatus noſtri anno ſexto. NI

Nicola⁹ papa v. cõfirmat regulã datã frĩbus ab Innocẽtio. iiij

COLAUS epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs priori ge-
nerali ⁊ fratribus ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſempq̄ virginis
marie de monte Carmeli. Salutem ⁊ aplĩcam bñdictionẽ. Cũ a nobis
petitur qđ iuſtum eſt ⁊ honeſtum tam vigor equitatis q̄ ordo exigit rõ
nis: vt id per ſollicitudinẽ officij noſtri ad debitum perducatur effectuz.
Cũq̄ itaq̄. Fe. Re. Innocentius papa. iiij. predeceſſor noſter ad veſtre
ſupplicationis inſtantiam per bone memorie. H. tituli ſancte ſabine p̃ſ-
byterum cardinalem ⁊ bone memorie. G. antheradeñ. epiſcopum que-
dam regule veſtre dubia declarari ⁊ corrigi: ac quedaz ipſius grauia mi
ſericorditer fecerit mitigari, prout in litteris inde confectis plenius con-
tinetur. Nos veſtris precibus inclinati declarationem ⁊ correctionem
ac mitigationẽ hmõi adinſtar ipſi⁹ Innocẽtij ac pie memorie alexãdri
pape. iiij. p̃deceſſoꝝ noſtroꝝ auc̃tate aplĩca ꝯfirmam⁹: ⁊ pñtꝫ ſcripti pa-
trocinio cõim⁹: tenorẽ lr̃aꝝ eiuſdẽ p̃deceſſoris Innocẽtij ꝓut i regiſtro
ipi⁹ ꝯtinet de v̓bo ad v̓bũ pñtibus inſeri facieñ. qui talis eſt. INNO
CENTIUS epĩs ſeru⁹ ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs priori ⁊ frĩb⁹ ere-
mitis ordinis gl̃ioſiſſime dei genitricis ſempq̄ v̓ginis marie de mõte
Carmeli. Salutẽ ⁊ aplĩcã bñdictionẽ. Que honorẽ conditoris oĩuz ⁊ ꝓ
fectũ ꝯtinẽt aiaꝝ: roboris p̃ſidio ſũt fulciẽda ꝑpetui: ſed p̃cipue ſuꝑ qb⁹
aplĩce ſedis auc̃tas ſalubris ꝓuidẽtie ſtudiũ noſcit hũiſſe. Cũ itaq̄ nos
ad vr̃e ſupplicatiõis inſtãtiã ꝑ dilectũ frẽz. H. tituli ſancte ſabine p̃ſby-
terũ cardinalẽ ⁊ venerabilẽ virũ fratrẽ nr̃m. G. antheradeñ. epm q̄dam
regule vr̃e dubia declarari et corrigi ac etiã quedã ipĩus grauia miſeri-
corditer fecerimus mitigari: prout inde confectis noſtris lr̃is plenius
continetur. Nos veſtris pijs deſiderijs annueñ. declarationem ⁊ cor-
rectionem ac mitigationẽ huiuſmodi auctoritate apoſtolica ꝯfirmam⁹:
⁊ pñtis ſcripti patrocinio cõmunimus. Tenorẽ autem lr̃arum ipſarum

de verbo ad verbũ fecim⁹ pñtib⁹ annotari, qui talis ẽ. FRATER
H. miſeratione diuina tituli ſancte ſabine preſbyter cardinalis ⁊ frater
guillelmus eadẽ miſeratione antheradeñ. epũs chariſſimis in chriſto fi
lijs priori generali ⁊ diffinitorib⁹ capituli generalis ordinis fratrũ glo-
rioſiſſime dei genitricis Marie de mõte carmeli ſalutem in omniũ ſalu
tari. Accedẽtes ad aplĩcam ſedez fratres clerici Reinaldus ⁊ Petrus
ordinis veſtri ex parte veſtra a dño papa humiliter poſtulauerũt: vt q̄
dam que in veſtro priuilegio ⁊ regula olim vobis a fe. memorie Alber-
to patriarcha hierl̃imitañ. tradita continẽtur dubia: declarare corrige-
re: ⁊ quedam grauia mitigare miſericorditer dignaretur. Cũ igitur dñs
papa eoꝝ deuotis ſupplicationibus annuendo: nobis cõmiſerit. vt de-
clarationem, correctionẽ ⁊ mitigationez huiuſmodi facerem⁹ vice ipi⁹:
ſecundũ qđ bono ſtatui ordinis ⁊ fratrum ſaluti expediens videremus.
Religioni veſtre quafungimur auctoritate mandam⁹: quatenus regulã
a nobis correctaz: declaratã ⁊ mitigatã (prout expedire vidim⁹) deuo
te recipieñ, eam firmiter obſeruetis: ⁊ ad inſtar eiuſdez alias vr̃as regu
las corrigatis, quam vobis per eoſdem fratres ſub ſigillis noſtris mit-
timus in hac forma. Albertus dei gratia hierl̃imitañ. eccl̃ie vocat⁹ pa
triarcha dilectis in chriſto filijs. B. ⁊ ceteris eremitis qui ſub eius obe-
dientia iuxta fontẽ helie in monte carmeli morantur: in domino ſalutẽ
⁊ ſancti ſpiritus benedictionem. Multifarie multiſq̄ modis ſancti pa
tres inſtituerunt qualiter quiſq̄ in quocunq̄ ordine fuerit vel quẽcunq̄
modum religioſe vite elegerit in obſequio ieſu chriſti viuere debeat: et
eidez fideliter de corde puro ⁊ bona cõſcientia deſeruire. Verũ quia req
ritis a nobis vt iuxta propoſitũ veſtrũ tradamus vobis vite formulam
quã tenere in poſterũ debeatis: illud in primis ſtatuimus. vt vnũ ex vo-
bis habeatis priorem qui ex vnanimo omnium aſſenſu vl̃ maioris ⁊ ſa
nioris partis ad hoc officiũ eligatur: cui obedientiã promittat quilibet
aliorum. ⁊ promiſſaz ſtudeat operis veritate ſeruare cum caſtitate ⁊ ab
dicatione proprietatis. Loca autez habere poteritis in eremis vel vbi
donata vobis fuerint: ad veſtre religionis obſeruantiam apta ⁊ cõmo-
da: ſecundũ quod priori ⁊ fratribus videbitur expedire. Preterea iuxta
ſituz loci quẽ inhabitare propoſueritis, ſinguli veſtrũ ſingulas habeãt
cellulas ſeparatas ſicut per diſpoſitionẽ ipſius prioris ⁊ de aſſenſu alio
rum fratrum vel ſanioris partis eedez cellule cuiq̄ fuerint aſſignate: ita
tamen vt in cõmuni refectorio ea q̄ vobis erogata fuerint communiter
aliquam lectionem ſacre ſcripture audiendo (vbi cõmode poterit obſ-
uari) ſumatis. Nec liceat alicui fratrum niſi de licẽtia prioris qui pro tẽ
pore fuerit deputat⁹ ſibi mutare locũ: ſiue cũ alio ꝑmutare. Cellula prio
ris ſit iuxta introitũ loci. vt veniẽtibus ad eũdem locum primus occur-
rat: ⁊ de arbitrio ⁊ diſpoſitione ipĩus poſtmodũ que agenda ſunt cũcta
procedãt. Maneant ſinguli in cellulis ſuis vel iuxta eas die ac nocte in
lege domini meditãtes. ⁊ in omnibus vigilãtes: niſi alijs iuſtis occupa
tionibus occupẽtur. Ji qui horas canonicas cum clericis dicere norũt:
eas dicãt ſecundũ cõſtitutiones ſanctoꝝ patrum ⁊ eccl̃ie approbatam

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

conſuetudinẽ: qui eas non nouerũt: viginti quinqꝫ vicibus; Pater nr̃.
dicãt in nocturnis vigilijs: exceptis dñicis ⁊ ſolẽnibꝰ diebꝰ in; quoꝝ vi
gilijs predictũ numerũ ſtatuimus duplicari: vt dicatur Pater noſter.
vicibus quinquaginta. ſepties aũt eadem dicatur oratio in laudibus ⁊
matutinis: in alijs quoqꝫ horis ſepties ſimiliter eadẽ ſigillatim dicatur
oratio: preter officia veſpertina in quibꝰ ipſam quindecies dicere; debea-
tis. Nullus fratrum aliquid eſſe ſibi propriũ dicat. ſed ſint vobis oia cõ
munia: ⁊ diſtribuãtur vnicuiqꝫ per manũ prioris ideſt per fratrez ab eo
dem ad id officiũ deputatum prout vnicuiqꝫ opus erit: inſpectis etati-
bus ⁊ neceſſitatibus ſinguloꝝ. Aſinos aũt ſiue mulos (prout veſtra ex
poſtulauerit neceſſitas) vobis habere; liceat: ⁊ aliqđ animaliuz ſiue vo
latilium nutrimentũ. Oratoriũ prout cõmodius fieri poterit cõſtruatur
in medio cellulaꝝ: vbi mane per ſingulos dies ad audiendũ miſſaꝝ ſo-
lẽnia cõuenire debeatis: vbi hoc cõmode fieri poteſt. Dñicis quoqꝫ die-
bus vel alijs (vbi opus fuerit) de cuſtodia ordinis ⁊ aiaꝝ ſalute tracte
tis: vbi etiã exceſſus ⁊ culpe fratrũ (ſi que in aliquo deprehẽſe fuerint)
charitate me dia corrigantur. Jeiuniũ ſingulis diebus exceptis dñicis
obſeruetis a feſto exaltationis ſancte crucis vſqꝫ ad diem reſurrectionis
dñice: niſi infirmitas vel debilitas corporis aut alia iuſta cauſa ieiuniũ
ſolui ſuadeat: q2 neceſſitas non habet legẽ. Ab eſu carniũ abſtineatis ni
ſi pro infirmitate vel debilitatis remedio ſumantur. Et q2 vos oportet
frequẽtius mendicare itinerãtes: ne ſitis hoſpitibus onoroſi. extra do
mos vr̃as ſumere poteritis pulmẽta cocta cũ carnibꝰ: ſed ⁊ carnibꝰ ſu-
pra mare veſci licebit. Quia vero tẽtatio ẽ vita hominis ſup terram: ⁊
oẽs q pie volũt viuere in chriſto perſecutionez patiuntur: aduerſarius
quoqꝫ veſter diabolus tanq̃; leo rugiens circuit querẽs quẽ deuoret: oi
ſollicitudine ſtudeatis indui armaturã dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſi
dias inimici. Accingendi ſunt lumbi cingulo caſtitatis. Muniẽdum eſt
pectus ſanctis cogitationibꝰ: ſcriptũ eſt eniz. Cogitatio ſancta ſaluabit
te. Induẽda ẽ lorica iuſticie: vt dñm deũ nr̃m ex toto corde ⁊ ex tota aia
⁊ ex tota virtute diligatis ⁊ ꝓximũ veſtrũ tanq̃ vos ipſos. Sumẽdũ eſt
in omnibus ſcutum fidei in quo poſſitis oia tela nequiſſimi ignea extin
guere: ſine fide eniz impoſſibile eſt placere deo. Galea quoqꝫ ſalutis ca-
piti imponẽda eſt vt de ſolo ſaluatore ſperetis ſalutẽ: q ſaluũ facit pplꝫ
ſuũ a peccatis eoꝝ. Gladius aũt ſpũs; qđ verbũ eſt dei habũdanter habi
tet in cordibꝰ veſtris: ⁊ q̃cunqꝫ vobis agẽda ſunt in verbo dñi fiant. Fa
ciendũ eſt vobis aliquid opis vt ſemp vos diabolus inueniat occupa-
tos: ne ex ocioſitate veſtra aliquẽ intrandi aditũ ad aias vr̃as valeat in
uenire. Habetis in hoc beati pauli apl̃i magiſteriũ pariter ⁊ exẽplum: in
cuius ore chriſtus loquebatur q poſitus eſt ⁊ datꝰ a deo predicator ⁊ do
ctor gentiũ in fide ⁊ veritate: quẽ ſi ſecuti fueritis nõ poteritis oberrare:
in labore inquit ⁊ in fatigatione fuimꝰ inter vos die ac nocte operantes
neq̃ẽ veſtrũ grauaremus: nõ q̃ſi nos nõ hẽremꝰ ꝑtãtez: ſꝫ vt nos met
ipſos formã daremus vobis ad imitandũ nos: nã cũ eſſemꝰ apud vos
hoc denũciabamꝰ vobis. q̃m ſiqs nõ vult opari nõ mãducet. Audiuimꝰ

Armatura dei

Cogitatio ſancta

de otio

eniz inter vos quoſdã ambulãtes inquiete nihil opãtes: ijs aũt q hmõi
ſunt denũciamꝰ ⁊ obſecramus in dño ieſu chriſto vt cũ ſilentio opãtes
ſuũ panẽ manducẽt: hec via ſancta eſt ⁊ bona: ambulate in ea. Commen-
dat aũt apl̃s ſilentiũ cum in eo ꝑcipit operãdũ. ⁊ quẽadmodũ ꝓpheta
teſtatur. Cultꝰ iuſticie ſilentiũ eſt. Et rurſus. In ſilentio ⁊ ſpe erit fortitu
do vr̃a. Ideoqꝫ ſtatuimꝰ vt dicto completorio ſilẽtiũ teneat vſqꝫ primã
dictã ſequẽtis diei. alio aũt tpe licet ſilentij nõ habeatur obſeruatio tãta:
diligẽtius tamen a multiloquio caueatur. q2 ſicut ſcriptũ ẽ ⁊ nõ minꝰ ex
periẽtia docet. in multiloquio peccatũ nõ deerit. ⁊ qui incõſideratꝰ ẽ ad
loquendũ: ſentiet mala. Item qui multum vtit̃ verbis ledit aiam ſuaz.
⁊ dñs in euãgelio. De oi verbo ocioſo qđ locuti fuerint hõines reddent
rationẽ de eo in die iudicij. Faciat ergo vnuſquiſqꝫ ſtaterã verbis ſuis ⁊
frenos rectos ori ſuo ne forte labatur ⁊ cadat in lingua ⁊ inſanabilis ca-
ſus eius ſit ad mortẽ. Cuſtodiẽs cũ ꝓpheta vias ſuas vt nõ delinquat
in lingua ſua. ⁊ ſilentiũ in quo cultꝰ iuſticie eſt; diligenter ⁊ caute ſtudeat
obſeruare. Tu autem frater N. ⁊ quicunqꝫ poſt te inſtitutꝰ fuerit prior
ſemper illud habeatis in mente ⁊ ſeruetis in opere: quod dominus ait
in euãgelio. Quicũqꝫ voluerit inter vos maior fieri: erit miniſter veſter.
⁊ quicũqꝫ voluerit inter vos primus eſſe: erit veſter ſeruus. Vos quoqꝫ
ceteri fratres priorem veſtrum honorate humiliter: chriſtum potius co-
gitãtes q̃ ipſum qui; poſuit illum ſuper capita veſtra. Et eccleſiarũ pre
poſitis ait. Qui vos audit me audit: ⁊ qui vos ſpernit me ſpernit. vt
non veniatis in iudicium de contemptu ſed obedientia mereamini vite
eterne mercedem. Hec breuiter ſcripſimus vobis, conuerſationis ve-
ſtre formulam ſtatuentes ſecundum quam viuere debeatis. Si quis au
tem ſuper erogauerit ipſe dominus cum redierit reddet ei. vtamini ta-
men diſcretione quia virtutum eſt moderatrix. Actum lugduni Anno
domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo octauo domini Pape
Innocentij quarti Anno quinto kl̃s ſeptembris. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere: vel
ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſe-
rit: indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri ⁊ pauli Apo
ſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum lugduni kl̃s decembris
Pontificatus noſtri anno quinto. Nulli omnino hominum liceat hãc
paginam noſtre confirmationis infringere: vel ei auſu temerario con-
traire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationem
omnipotentis dei ac beatorum Petri ⁊ Pauli apoſtolorum eius ſe
nouerit incurſurum. Datum reate kl̃s iulij Pontificatus noſtri an-
no ſecundo. EUGENIUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei ad
perpetuam rei memoriam. Romani pontificis prouidentia circunſpe
cta nonnunq̃ ea que ad propagationem religionum quarũcunqꝫ ⁊ in il-
lis diuinis obſequijs mancipatarum perſonarum proſperum ſtatum
conſeruandum ac animarum ſalutem earũdem ſalubriter inſtituta fue-
rant: ſi fructum non afferant exoptatum reformat ⁊ moderatur: et
vt religiones ipſe preſertim a Sede Apoſtolica approbate in ſuo

de ſilentio

Eugeniꝰ papa qrtꝰ diſpenſat i ſupradicta regula circa ieiunia ⁊ alia.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

vigore perdurēt prout tēporū qualitate pēſata in dn̄o proſpicit expedi
re:liberaliter impēdit ſollicitudinis ſue partes. Sane cum ſicut nobis
pro parte dilectoꝝ filioꝝ ioānis faci magiſtri generalis ⁊ prouincialiū
ac clauſtralium priorū ⁊ vniuerſorum fratrū ordinis glorioſiſſime dei
genitricis ſemperꝗ virginis marie de monte carmeli nuper fuit expoſi
tum: ꝙ cum in certis capitulis regule fratribus dicti ordinis per bone
memorie Albertū patriarchā hieroſolimitañ. tradite inter cetera cauea
tur expreſſe: ꝙ fratres ordinis predicti ab eſu carniū abſtineāt niſi ꝓ in-
firmitatis aut debilitatis remedio ſumātur. eiſdē etiam ꝙ nōnullis die
bus (dn̄icis dūtaxat exceptis) a feſto exaltationis ſancte crucis vſꝗ
ad feſtiuitatem reſurrectionis domini noſtri ieſu chriſti ieiunare tenean-
tur: ⁊ etiam ſinguli eoꝝ manere debeāt in cellulis ſuis die ac nocte in le
ge dn̄i meditātes ⁊ in orationes vigilātes precipitur. Et propterea nō
nulli ipſius ordinis profeſſores ꝓpter arctitudinem ⁊ regurositatem re
gule huiuſmodi tam ex fragilitate humana ꝗ̄ ex debilitate corporea ne
queūtes eādem regulā obſeruare: diſpendiū ſue ſalutis incurrūt. ꝗ̄ plu-
res etiam aſperitatē huiuſmodi pertimeſcētes ab ingreſſu eiuſdez or-
dinis retrahūtur. Nos vero q ⁊ plantare ſacrā religionē ⁊ plātatā mo
dis omnibus fouere intēſis deſiderijs effectamus : ſuper hoc quantum
nobis eſt poſſibile ꝓuidere ſalubriter cupiētes: rigorē huiuſmodi quan
dam tēperie mitigātes ac regulam ipāz moderātes: auctoritate apoſto
lica tenore preſentiū ſtatuimus ⁊ ordinamus ac concedimus dicti ordi
nis ꝓfeſſores qui nūc ſunt ⁊ q pro tempore erūt tribus dūtaxat diebus
ſingularū ſeptimanarum etiam quib⁹ vt prefertur ieiunare iuxta eādez
regulam ſunt aſtricti: preterꝗ̄ in aduentu ⁊ quadrageſima ⁊ alijs gene
raliter prohibitis diebus. carnibus veſci : ac horis congruis in eorum
eccl̄ijs ⁊ in illaꝝ clauſtris ac per eaꝝ ambitus manere ⁊ deambulare li
bere ⁊ licite valeant: decernentes eos ⁊ eoꝝ ſingulos circa premiſſa ad
arctiorez obſeruantiā ꝗ̄ ſupra exprimitur occaſione profeſſiōis in dicto
ordine emiſſe vel in poſterū emitende minime teneri. Et nihilomin⁹ fra
tribus eiſdem qui regulā ipſam ita vt premittitur moderatā obſeruaue
rint : quod eis in remiſſionē proficiat peccatoꝝ: ac omnibus ⁊ ſingulis
priuilegijs. indulgētijs. immunitatibus. libertatibus ⁊ exemptionibus
ꝓtectionib⁹ ⁊ prerogatiuis eidē ordini a ſede ap̄lica ꝑ antea ꝯceſſis vti
⁊ gaudere poſſint: eadem auctoritate concedim⁹ per preſentes. Cōſtitu
tionibus apoſtolicis ac ſtatutis ⁊ conſuetudinib⁹ predictis ac alijs ordi
nis ac regule predictoꝝ capitulis iuramento ꝯfirmatione apoſtolica
vel alia quauis firmitate vallatis ceteriſꝗ cōtrarijs non obſtātib⁹ qui-
buſcunꝗ. Et vt fratres ipi in humilitatis paupertatis ſpiritu ac caſti-
monia virtutum dn̄o famulantes: ad huiuſmodi mitigatam regulā ob
ſeruādam feruentius animentur: omnibus ⁊ ſingulis fratribus dicti or
dinis preſentibus ⁊ futuris dūtaxat qui regulā ipām ſicut premittitur
moderatā deuote obſeruauerint: ſeu in obſeruātia ipſius vixerint: vt ſu-
periores ipoꝝ dicti ordinis ꝓfeſſorū vel alius quicūꝗ idoneus eiuſdē
ordinis ſacerdos. omniū peccatoꝝ ſuorum de quibus corde contriti ⁊

ore confeſſi fuerint. ſemel tantum in mortis articulo plenā remiſſionem
eis in ſynceritate fidei vnitate ſancte romane eccleſie ac obedientia ⁊ de
uotione noſtra vel ſucceſſoꝝ nr̄orum romanoꝝ pontificum canonice in
trantium necnon obſeruātia predicta perſiſtētib⁹ auc̄tate apoſtolica cō
cedere valeant: deuotioni eorum tenore p̄ntium indulgemus: ſic tamen
ꝙ ijdem ſuperiores de ijs de quibus fuerit alteri ſatiſfactio impendēda
eiſdem fr̄ibus per ipſos (ſi ſuperuixerint) vel per alios ſi forte tunc tran
ſierint faciendū iniungant: quā ipſi fratres facere teneantur vt p̄fertur.
Et ne (qđ abſit) ꝓpter huiuſmodi gr̄am predicti fr̄es reddantur ꝓcliui
ores ad illicita in poſteruz cōmittenda: volumus, ꝙ ſi ex confidentia re
miſſionis huiuſmodi predicti fratres. aliqua forte cōmitterēt: quo ad il-
la predicta remiſſio eis nullatenus ſuffragetur. Et inſuꝑ q per vnuz an
num ex quo p̄ns noſtra conceſſio ad eorūdem fratrum pro tempore exi
ſtentium noticiam peruenerit cōputandū: ſingulis ſextis ferijs impedi
mento legitimo ceſſante ieiunent. Qđ ſi predictis ferijs ex p̄cepto eccle-
ſie. regulari obſeruantia: iniuncta pn̄ia. voto vel alias ieiunare teneātur
vna alia die ſingularum ſeptimarum eiuſdem anni qua ad ieiunandum
non ſunt aſtricti ieiunent. Et ſi in dicto anno vel aliqua eius parte eſſent
legitime impediti: anno ſequenti vel alias ꝗ̄ primū poterūt modo ſimi
li ſupplere huiuſmodi ieiunium teneantur. Porro ſi forſan alias preli-
batum ieiuniū in toto vel in parte quādocunꝗ adimplere cōmode non
poterint: eo caſu ſuperiores ipſoꝝ ieiuniū ipſum in alia pietatis opera
(prout aīarum illorum ſaluti viderint expedire) cōmutare valeant. que
ipi pari modo debeant adimplere: alioquin huiuſmodi noſtra preſens
conceſſio quoad non obſeruantes dumtaxat nullius ſit roboris vel mo-
menti. Nulli ergo omnino hoīm liceat hanc paginam noſtroꝝ ſtatuti
ordinationis: conſtitutionis: conceſſionis ⁊ voluntatis infringere: vel ei
auſu temerario contraire. Si quis aūt hoc attentare preſumpſerit: indi
gnationē oīpotentis dei ⁊ beatorum ap̄lorum eius petri ⁊ pauli ſe noue
rit incurſurū. Datum rome apud ſanctum petrum. Anno incarnationis
dn̄ice milleſimo quadringēteſimo trigeſimo primo. quintodecimo kl̄s
martij pōtificatus nr̄i. Anno p̄mo. PIUS EPISCOPUS
ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs priori generali ⁊ fratribus ordinis
glorioſiſſime dei genitricis ſemperꝗ virginis marie de monte Carme-
li. Salutem ⁊ apoſtolicam benedictionem. Ad hoc diuina miſeratio in
apoſtolica ſede plenitudinem poteſtatis conſtituit: vt roman⁹ pontifex
q claues a btō petro p̄tātis ⁊ diſcretiōis accepit, erga ſingulos fideles
p̄ſertim altiſſimo ſub regulari hitu famulātes clemētia vtat̄ ⁊ gr̄a: ac in
benigniorē inclinādo ſn̄iam rigori māſuetudinē āteponat. Cū aūt ſicut
exhibita nobis nuꝑ ꝓ p̄te vr̄a petitio ꝯtinebat: ꝙ fe. Re. Eugeni⁹ papa
iiij. p̄deceſſor noſter vobis ⁊ alijs eiuſdē ordinis ꝓfeſſorib⁹ q ꝓ tp̄e eēnt
ꝙ trib⁹ dūtaxat dieb⁹ ſingularū ſeptimarū ſiue hebdomadaꝝ qb⁹ iuxta
ipi⁹ vr̄i ordinis inſtituta regularia eſſetis aſtricti : p̄terꝗ̄ in aduentu dn̄i
⁊ quadrageſima ac alijs generalibus dieb⁹ ieiunijs carnibus veſci libe
re ⁊ licite poſſetis: gratioſe ꝯceſſerat: ⁊ ſicut. eadē petitio ſubiūgebat a ꝯnō

Pi⁹ papa. ij. ꝯcedit p̄latꝫ licentiā diſpēſā di circa ieiunia regule.

l

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

nullis eiuſdem ordinis ꝓfeſſoribus reuocet in dubiū: an illis diebus q̄bus eſus carniū vobis ꝯcedit ieiunare tenemini: ꝓ eo ꝙ in cōceſſione p̄dicta nō ſolū mitigatione abſtinētie ſed ⁊ relaxationē ieiunij petitum fuiſſe ꝯſpicit. quo fit vt duoꝝ dierum in ebdomada quibus extra diem dn̄icū vobis eſus carniū indulget: huiuſmodi ieiuniū fuerit relaxatum. Nos volen. ꝯſciarum vr̄arum quieti ⁊ trāquillitati ꝯſulere. ⁊ ābiguitatis p̄dicte ſcrupulū amputare: ꝙ tu dilecte fili prior generalis ⁊ qui pro tp̄e erunt tui in dicto officio ſucceſſores pſonarū locoꝝ ⁊ tēpoꝝ qualitate attenta cū frībus dicti ordinis iuxta ꝯſcie tue arbitriū ſup p̄miſſis diſpenſare valeas: auc̄tate ap̄lica tenore p̄ntium facultatē ꝯcedim̄ ac etiā ptātem. Nulli ergo oino hoīum liceat hanc paginā nr̄e volūtatis ⁊ cōceſſionis infringere: vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si qs aūt hoc attētare p̄ſumpſerit: indignationē oīpotentis dei ac btōꝝ petri ⁊ pauli ap̄l'orum eius ſe nouerit incurſurū. Datū mantue. Anno incarnatiōis dn̄ice milleſimo quadringēteſimo quinq̄geſimo nono, nonis decēbris pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Urban9 papa iiij. ꝯcedit fratrib9: poſſe recipere loca ſibi ad habitādū cōceſſa. ⁊ inibi diuina celebrare.

URBANUS epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filijs generali ac ceteris prioribus ac fratribus ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſemper virginis marie de monte carmeli: ſalutem ⁊ apoſtolicam benedictionē. Speciali gratia ⁊ fauore vos illa de cauſa dignos potiſſime reputamus: quia toto cordis affectu ad hoc intenditis, vt per ſancte cōuerſationis ⁊ vite ſtudium conſpectui dei ⁊ hominū placeatis. Hinc eſt ꝙ nos veſtris ſupplicatiōib9 annuentes: preſentium vobis auctoritate concedimus: vt ſi aliqui chriſti fideles aliqua loca ad ſe ſpectantia que feudalia ſeu cenſualia non exiſtant vobis contulerint intuitu pietatis: liceat vobis de conſenſu dioceſanorum illa recipere: ac in eorum ſingulis eccleſiam aut oratorium cum cāpanili ad opus veſtrū conſtruere: ⁊ inibi diuina officia celebrare: necnon in huiuſmodi cāpanili pro cōuocandis veſtris fratribus campanā iuxta eccleſiā vel oratoriū ip̄m: cimiterium ⁊ liberā ſepulturam habere: canonica iuſtitia ⁊ parrochiali iure parrochialiū ⁊ vicinarū eccleſiarū in oībus ſemper ſaluis. Nulli ergo oinō hoīum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Si quis aūt hoc attentare p̄ſumpſerit indignationē oīpotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli ap̄l'orum eius ſe nouerit incurſurum. Datum viterbij decimo ſexto kl's iulij pontificat9 nr̄i anno p̄mo

Joānes papa xxij. cōſtitutionē incipientē ſup cathedrā bonifacij. viij. frībus mino. ⁊ p̄di. ꝯceſſā: extendit ad frēs carmelitas.

IOANNES. ep̄us ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs generali ⁊ vniuerſis prioribus ⁊ fratribus ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſemper q̄ virginis marie de monte carmeli ſalutem ⁊ apoſtolicā benedictionem. Inter ceteros ordines in agro plantatos eccleſie ſacrū veſtrū ordinem claris ſuis exigētibus meritis gerētes in viſceribus charitatis: ad ea vigilanter intendimus, ac opem ⁊ operam ſollicitam impartimur: ꝑ que ſtatus eiuſdem ordinis ad diuini nominis gloriam ⁊ exaltationem catholice fidei ⁊ honorem ordinis ſupradicti proſperis ſemper ſucceſſibus fluat: tranquillis foueatur euentibus ⁊ votiuis proficiat incremētis Sane pro parte veſtra fuit in conſiſtorio ꝓpoſitum coram nobis. ꝙ or-

do veſter cuius inſtitutio conciliū generale preceſſit ab antiquo per ſedem apoſtolicam approbatus: in diuerſis mundi partibus in ſacra pagina magiſtris: bachalarijs: lectoribus: ſcholaribus ⁊ q̄ plurimis ſacerdotibus eruditis ac ſufficiēter inſtructis in predicationis officio verbi dei noſcitur reflorere: ac in eiſdem partibus fratres ſufficientes ⁊ vtiles ad irrigandum agrum fidelium rore verbi diuini ⁊ excolendum eorūdem fideliū mentes non ſolū eruditione ſermonis ſed confeſſionum auditione ⁊ penitentiarum impoſitione ſalutariū exiſtere dignoſcuntur: ꝙ q̄ a nonnullis prelatis: rectoribus: ſacerdotibus ⁊ clericis parrochialium eccleſiarum per diuerſas orbis prouincias conſtitutis vobis ſuper premiſſis impedimenta preſtantur: ⁊ faciendi predicta licentia voluntarie denegetur. Quare pro parte veſtra vltra nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt prouidere vobis ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur ob ſpecialem dilectionis affectum quem ad ordinem gerimus ſupradictum: volentes vos ſuper premiſſis ⁊ alijs ꝓſequi gratioſe. veſtris ſupplicationibus inclinati: de fratrum noſtrorum conſilio auctoritate apoſtolica conſtitutionē que incipit. Sup cathedram dudū per pie memorie bonifacium papā. viij. editā. ⁊ poſtmodū per fe. re. clemētē papā. v. p̄deceſſores nr̄os in viēnenſi cōcilio innouatā. ſup predicationibus faciendis: iniungēdis penitētijs: abſolutiōibus impēdēdis, ac ſepultura ⁊ obuētionibus tam funeralium q̄ relictoꝝ datoꝝ ⁊ donatoꝝ ⁊ ceteris alijs in eadem ꝯſtitutione contentis ſicut eadē conſtitutio frēs p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordinū de quib9 dūtaxat ſpālis habet in ea mētio cōprehendit: ad ordinē veſtrū ⁊ frēs ipſius decernim9 extendendā: volētes etiā ⁊ eadē auc̄tate decernētes: ꝙ p̄fata ꝯſtitutio ſup oīb9 ⁊ ſingulis tā ſupius deſignatis q̄ alijs q̄buſcū q̄ in eadē ꝯſtitutiōe contētis: q̄ oīa auc̄tate p̄ntiū frīb9 vr̄i p̄dicti ordinis ꝯpetere volum9 ſicut ꝑ ꝯſtitutionē ip̄am eiſdē p̄dicatorib9 ⁊ minorib9 ꝯpetūt: in vobis ⁊ p̄fati ordinis frīb9 in cōcuſſe ⁊ integraliter obſeruet: ita ꝙ ꝯſiderata pſonarū ꝯditiōe quas ad id habueritis idoneas ac cleri ⁊ populi q̄titate, eorūdē fratrū quos ad hmōi audiēdarū cōfeſſionū officiū elegeritis metiamini numerū: vos infra modū ꝯgruū ꝯtinētes ⁊ nūq̄ in aliquo excedētes: vt ſic moderatiōe ſeruata nec alijs q̄b9 hoc ꝑ eandē ꝯſtitutiōē ꝯcedit ad inuidiā vel ſcādalū: nec locoꝝ ordinarios q̄b9 frēs ordinis vr̄i a vobis electos p̄ntare debebitis ꝯtra vos aliq̄ten9 ꝓuocetis. Nulli ergo oino hoīum liceat hāc paginā nr̄arū ꝯſtitutionū ⁊ volūtatū infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Si qs āt hoc attētare p̄ſūpſerit: indignationē oīpotētis dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli ap̄l'oꝝ ei9 ſe nouerit incurſurū. Datū auinioñ. vndecimo kl's decēbris pōtificat9 nr̄i. Anno vndecimo.

Calixt9 papa iij. confirmat bullas eugenij. iiij. ⁊ nicolai. v. approbātes ꝯſtitutiōē ſup cathedrā bonifacij. viij. ⁊ reprobantes errores exortos ſuper illam

CALIXTUS ep̄s ſeru9 ſeruoꝝ dei ad futurā rei memoriā. Inter cetera q̄ nr̄e paſtorali cure ꝯpetūt: ea ip̄a ꝓculdubio potiſſima eē decernim9. q̄b9 xp̄i fideles cūctī ꝓpulſis errorib9 i vnitate fidei ac pace q̄ete viuere: gr̄iāq̄ ꝓſeq btā ꝯſpicim9: ſed ⁊ acceptabile deo m'l'tū id eē non ābigim9. q̄ r̄ligioſas pſōas xp̄o famulātes nr̄e vigilātie miſterio ac iuſticie fauore p̄uilegijs eiſdē a ſcā ſede ap̄lica matura cū deliberatiōe ꝯceſſis nullo

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

coloꝛe impediri ſed libere frui intuemur. Nuper ſiquidē non ſine quadā
animi diſplicētia ex relatiõibus plurimoꝝ fide dignoꝝ ꝑcepim⁹: ꝙ quãq̃
fe. re. Bonifacius papa. viij. p̃deceſſoꝛ noſter in ſua ꝯſtitutiõe q̃ incipit
ſuꝑ cathedrā. quā ꝯſtitutionē ſiue decretalē poſtmodum pie memoꝛie
Clemēs papa. v. etiā p̃deceſſoꝛ noſter in cõcilio vienēſi innouauit: ⁊ que
ſubſequēter ad eremitaꝝ ſancti auguſtini ⁊ glorioſiſſime dei genitricis
ſemperq̃ virginis marie de monte carmeli ordinū fratres ꝑ ſedē apl'i-
cam extenſa fuit: inter cetera ſtatuerit ⁊ ordinauerit. ꝙ in ſingulis ciuita
tibus ⁊ dioceſib⁹ in quib⁹ p̃dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordinū fratrū loca ꝯſiſte-
rent: ac in locis ipis vicinis in quibus loca huiuſmodi nõ haberēt. ma-
giſtri ⁊ pꝛioꝛes pꝛincipales pꝛedicatoꝝ aut eoꝝ vicarij generales ac ꝓ-
uinciales miniſtri necnon cuſtodes minoꝝ ordinū p̃dictoꝝ ad pñtiã p̃
latoꝝ ibidem ſe ꝯferrēt per ſe vel frēs quos ad hoc idoneos foꝛe putaue
rint humiliter petituri: vt frēs qui ad hoc foꝛent electi in eoꝛum ciuitati
bus ⁊ dioceſibus ꝯfeſſiões ſuoꝝ ſubditoꝝ ꝯfiteri ſibi volentiū audire li-
bere valerent: ac eiſdē ꝯfitentibus ꝓut ſcd'm deum expedire cognoſce-
rent. pñias imponere ſalutares: ac beneficium abſolutiõis impendere
de lĩa gratia ⁊ beneplacito eoꝛūdem. p̃fatiq̃ magiſtri pꝛioꝛes ⁊ mini-
ſtri ſtuderent eligere perſonas idoneas ac ſufficiētes vite ꝓbate diſcre
tas modeſtas atq̃ peritas ad tam ſalubꝛe miniſteriū ⁊ officiū exequēdū:
quas ſic electas pꝛelatis ipis pñtarent vel facerent pñtari. vt de illoꝛum
lĩa ⁊ beneplacito ciuitatibus ⁊ dioceſibus eoꝛūdē perſone ſic electe hu-
iuſmodi cõfeſſiões ſibi cõfiteri volentiū audirēt: ⁊ eis imponerēt pñias
ſalutares: ac beneficiū abſolutionis impēderēt: ac etiā bone memoꝛie
Ioānes papa. xxij. p̃deceſſoꝛ nr̃ certos erroꝛes dānauerit ⁊ repꝛobauerit d̄
aſſēſu frm̄ ſuoꝝ eccl'ie romane cardinaliū. necnõ celebꝛis recoꝛdatiõis
Eugenius papa. iiij. etiā p̃deceſſoꝛ noſter erroꝛes ipſos pꝛo falſis errone
is ⁊ aduerſantibus ſacris canonibus dānatos repꝛobatoſq̃ declaraue-
rit cum quibuſdā alijs atq̃ decreuit. Et ſubſequēter pie memoꝛie Nico-
laus papa. v. ſimiliter p̃deceſſoꝛ noſter de fratrum ſuoꝝ cõſilio de quoꝝ
numero tunc eramus. dicti Eugenij p̃deceſſoꝛis lr̃as in oĩbus ⁊ per oĩa
appꝛobauerit ⁊ ꝯfirmauerit: pꝛout in ſingulis Eugenij ⁊ nicolai p̃deceſ
ſoꝛum lr̃is hm̃õi plenius ꝯtinet. Quarū quidem tenoꝛ ſequit' ⁊ ē talis.
NICOLAUS epũs ſeruus ſeruoꝝ dei. Uniuerſis ⁊ ſingul' vene-
rabilib⁹ frib⁹ pt̃iarchis archiepĩs ⁊ epĩs ac dilectis filijs electis ⁊ abbati
bus vbilibet ꝯſtitutis ad quos pñtes lr̃e ꝑuenerint: ſalutē ⁊ apl'icā bñ-
dictionē. Pꝛouiſionis nr̃e debet ꝓuenire ſubſidio. vt ea que a bone me
moꝛie p̃deceſſoꝛibus noſtris in religionis augmētū vtiliter geſta ſunt: il
leſa ꝑmaneāt: ⁊ ab oĩbus inuiolabiliter obſeruētur. Hinc eſt ꝙ nos teno
res quarūdam lr̃arum fe. re. Eugenij pape. iiij. p̃deceſſoꝛis noſtri in ipi
us regiſtro repertos: de regiſtro ipſo de verbo ad verbū tranſcribi ⁊ p̃-
ſentibus annotari fecimus. qui ſunt tales. EUGENIUS epũs ſer-
uus ſeruoꝛum dei. Uniuerſis ⁊ ſingulis venerabilib⁹ frib⁹ patriarchis
archiepĩs ⁊ epĩs ac dilectis filijs electis ⁊ abbatibus vbilibet ꝯſtitutis
ad quos pꝛeſentes lr̃e ꝑuenerint: ſalutem ⁊ apoſtolicam benedictionē.
Gregis nobis crediti curam gerentes peruigilem: ſtudijs efficere cona-

mur aſſiduis: vt pro quoꝝ ſalute languores humanos altiſſimi filius ꝑ
peti voluit: fideles execrandis non inuoluātur erroribus: ſed noſtri dire
ctione miniſterij ꝓut ſuperna grã ꝯtulerit. a noxijs ac diſpendijs iugiter
preſeruētur: ⁊ vt etiam vos in p̃te ſollicitudinis vocati pro dictis ſtirpā
dis erroribus opem ⁊ operam feruētius impēdatis: vos pro iniuncto
nobis officio excitamus. Dudū ſiquidē fe. re. bonifacius papa. viij. pre
deceſſor noſter in ſua que incipit. Super cathedrā. ꝯſtitutiõe ſiue decre-
tali quā poſtea pie memorie clemēs papa. v. etiā p̃deceſſor nr̃ i vienēñ.
concilio ĩnouauit: ⁊ q̃ ſubſequēter ad eremitarū ſancti auguſtini ⁊ beate
dei genitricis ſemꝑq̃ virginis marie de monte carmeli ordinū frēs per
ſedē apl'icam extenſa fuit: inter cetera ſtatuit ⁊ ordinauit: ꝙ in ſingulis
ciuitatibus ⁊ dioceſib⁹ in quib⁹ p̃dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordinū fratrum loca
ꝯſiſterent: ac in locis ipis vicinis in quib⁹ hm̃õi loca non haberētur. ma-
giſtri ⁊ priores: ꝓuinciales miniſtri necnõ cuſtodes ordinū p̃dictoꝝ ad
pñtiam p̃latoꝝ ibidem ſe cõferrent per ſe vel per frēs quos ad hoc ido-
neos fore putarent: humiliter petituri vt fratres qui ad hoc electi forēt:
in eoꝝ ciuitatibus ⁊ dioceſib⁹ ꝯfeſſiões ſuoꝝ ſubditoꝝ confiteri ſibi volē
tium audire libere valerēt: ⁊ hm̃õi cõfitentib⁹ ꝓut ſcd'm deum expedire
cognoſcerent: pñias imponere ſalutares: ac bñficiū abſolutiõis impen-
dere de lĩa gratia ⁊ beneplacito eorūdez: p̃fatiq̃ priores ⁊ miniſtri ſtu
derent eligere ꝑſonas idoneas. ſufficiētes: vite ꝓbate: diſcretas: mode-
ſtas atq̃ ꝑitas ad tam ſalubre miniſteriū ⁊ officiū exequendū: quas ſic
electas p̃latis ipis pñtarent vel pñtari facerent. vt de eoꝝ lĩa ⁊ bñpla-
cito in ciuitatibus vel dioceſibus eorūdē: ꝑſone ſic electe hm̃õi ꝯfeſſiões
ſibi confiteri voleñ. audirent: ⁊ eis imponerēt pñias ſalutares ac bñficiū
abſolutiõis impenderēt: ꝓut in ipa ꝯſtitutiõe ſiue decretali plenius con
tinetur. Et licet poſtmodū ad pie recordatiõis Joānis pape. xxij. etiam
p̃deceſſoris nr̃i noticiā deducto. ꝙ quondā ioānes de poliato magiſter
in theologia ſequētes articulos tenuerat publiceq̃ docuerat: ꝙ confeſſi
fribus lĩam generalē ꝯfeſſiones audiendi hñtibus. eadē peccata que
cõfeſſi fuerant: iterū ꝓprio ſacerdoti confiteri teneātur. ac ſtante ſtatuto
omnis vtriuſq̃ ſexus in ꝯcilio generali nec deus nec romanus pontifex
facere põt. ꝙ parrochiani nõ tenerētur oĩa peccata ſua ſemel in anno ꝓ
prio ſacerdoti. ſ. parrochiali curato ꝯfiteri: ꝙq̃ nõ poſſet papa genera-
lē dare ptātem audiendi ꝯfeſſiones imo nec deus. quin ꝯfeſſus generalē
hñti lĩam teneretur eadē iterū ꝓprio ſacerdoti veluti parrochiali cura
to confiteri: dictus Joannes p̃deceſſor a verbis que vas electiõis ꝓtu-
lit exordiū ſumēs: habita inde per plures ſacre pagine ꝓfeſſores exaĩa-
tione diligēti. necnon de venerabiliū fratrū ſuoꝝ romane eccl'ie cardina-
liū conſilio ⁊ aſſenſu: p̃fatos articulos tãq̃ falſos ⁊ erroneos ⁊ a ſana do
ctrina deuios auctate apoſtolica damnauerit ⁊ reprobauerit: ipeq̃ Joã
nes de poliato veris rõnibus opinioni quā dudū habuerat. ⁊ ꝯtrarijs. ⁊
quibus rñdere nõ poterat. demõſtratos eoſdē articulos nõ eſſe veros
affirmās: illos in cõſiſtorio publico necnõ ipſoꝝ Joānis pape ⁊ cardina
liū pñtia reuocauerit: tñ ſicuti nuꝑ fratrū ordinū lamētabili eorūdē q̃re

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ja ad nr̃ m̄ non ſine diſplicentia graui peruenit auditum: plures eccleſia-
ſtice necnon alie vtriuſq; ſexus pſone reprobos ſupſticioſoſq; articulos
huiuſmodi amplexãtes: fideliumq; aĩos inficere: ac eis vt fratrib⁹ ordi
nũ hmõi non confiteantur ⁊ ab eoꝝ deuotione retrahere molientes: ne
dum predictos ſed ⁊ alios etiã ſacris canonibus oĩno contrarios arti-
culos aſtruere publice non verentur: videlicet ꝙ confeſſio fr̃ibus ſic ele-
ctis ⁊ admiſſis facta: dubitabilis ſit ⁊ incerta: vnde tenẽt oẽs incertum
dimittere. ⁊ ſic ſolũ ꝯfiteri ſuis ſacerdotib⁹ curã aĩarũ hñtib⁹ ſub pena
peccati mortalis: ac q̃uis ipi frẽs admiſſi auc̃tatẽ habeãt ꝯfeſſiões au-
diendi ⁊ abſoluẽdi: tñ ad eos accedẽdi popul⁹ ſubiect⁹ ſine lnĩa ꝓpriȷ̃ ſa
cerdotis nõ habet ptãtem: frẽs quoq; p̃uilegia ꝓ ꝯfeſſiõibus audiẽdis
⁊ ſepulturis habẽdis petẽtes in peccato mortali. ⁊ romañ. põtifices il-
la mẽdicãtibus ꝯcedẽtes ſiue ꝯfirmãtes etiã in ſimili peccato ⁊ excõica
ti ſunt: ac dicti frẽs mendicãtes nõ paſtores ſ; fures latrones ⁊ lupi cen
ſentur. ſacerdos aũt curatus mẽdicãtibus ꝯfeſſiones audiẽdi lnĩam dãs
magis ſup iſto ſtatuto. oĩs vtriuſq; ſexus diſpẽſat q̃ʒ papa fr̃ibus lnĩaʒ
tribuens iuxta formã decretalis antedicte. Nos igit aĩarũ ⁊ alia q̃ p̃miſ
ſoꝝ articuloꝝ occaſione niſi ꝓdeuntes inde ꝯfutarẽtur errores ſuccede-
re poſſent pericula trepidãtes: ac illis q̃tũ in nobis fuerit obuiare cupi-
entes: oẽs articulos vna cũ venerabilib⁹ fr̃ibus nr̃is ſancte romane ec-
cleſie cardinalib⁹ mature inſpexim⁹: ⁊ per diuerſos in iure canonico do
ctores ⁊ ſacre pagine ꝓfeſſores diligẽter exaĩari fecim⁹. ⁊ q2 ꝓtin⁹ illos
falſos ⁊ erroneos ac eiſdẽ canonibus aduerſos fore reperim⁹: illos d̃ di-
ctoꝝ fratrũ nr̃orum ſancte romane eccleſie cardinaliũ ꝯſilio ⁊ aſſenſu au
ctoritate aplĩca pro falſis ⁊ erroneis ⁊ aduerſantib⁹ ſacris canonibus
dãnatos reprobatoſq; declaram⁹ atq; decernim⁹. Quo circa vniuerſita
ti vr̃e per aplĩca ſcripta mãdamus: q̃tenus ſinguli veſtrũ qui ſup his a
quoq̃ꝫ p̃dictoꝝ ordinũ p̃dicatoꝝ minoꝝ ⁊ auguſtiñ. ⁊ glĩoſiſſime dei ge
nitricis ſemperq; virginis marie de mõte carmeli ſup p̃miſſis p̃uilegia
torum magiſtro generali ac ꝓuinciali miniſtro vicario vel alio gerente
officiũ fueritis requiſiti: ad ꝯfutandos ⁊ reprimẽdos ac penit⁹ tollẽdos
hmõi errores (ꝓut in p̃fatis decretali ſiue ꝯſtitutione. ſup cathedrã. ac
extrauagãte vas electiõis ꝯtinet) diligẽti ſtudio ac cura ꝓuideatis ⁊ in
tendatis: p̃fataſq; ꝯſtitutiões integre ſeruãtes faciatis ab oĩbus inuio
labiliter obſeruari. Et ſi quos forſan hmõi dãnatos vt p̃fertur articulos
aut aliquẽ ſeu aliquos eorũ ptinaciter aſſerere vl' temere p̃dicare inuenie
tis: ꝯtra illos cõiter vel diuiſim tãq̃ꝫ ꝯtra hereticos ⁊ de catholica fide ſu
ſpectos ꝓcedere: necnon ipſos ⁊ eorum quẽlibet iuxta tantoꝝ exceſſuuʒ
qualitatẽ per cenſurã eccleſiaſticã ⁊ alia opportuna iuris remedia aucto
ritate p̃dicta cõpeſcere ſtudeatis: in ꝯtrariũ faciẽtibus non obſtãtib⁹ q-
buſcunq;. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hanc paginam noſtre declara-
tionis ⁊ ꝯſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Si quis
aũt hoc attentare p̃ſũpſerit: indignationẽ oĩpotentis dei ⁊ beatorum pe
tri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurũ. Datum rome apud ſan-
ctum petrum. Anno incarnationis dñice milleſimo quadringenteſimo

quadrageſimo ſexto. decimo ſeptimo kl's februariȷ̃ põtificatus nr̃i an
no ſexto decimo. CETERUM vt earũdem lr̃arum tenores maio-
ris roboris ⁊ efficacie cenſeãtur: nos de venerabiliũ fratrum nr̃oꝝ ſan-
cte romane eccleſie cardinaliũ conſilio ⁊ aſſenſu eaſdem p̃deceſſoris nr̃i
lr̃as in oĩbus ⁊ per oĩa innouantes: approbamus ꝯfirmamus ⁊ p̃ntis
ſcripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hãc pagi
nã nr̃e inouatiõis: apꝓbatiõis ꝯfirmatiõis ⁊ cõmunitiõis infringere: vl'
ei auſu temerario cõtraire. Si quiſ aũt hoc attentare p̃ſumpſerit: idigna
tionẽ oĩpotentis dei ⁊ btõrum petri ⁊ pauli aplõrum eius ſe nouerit in-
curſurũ. Datũ rome apud ſanctũ petrũ. Anno incarnatiõis dñice mille
ſimo quadringenteſimo q̃drageſimo octauo. tertio kl's iuniȷ̃ põtificat⁹
nr̃i anno ſcd̃o. VERUMTAMEN dum pridẽ in vigilia penteco
ſtes ꝓxime p̃terita prefate lr̃e nicolai p̃deceſſoris nr̃i venerabili fr̃i nr̃o
ep̃o pariſieñ. ſeu in eius ep̃ali curia p̃ſentate forent: dilectus filius guil-
lelmus rineti protunc rector vniuerſitatis pariſieñ. eaſdẽ impediri fecit
aſſerens dicti Nicolai p̃deceſſoris noſtri lr̃as d̃ falſo plurimũ ſuſpectas
pacis in eadem vniuerſitate ſolemniter iurate ⁊ ſtatus hierarchici in ec
cleſia ſancta dei plurimũ turbatiuas ⁊ ſcandaloſas: ⁊ aduerſas iuris cõ
munis ſanctionibus ſacris ⁊ pragmatice ſanctioni: ⁊ ꝙ ſuper illis renũ
ciando ⁊ illarum reuocatoria impetrando religioſi quattuor ordinum
mendicantium fuerunt attentius ſummati. quod facere rẽnuerant ⁊ di-
ſtulerant: per ſuas patentes litteras vniuerſis notum fecit: ꝙ ex cauſis
premiſſis ⁊ aliȷ̃s rationabilibus de mandato ac ſpeciali ⁊ matura deli-
beratione ⁊ concluſione dicte vniuerſitatis omnes ⁊ ſinguli illius de di
ctis quattuor ordinibus mendicantium a gremio prefate vniuerſitatis
erant perpetuo priuati: non iurati aut ab eiuſdem vniuerſitatis conſor
tio ⁊ graduum in eadem ſuſceptione ſimiliter reſecati. ſi autem dictis ſu-
is obtemperarent concluſionibus cum effectu eadem vniuerſitas cum
eiſdem minime agere intendebat. Et etiam cum ſtatutis ⁊ priuilegiȷ̃s
dicte vniuerſitatis ⁊ precipue. fe. Re. Alexandri. iiȷ̃. inter cetera contine
ri dicatur: ꝙ ſi forte magiſtris ⁊ ſcholaribus dicte vniuerſitatis hoſpi-
tiorum ſubtrahatur taxatio. aut eis vel alicui ipſorum iniuria vel exceſ-
ſus inferrentur enormes vtpote mortis vel membri mutilatio. niſi con-
grua monitione premiſſa infra quindecim dies foret ſatiſfactum: liceret
eiſdem magiſtris ⁊ ſcholaribus vſq; ad ſatiſfationem condignam ſu-
ſpendere lectiones: ⁊ ſi aliquem eorum indebite incarcerari continge-
ret fas eſſet ipſis (niſi monitione prehabita ceſſaret iniuria) a lectio-
ne ceſſare: ꝙq; ſi pro aliqua ex cauſis in conſtitutione pie memorie Gre
goriȷ̃ pape. viiȷ̃. contentis eadem vniuerſitas lectiones duceret ſuſpen-
dendas: omnes magiſtri tam regulares q̃ʒ ſeculares ipſas ſuſpendere
tenerentur: has niſi cum vniuerſitate minime reſumpturi. eueniatq;
interdum vt ex cauſis premiſſis ab huiuſmodi lectionibus ceſſatio
fiat: rector ⁊ vniuerſitas religioſos predictos (vt de aliȷ̃s tacemus)
non ſolum a lectionibus huiuſmodi verum etiã a predicationib⁹ ver-
bi dei ceſſare cõpellũt: in ſedis apoſtolice irreuerentiã, ⁊ fidei chriſtiane

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

diſpendiū ac perturbationē dictoꝝ religioſoꝝum. necnō malū exemplū
⁊ ſcandalū plurimoꝝ. Quare pro parte dictoꝝ religioſoꝝ nobis fuit hu
militer ſupplicatū: vt in premiſſis opportune ꝓuidere paterna diligen
tia curaremꝰ. Nos igitur ad quos ex officio nobis cōmiſſo ꝑtinet in ꝑ-
miſſis vigilantie nr̄e curas adhibere: ſciētes ꝙ ꝑdicte nicolai lr̄e matu
ra cū deliberatione ꝓceſſerūt: ⁊ ꝙ nullo capite reputāde ſunt de falſitate
aut ſurreptione vl̄ obreptione ſuſpecte. nec ſtatꝰ hierarchici in eccl̄ia dei
turbatiue vel ſcandoloſe. nec ſacris canonibꝰ aduerſantes, ſed potiꝰ con
ſone ⁊ ſaluti aiaꝝ chriſti fideliū plurimū ꝓfecture: easq̄ de venerabiliū
fratrū noſtroꝝ cardinaliū conſilio ⁊ aſſenſu innouamꝰ confirmamꝰ et
approbamꝰ ſerie cum preſenti: mandātes illas ac oīa ⁊ ſingula in eis
necnon eugenij predeceſſoris litteris hmōi contenta: ſub excōicationis
⁊ alijs diuerſis ſentētijs cenſuris ⁊ penis firmiter obſeruari. Quodq̄ idē
rector prefatos quattuor ordinū mendicantiū fratres pro eo ꝙ determi
natiōibꝰ ſacroſancte romane eccl̄ie in materia fidei renūciare noluerūt:
reſecatos atq̄ priuatos vt prefertur notificauit: ſtatutū quoq̄ ⁊ priuile
giū alexandri. iiij. huiuſmodi ſolū de ceſſatione a lectionibꝰ ⁊ non a pre
dicationibus mentionē fecit. hmōi ſupplicationibꝰ inclinati: ne tā cele
bres ordines quoꝝ illa preclara ſuppoſita illā vniuerſitatē francieq̄ re
gnum ac vniuerſalē eccl̄iam ſuis doctrinis ⁊ exemplis decorauerūt atq̄
decorant: tā ſubito tāq̄ repente fuerint ab eadē vniuerſitate remaneāt
⁊ ſint vel cenſeantur quoquomodo reſecati: quinimmo ibidē ꝑpetue vi
geant: ⁊ notabilia membra facultatis ſacre theologie fuerint ⁊ exiſtant:
priuationē reſecationē ⁊ litteras rectoris hmōi ac in eis contēta ⁊ inde
ſecuta q̄cunq̄ de dictoꝝ fratrū noſtroꝝ cōſilio ⁊ aſſenſu auctoritate apo
ſtolica ⁊ ex certa ſciētia tenore preſentium reuocamus, caſſamus, irrita-
mus ⁊ annullamus ac nullius roboris vel momenti fuiſſe ⁊ eſſe decer-
nimus: ipſoſq̄ quattuor ordines mendicantiū in priſtinū ⁊ eum ſtatum
in quo ante notificationē priuationē ⁊ reſecationem predictaſ exiſtebāt:
reſtituimꝰ ⁊ reponimus. eoſq̄ in aliquo caſuum niſi hoc in ipīs litteris
alexādri ⁊ ſtatutis antedictis caueatur expreſſe ad ceſſandum a predica
tionibus verbi dei: nec ad id per rectorem pro tempore dicte vniuerſita
tis vel quēcunq̄ alium ſeu alios compelli poſſe declaramus. ſed ipſos
quattuor ordinū mendicantium fratres tam iuratos q̄ non iuratos ⁊
alios prelatos doctores ⁊ rectores eccleſiarum ad quos ſpectat verbū
dei in ſuis eccleſijs ⁊ alijs locis vbi fuerint requiſiti: predicare libere ⁊ lici
te poſſe ⁊ debere in omnibꝰ ⁊ per oīa perinde acſi huiuſmodi ceſſatio nō
foret in caſibus antedictis: ⁊ ita litteras alexandri ⁊ ſtatuta huiuſmodi
vt iuri conſona debere intelligi declaramus. Nihilominꝰ omnibꝰ ⁊ ſin-
gulis fratribus quattuor ordinum mendicantiū predictoꝝ qui in dicta
vniuerſitate debitos ⁊ conſuetos curſus in theologia inceperint conti-
nuauerint ⁊ perfecerint ⁊ in futurū incipient continuabūt ⁊ perficient du
rante huiuſmodi aut ſimili reſecatione: vt licentie gradus ⁊ doctoratus
inſignia cancellarius dicte vniuerſitatis pro tempore (vt moris eſt) ſibi
impendat. ⁊ ſi forſan dictus cancellarius ad id requiſitus gradus licen

tie ⁊ magiſterij inſignia eis impendere contradiceret: ex tunc liceat anti
quiori magiſtro in theologia predictoꝝ quattuor ordinum mēdicātiuʒ
vel vni ad hoc deputato ab eorūdeʒ quattuor ordinum magiſtris: illis
qui dictos curſus perfecerint: gradus ⁊ inſignia huiuſmodi prout ſua
tis alijs ſolēnitatibus ⁊ examine conſuetis meruerint: abſq̄ alicuiꝰ ſpi
ritualis vel temporalis pene incurſu libere impēdere. Quodq̄ fratres ſic
per eoſdem magiſtros promoti omnibꝰ ⁊ ſingulis priuilegijs, gratijs
libertatibus. exemptionibꝰ. indultis ⁊ immunitatibꝰ gaudeāt ⁊ vtant̄
ac vti ⁊ gaudere poſſint: ſicuti illi quibꝰ idem cancellarius huiuſmodi
gradus ⁊ inſignia iuxta ſtatuta ⁊ conſuetudines dicte vniuerſitatis im-
pendit: in omnibus ⁊ per omnia perinde ac ſi gradus ⁊ inſinia predicta
ab eodem cancellario recepiſſent. eadē auctoritate cōcedimus pariter ⁊
indulgemus. Preterea q2 pretextu priuilegioꝝ dicte vniuerſitatis oc-
caſione ſeu ex cauſis predictis quidā fratres predicatorum ordinū cita
ti fuerūt atq̄ moleſtati durante huiuſmodi reſecatione: prefato ⁊ ꝓ tē-
pore exiſtenti rectori conſeruatoribus necnon magiſtris ſcholariꝰ di-
cte vniuerſitatis in virtute ſancte obedientie ⁊ ſub excōicatiōis pena la-
te ſententie a qua (niſi in mortis articulo) per alium q̄ per romanum
pontificem abſolui non poſſint: ſi ſecus egerint promulgamꝰ, ne pretex
tu priuilegiorum ſupradictorum occaſione ſeu ex cauſa predictis ipſos
fratres vel aliquem ipſoꝝ (niſi apud ſedem apoſtolicā dūtaxat) directe
vel indirecte vel alio quouis queſito colore per ſe vel per aliū ſeu alios
tam ſuper reſecatione a predicationis ceſſatione, q̄ gradus impoſitiōe
⁊ q̄ alias occaſione ſeu ex cauſa predicta moleſtare, vexare ſeu pertur-
bare preſumant: eadē auctoritate diſtrictius inhibemꝰ. Decernentes ex
tunc irritum ⁊ inane ſi ſecus ſuper his a quoq̄ quauis auctoritate ſcien
ter vel ignoranter cōtigerit attētari. Nulli ergo omnino hominū liceat
hanc paginam noſtrorum monitionis. confirmationis. approbationis
mandati. reuocationis. caſſationis. irritationis. annullationis. conſtitu
tionis. reſtitutionis. repoſitionis. declarationis. conceſſionis: indulti. ꝓ-
mulgationis. inhibitionis ⁊ decreti infringere: vel ei auſu temerario con
traire. Siquis autē hoc attentare preſumpſerit: indignationē omnipo
tentis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſurū. Da-
tum rome apud ſanctū petrum anno incarnatiōis dn̄ice milleſimo qua
dringenteſimo quinquageſimo ſexto. decimo kl'ꝭ aprilis Pōtificatus
noſtri anno ſecundo. ALEXANDER epūs ſeruus ſeruoꝝ
dei dilectis filijs generali ⁊ ꝓuincialibus priori bꝰ ⁊ fratribꝰ eremitaꝝ
ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſemꝑq̄ virginis marie de mōte car
meli ſalutē ⁊ apoſtolicā benedictionem. Deuotionis veſtre precibꝰ incli
nati: miniſtrandi eccl̄iaſtica ſacramenta familiaribus veſtris. ac traden-
di eos ſepulture eccleſiaſtice cū deceſſerint. vobis auctoritate preſentiuʒ
ſine alieni iuris preiudicio concedimꝰ facultatem. Nulli ergo oino ho-
minū liceat hanc paginam nr̄e conceſſionis infringere: vel ei auſu teme
rario contraire. Siquis autem hoc attentare preſumpſerit: indignatio-
nem omnipotētis dei ac beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eiꝰ ſe no-

Alexander pa
pa. iiij. ꝯcedit:
frēs poſſe ſa-
cramēta eccle-
ſiaſtica ſuis fa
miliaribꝰ mi-
niſtrare: ac eoſ
ſepulture eccle
ſiaſtice tradere

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Urbanus .iiij. concedit: frẽs poſſe ↄ̄feſſiones ſuoꝝ familiariũ ⁊ aliarũ pſonaꝝ de licẽtia ſuoꝝ plātorũ audire.

nerit incurſurum. Datum Laterani quinto nonas martij Pontificatꝰ noſtri anno ſecundo. URBANUS epũs ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs generali ac ceteris prioribus ⁊ fratribus preſbyteris ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſemperqꝫ virginis marie de monte carmeli ſalutẽ ⁊ apoſtolicam benedictionẽ. Uobis adhoc tota mente ſollicitis vt eterno regi per vite glorioſe ſtudium placeatis: que animarum ſalutem paritura credimus: benigno fauore concedere debemus. Hinc eſt ꝙ nos veſtris ſupplicationibꝰ annuentes: preſentiũ vobis auctoritate concedimus: vt confratrum ⁊ familiarium veſtroꝝ ac aliorum chriſti fidelium cauſa deuotionis ad vos recurrentium de ſuorum licentia prelatorum confeſſiones audire: ⁊ eis ꝑ cõmiſſis penitentiã ſalutarem iniungere valeatis: niſi forte talia cõmiſerint. propter q̃ ſedes apoſtolica ſit merito conſulenda. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginaꝫ noſtre conceſſionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis aũt hoc attentare preſumpſerit: indignationẽ omnipotẽtis dei ac beatoruꝫ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datum viterbij idibus maij Pontificatꝰ noſtri anno primo. EUGENIUS epũs ſeruus ſeruoꝝ dei ad futuram rei memoriã. Sacre religionis ſub qua dilecti filij ioãnes faci prior generalis ⁊ vniuerſi fratres ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſempqꝫ virginis marie de mõte carmeli mũdanis abiectis illecebris deuotum ⁊ ſedulũ exhibent altiſſimo famulatũ. promeretur honeſtas: vt illa eis fauore beniuolo concedamus. per q̃ fratres ipſi conſcientie pacẽ ⁊ anime ſaluteꝫ in deo propitio facilius conſequantur. Hinc eſt ꝙ nos deuotis prefati generalis in hac parte ſupplicationibus inclinati: eidẽ ac quibuſcunqꝫ ſucceſſoribus ſuis ꝓ tempore exiſtẽtibus generalibꝰ prioribus necnon ab eo vel ab eis ad id pro tẽpore deputãdis vicarijs prouincialibꝰ prioribꝰ ac fratribus ordinis predicti: in confeſſionibus audiendis, in abſolutionibus impendẽdis ⁊ penitentijs iniungẽdis. alijſqꝫ ſalutem animarũ dũtaxat concernentibꝰ exequẽdis. omniũ ⁊ ſingulorum dicti ordinis fratrum preſentiũ ⁊ futurorum eãdẽ ⁊ talem poteſtatem ⁊ facultatẽ: qualẽ in premiſſis minores penitẽtiarij noſtri in romana curia preſentes ex officio habẽt ⁊ exercent: auctoritate apoſtolica tenore preſentium de ſpeciali gratia concedimꝰ atqꝫ damꝰ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nr̃e conceſſionis infringere: vel ei auſu temerario cõtraire. Siquis aũt hoc attentare preſũpſerit: indignationẽ omnipotẽtis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli apl’oꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſurum. Datũ florentie anno incarnationis dñice milleſimo quadringẽteſimo triceſimo quinto Septimo kl’s maij Põtificatꝰ nr̃i Anno quinto. CLEMENS epũs ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs generali ⁊ ceteris prioribus ac fratribus ſacri ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſempqꝫ virginis marie de monte carmeli ſalutẽ ⁊ aplicã benedictionẽ. Neceſſitatibus vr̃is paterno compatientes affectu: vt de hijs q̃ vobis in ornamentis vel pro eis libris. fabrica. luminaribus. anniuerſario. ſeptimo. vigeſimo. triceſimo. ſiue alijs ad perpetuũ cultum diuinum ſeu pro pictãtijs aut victu ad ſubſtentationẽ veſtrã vel indumen

Eugeniꝰ papa q̄rtꝰ ↄcedit fratribus in his q̃ cõcernũt ſalutẽ aiaꝝ: talẽ poteſtatẽ q̃leꝫ minores pniarij in curia romana habent.

Clemẽs papa ↄcedit: frẽs nõ teneri ad ſolutionem canonice portionis de ſibi erogatis ꝓ cultu diuio aut alijs cauſis.

tis aut calciamẽtis vr̃is pietatis intuitu erogãtur vel legãtur in vltima volũtate: necnõ ꝓ annuis cẽſibꝰ redimẽdis ad quoꝝ ſolutionẽ aliq̃ domus p̃dicti ordinis obligate noſcunt: nulli canonicã iuſticiã ſeu portionem aliquã ſoluere teneamini: dũmodo premiſſa nõ cõuertãtur in vſus alios. ſed in illos dũtaxat ꝓ quibꝰ relinquũtur: auctoritate vobis p̄ſtiuꝫ quãdiu ſine poſſeſſionibus extra ſepta monaſterioꝝ ſitis ⁊ in pauptate vixeritis indulgemꝰ. Diſtrictius inhibẽtes nequis a vobis vel vltimaꝝ executoribꝰ voluntatũ ſeu decedentiũ heredibus de p̃miſſis aliquid exigere vel extorq̃re preſumat. Nulli ergo oĩno hominũ liceat hãc paginã nr̃e cõceſſionis ⁊ inhibitionis infringere: vel ei auſu temerario cõtraire. Siquis aũt hoc attẽtare preſumpſerit: indignationeꝫ omnipotẽtis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſuꝝ. Datũ peruſij nonis auguſti Pontificatus nr̃i anno primo. NICOLAUS epũs ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs vniuerſis prioribus ⁊ cõuentibus fratrũ ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſemperqꝫ virginis marie de monte carmeli ſalutẽ ⁊ apoſtolicã benedictionẽ. Inter cetera noſtre ſollicitudinis ſtudia id propenſioribꝰ curis proſequimur: vt nr̃e prouiſiõis ope religioſe perſone deo ſeruire deſiderãtes: a ſingulis quibus eorum poſſet ſeruitium impediri. oneribus ſubleuẽtur: eiſqꝫ neceſſarioꝝ copia non deſit in ſeculo: quibꝰ celeſtia preparãtur. Hinc eſt ꝙ nos vr̃is deuotis ſupplicationibus inclinati: vobis ⁊ dicto ordini veſtro ꝑpetuo concedimus. vt de illis q̃ vobis pro fabrica eccl’iarũ ⁊ conuentuũ veſtrorũ. eccl’iaſticis ornamẽtis, luminaribꝰ. anniuerſarijs ſeptimo, vigeſimo, triceſimo ⁊ alijs diuinis cultibꝰ: pictãtijs, indumẽtis, calciamẽtis emẽdis celebrãdis ⁊ habẽdis in eiſdẽ. necnon annuis cẽſibꝰ redimẽdis: ad quorum ſolutionẽ aliq̃ domꝰ prediaqꝫ cũ hortis ⁊ alijs locis ordinis eiuſdem obligate noſcuntur: per chriſti fideles elemoſyna pietatis intuitu ſiue in funeralibus oblationibꝰ. ſepulturis. vltimis voluntatibus. legatis aut alias quoquomodo etiam abſolute iã erogate ſunt ⁊ in poſterũ forſan erogẽtur bonis: ⁊ etiã abſolute largiãtur: nulli canonicã portionẽ aliquam teneamini exhibere: aut ad id valeatis coarctari. Et nequis a vobis vel vltimarum executoribus voluntatũ ſeu decedentiũ heredibꝰ de premiſſis bonis aliquid extorq̃re vel exigere preſumat: diſtrictius inhibemus. Non obſtantibꝰ pie memorie clemẽtis pape. v. p̃deceſſoris nr̃i in cõcilio vieneñ. edita q̃ incipit Dudũ. ⁊ alijs conſtitutionibꝰ ⁊ ordinationibus: necnon priuilegijs gratijs ⁊ cõceſſionibus apoſtolicis in genere vel in ſpecie quibuſuis perſonis eccleſiaſticis ſeu locis ſub quacunqꝫ forma aut expreſſione verboꝝ conceſſis: etiã ſi de illis preſentibꝰ habenda foret mentio ſpecialis. per que preſentibꝰ non expreſſa aut totaliter de v̄bo ad verbũ nõ inſerta eoꝝ in toto vel in parte effectꝰ valeat aliq̃liter impediri: ceteriſqꝫ ↄtrarijs q̄buſcũqꝫ. Nos eniꝫ ex nũc irritũ d̃cernimꝰ ⁊ inane, ſi ſecus ſup his a quoqꝫ quauis auctoritate ſciẽter vl’ ignorãter cõtigerit attẽtari. Nulli ergo oĩno hominũ liceat hanc paginam nr̃e conceſſionis inhibitionis ⁊ cõſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis aũt hoc attẽtare preſumpſerit: indignationem

Nicolaus papa. v. concedit idem qđ in bulla p̄cedẽti cõcedĩtur.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

oīpotentis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit icur
ſuꝝ. Datū rome apud ſanctum petrū. Anno incarnatiōis dn̄ice mille
ſimo q̄dringenteſimo q̄drageſimo nono. decimo kl'ſ martij pōtificatꝰ
nr̄i anno tertio. INNOCENTIUS epūs ſeruus ſeruorum dei
dilectis filijs priori generali ac fratribus ordinis glorioſiſſime dei geni-
tricis ſemperq̄ virginis marie de monte car meli: ſalutem ⁊ apoſtolicā
benedictionē. Prouiſionis noſtre debet prouenire ſubſidio: vt ius ſuuz
cuilibet conſeruetur. Hinc eſt ꝙ nos tenorem quarūdam lr̄arum fe. Re.
Clementis pape. vi. predeceſſoris noſtri in regiſtro ipſius predeceſſoris
repertum: pro eo ꝙ ſicut veſtra petitio nobis nuper exhibita cōtinebat,
predicte originales lr̄e caſualiter ſūt ammiſſe: de regiſtro ip̄o de verbo
ad verbum ad veſtre petitionis inſtantiā p̄ntibus annotare fecimus. q
talis eſt. CLEMENS epūs ſeruus ſeruorum dei. Venerabilibus
fr̄ibus archiep̄is ⁊ ep̄is ⁊ alijs eccleſiarū prelatis ⁊ rectoribus vbilibet
conſtitutis: ſalutem ⁊ ap̄licam bn̄dictionē. Dilectos filios priorem ge-
neralem ⁊ fr̄es ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſemꝑq̄ virginis ma
rie de mōte carmeli ſuis exigētibus meritis ⁊ ſtudijs precioſis bonoruz
operū eorūdē paterne dilectiōis plenitudine ꝓſequētes: libēter eos ab
ijs que p̄nt eis afferre dāna vel grauamina preſeruamus. Sane dictoꝝ
priorum ⁊ fratrum petitio nuper nobis exhibita continebat ꝙ nonnulli
ex vobis a dilectis filijs prioribus ⁊ fratribus domorum ⁊ locoruz eiuſ
dem ordinis de ijs que creſcunt infra loca huiuſmodi nitimini exigere
decimas ⁊ etiam extorquere ac ſi magnas poſſeſſiones haberent ⁊ pri-
uilegiati non eſſent. Quare prefati prior generalis ⁊ fratres nobis hu-
militer ſupplicauerunt: vt prouidere ipſis ſuper ijs de opportuno reme-
dio dignaremur. Nos itaq̄ huiuſmodi ſupplicatiōibus inclinati: vni-
uerſitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus: quatenus de ijs que
creſcunt infra ſepta murata locorum ipſius ordinis que ipſi ordo ⁊ fr̄es
iuſte nunc poſſident ſeu in poſterū obtinebunt. decimas petere aut exige
re nullatenus preſumatis: quacunq̄ conſtitutiōe ap̄lica in contrarium
edita non obſtañ. Datum apud villā nouā auinioneñ. dioceſis decimo
kl'ſ ſeptembris pontificatus noſtri anno primo. CETERUM vt
earūdem lr̄arū tenor predictus ſic inſertus oīmodam rei ſeu facti certi-
tudinez faciat: auctoritate apoſtolica decernimus: vt illud idē robur ſeā
dēq̄ vim eūdemq̄ vigorē dictus tenor per oīa habeat: que haberēt ori
ginales lr̄e ſupradicte: ⁊ eadē prorſus eidē tenori fides adhibeať quan
docūq̄ ⁊ vbicūq̄ ſiue in iudicio vel alibi fuerit exhibitus vel oſtenſus:
⁊ ei ſtetur firmiter in oībus, ſicut eiſdē originalibus lr̄is ſtareť: ſi forent
exhibite vel oſtenſe. Per hoc aūt nullū ius de nouo vobis acquiri volu
mꝰ: ſed antiquū (ſi quod habetis) tātūmodo ꝯſeruari. Nulli ergo oīno
hoīum liceat hanc paginā nr̄e ꝯſtitutionis ⁊ volūtatis infringere: vel ei
auſu temerario contraire. Si quis aūt hoc attentare preſumpſerit: indi-
gnationem omnipotētis dei, ⁊ beatorū petri ⁊ pauli ap̄loꝝ eius ſe noue
rit incurſurum. Datuz rome apud ſanctū petrū ſexto kl'ſ iunij pōtifica-
tꝰ nr̄i anno decimo. CLEMENS ep̄s ſeruꝰ ſeruoꝝ dī dilectis filijs

Innocētiꝰ pa
pa concedit vt
bulla clemētis
vi. ꝯtinētis fra
tres nō teneri
ad ſolutionez
decime de ijs
que infra eoꝝ
ſepta creſcunt:
faciat fidē vbi-
q̄.

generali ⁊ prouincialibꝰ prioribꝰ ac fratribꝰ vniuerſis ordinis glorioſiſ
ſime virginis dei genitricis marie de monte carmeli ſalutē ⁊ apoſtolicā
benedictionē. Speciali gratia ⁊ fauore vos illa de cauſa dignos potiſſi-
me reputamꝰ: q̄ ſicut accepimꝰ toto cordis affectu ad hoc ſemꝑ inten-
ditis: vt ꝑ ſancte cōuerſationis ⁊ vite ſtudiū in cōſpectu dei ⁊ hominum
placeatis. Hinc ē ꝙ nos veſtris ſupplicationibꝰ grato cōcurrentes aſ-
ſenſu: perſonas vr̄as ⁊ loca in quibꝰ eſtis diuino obſequio mācipati. cū
omnibꝰ bonis q̄ in preſentiaꝝ obtinēt aut in futuris iuſtis modis p̄ſtā
te domino poterūt adipiſci: ſub beati petri ⁊ nr̄a protectiōe ſuſcipimꝰ:
ſpecialiter aūt loca iſta eccl'ias: domos: oratoria: hortos ⁊ alia bona ve
ſtra ſicut ea oīa iuſte pacifice poſſidetis. vobis ⁊ per vos ordini vr̄o ad
inſtar fe. re. alexādri pape predeceſſoris nr̄i auctoritate ap̄lica cōfirma-
mus: ⁊ p̄ntis ſcripti patrocinio cōmunimꝰ: diſtrictius inhibētes. vt nul
lus de hortis ⁊ virgultis vr̄is veſtros ad vſus ꝓprios d̄putatis q̄ pro
prijs manibꝰ aut ſumptibꝰ collitis: decimas a vobis exigere vel extor-
quere preſumat. Nulli ergo omnino hōinū liceat hāc paginā nr̄e confir
mationis ⁊ inhibitionis infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siq̄s
aūt hoc attentare preſumpſerit: indignationē omnipotētis dei ac beato
rum petri ⁊ pauli ap̄loꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſurū. Datū peruſij ſexto kl'ſ
octobris Pontificatꝰ nr̄i anno primo. IOANNES epūs ſeruus
ſeruoꝝ dei dilectis filijs generali ⁊ vniuerſis prioribꝰ ⁊ fratribꝰ ordinis
glorioſiſſime dei genitricis ſemꝑq̄ virginis marie de mōte carmeli ſalu
tem ⁊ ap̄licam benedictionē. Sacre religionis in qua virtutum dn̄o de
uotū ⁊ ſedulū exhibetis obſequiū ꝓmeretur honeſtas: vt quo ſtudioſiꝰ
diuine cōtemplationi vacatis: eo libentiꝰ veſtre ꝓuidere quieti paterna
diligētia ſtudeamꝰ. Pro parte ſiquidē vr̄a fuit expoſitū corā nobis: ꝙ
licet. fe. re. alexāder papa. iiij. predeceſſor noſter duxerit inhibendum. ne
aliqui religioſi profeſſos veſtri ordinis abſq̄ prioris generalis ipſius
veſtri ordinis q̄ tunc erat ⁊ q̄ ꝓ tempore foret petita licentia ⁊ obtenta
reciperēt ad aliquē ordinē eorūdem: prout in litte. is p̄deceſſoris ſuper
hoc confectis pleniꝰ cōtinetur. Quia tn̄ predicatoꝝ minoꝝ ⁊ eremitaꝝ
ſancti auguſtini ordinū fr̄es plerūq̄ ꝓfeſſores eiuſdē vr̄i ordinis abſq̄
predeceſſoꝝ tuoꝝ priorū generaliū dicti veſtri ordinis vel tua fili prior
generalis licentia ad eorūdem ordinē receperūt: inter vos, ⁊ eoſdem pre
dicatoꝝ minoꝝ ⁊ eremitaꝝ ſancti auguſtini ordinū fratres fuerūt contē
tiones ⁊ iurgia ſuſcitata. Intendētes igiť veſtre ip̄orūq̄ ordinū fratruz
ꝓuidere quieti, paci ꝯſulere, ac hmōi ꝯtētionibꝰ ⁊ iurgijs obuiare: vr̄is
in hac parte deuotis ſupplicationibꝰ inclinati: de fratrum noſtroꝝ con
ſilio prouidimꝰ inhibitionē innouare hmōi: ⁊ penaruz adminiculis ad
iuuare. Auctoritate igitur preſentiū diſtrictius inhibemus: ne deinceps
dictoꝝ predicatorum minoꝝ ⁊ ⁊ eremitarum ſancti auguſtini ordinuz
fratres prefatū ordinē veſtrum ꝓfeſſos ad ordinē eoꝝ vel ordines reci-
piant vel in eis retineant: ſine tua p̄dicte prior generalis vł tuoꝝ ſucceſ
ſorum priorum generaliū dicti veſtri ordinis q̄ pro tēpore fuerint peti-
ta licentia ⁊ obtēta: ſtatuētes auctoritate predicta ꝙ receptio ⁊ retentio

Clemēs papa
q̄rtꝰ ꝯcedit idē
q̄d in p̄cedenti
bulla: recipiēs
ſub ꝓtectione
romane eccl'ie
loca ⁊ alia bo
na fratrum.

Joānes papa
xxij. ꝓhibet ꝓ-
feſſos i ordine
carmellitaꝝ re
cipi in aliquo
alio ordie, mē
dicantiū.

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

huiuſmodi eo ipo iurib⁹ non ſubſiſtant: ⁊ talis ſuſcipiēs ⁊ retinēs quolibet officio vel adminiſtratione ſui ordinis ſit ipſo facto priuatus. ac inhabilis ad quoduis officium vel quāuis adminiſtrationē in hmōi ſuo ordine in poſterū obtinendū ac etiam obtinendā. Quodq; prelibati predicatoꝝ minoꝝ ⁊ eremitarum ſancti auguſtini ordinum fratres ad requiſitionē tui prefate prior: vel prioris prouincialis ipſius ordinis veſtri illius prouincie in qua idē receptus tunc fuerit, vel prioris loci dicti veſtri ordinis cuius quidem loci receptus conuētualis extiterat: ſeu illius cui prior prouincialis vl' prior huiuſmodi loci ſepefati veſtri ordinis id duxerit cōmittendum, eūdem ſic receptum illi: ex eis cū taliter requirenti ſine difficultate aliqua reſtituere teneātur: illū ſic reſtitutū ex tunc nullatenus recepturi. Non obſtātib⁹ quibuſcūq; priuilegijs lr̄is ⁊ indulgētijs apoſtolicis cōtrarijs eiſdem predicatoꝝ minorum ⁊ eremitaꝝ ſancti auguſtini ordinū fratribus ſeu ipſis ordinibus vel quibuſuis alijs cōmuniter vel diuiſim ſub quacunq; forma vel expreſſione verboꝝ cōceſſis: ſeu quibuſcūq; cōſtitutionib⁹ a predeceſſorib⁹ nr̄is romanis pontificibus in contrariū editis: de quibus quorūq; totis tenoribus oporteret plenā ⁊ expreſſam fieri in preſentib⁹ mentionem. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nr̄e inhibitionis ⁊ ſtatuti infringere: vl' ei auſu temerario contraire. Siquis aūt hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotētis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ ei⁹ ſe nouerit incurſurum. Datū auinioni octauo idus auguſti Pōtificat⁹ nr̄i anno ſexto.

Urban⁹ papa q̄rt⁹ cōcedit vt bulla bn̄dicti. xij. inhibentis pfeſſores ordinū mēdicātiū trāſire ad ordinē ciſtercien̄. vl' monachoꝝ nigroꝝ faciat fidem vbiq;.

URBANUS epūs ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs priori generali ⁊ fratrib⁹ ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſempq; virginis marie de mōte carmeli ſalutem ⁊ aplicam benedictionē. Prouiſionis nr̄e debet prouenire ſtudio: vt ius ſuū cuilibet ſeruetur illeſum. Hinc eſt q̄ nos tenorē cuiuſdā conſtitutionis fe. re. benedicti pape. xij. predeceſſoris nr̄i in regiſtro ipſius repertum: p eo q̄ ſicut vr̄a petitio nobis nup exhibita continebat, vos ⁊ ordo veſter beate dei genitricis ſempq; virginis marie de mōte carmeli eadem cōſtitutione indigere noſcimini: de regiſtro ipo de verbo ad verbum: trāſcribi ⁊ ad veſtre ſupplicationis inſtantiā preſentib⁹ annotari fecim⁹ que talis ē. BENEDICTUS epūs ſeruus ſuoꝝ dei ad ppetuā rei memoriā. Regularē vitā pfeſſis ſic expedit ſubtrahi omnem inquietudinis ⁊ turbationis materiā: q̄ in cōtēplationis ſuauitate quieſcere valeāt: ⁊ trāquillū dn̄o reddere famulatū. Cū igitur ex eo q̄ profeſſores ordinū mendicantiū ad monachoꝝ nigroꝝ et ciſtercien̄. ordines cōſueuerunt plerūq; trāſire: multas in dictis ordinib⁹ turbationes. infeſtationes. moleſtias. dāna ⁊ ſcandala puenisse experientia docet manifeſte. Nos ijs ex debito paſtoralis officij p futuro tpe occurrere cupiētes: de cōſilio fratrū nr̄oꝝ decernim⁹. ne quis cuiuſuis ordinis mendicantiū pfeſſor ad aliquē dictoꝝ duoꝝ ordinū quoquomodo trāſire valeat: ſine romani pontificis licentia ſpeciali plenā ⁊ expreſſam faciēte de cōſtitutione hmōi mentionē. Non obſtātib⁹ priuilegijs apoſtolicis quibuſcūq; cōceſſis in contrariū editis ordinibus mendicantiū ſeu ipſorum prelatis aut aliquib⁹ eorūdem q̄ quoad hoc nullius ex nūc

Universidad de Salamanca. BGH

fore decernimus firmitatis. Nulli ergo oīno hominū liceat hāc paginā nr̄e conſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario ꝯtraire. Siquis aūt hoc attentare preſumpſerit: indignationē omnipotētis dei ac beatorū petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datū Auinioni quarto nonas iulij Pontificatus nr̄i anno primo. CETERUM vt eiuſdem conſtitutionis tenor ſic inſertus oīmodam rei ſeu facti certitudinē faciat: apoſtolica auctoritate decernim⁹. vt illud idē robur eādēq; vim eūdēq; vigorē dictus tenor per oīa habet: q̄ haberet originales littere dicti predeceſſoris ſi apparerēt ſup eadem conſtitutione cōfecte: ⁊ eadem prorſus eidē tenori fides adhibeatur quādocūq; ⁊ vbicūq; ſiue in iudicio vel alibi vbi fuerit exhibit⁹ vel oſtēſus: ⁊ eidē ſtetur firmit' in omnibus, ſicut eiſdē originalib⁹ lr̄is ſtaretur: ſi forent exhibite vel oſtenſe. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nr̄e conſtitutionis ⁊ voluntatis infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis aūt hoc attētare preſumpſerit: indignationē omnipotētis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſuꝝ. Datum Luce vndecimo kl's ſeptēbris Pōtificat⁹ nr̄i Anno decimo.

Nicola⁹ papa vi. concedit vt bulla martini q̄nti inhibētis fr̄es ordinum mendicantiū tranſire poſſe ad alios ordines: excepto cartuſien̄. faciat vbiq; fidē.

NICOLAUS epūs ſeruus ſeruoꝝ dei ad ppetuā rei memoriā. Romanorū geſta pontificū illa preſertim p que religioſis euagādi materia p̄cludat', recēſeri cōuenit: vt illa oīb⁹ innoteſcāt. Hinc ē q̄ nos tenorē conſtitutionis fe. re. martini pape q̄nti p̄deceſſoris nr̄i p eū dudū edite, ⁊ ſucceſſiue p pie memorie Eugeniū papā. iiij. etiā p̄deceſſorē nr̄m innouate, ⁊ p nos poſtea cōfirmate, ⁊ in q̄terno cācellarie aplice de ipi⁹ mādato deſcripte: ad dilecti filij pauli de ſicilia ordinis fratrū glorioſiſſime dei genitricis ſempq; v̄ginis marie de mōte carmeli ⁊ ſacre theologie pfeſſoris eiuſdē ordinis in romana curia pcuratorꝭ gen̄alis ipo tenore indigere aſſerētꝭ ſupplicatiōis inſtātiā: de q̄terno ipo extrahi: ⁊ p̄ntib⁹ p quas illi plenā fidē adhibēdā ac in iudicio ⁊ extra vbicūq; fuerit exhibit⁹ vl' oſtēſus in oīb⁹ ⁊ p oīa ſtādū fore d̄cernim⁹: vt notioni cuiuſlibet relinquat'. annotari fecim⁹: q ſequit' in hec v̄ba. MARTINUS epūs ſeruus ſuoꝝ dei ad futurā rei memoriā. Viam ambitioſe cupiditatis religioſis potiſſime mendicantib⁹ precludere cupientes: ad alios ordines preſertim monaſticos fugatis tamen coloribus aſſerentibus ob frugem melioris vite aut arctioris obſuātie tā ſācti benedicti q̄ȝ ciſtercien̄, camalduleñ. vallis vmbroſe. canonicorum regulariū ſancti auguſtini, vel alioꝝ monaſteriorum ordinum cōuolare nitentibus: licentiam a ſede aplica ſeu legatis aut nuncijs eiuſdem ſedis de tranſferendo ſe a mendicantiū ordinibus, ea ratione preſertim vt veriſimiliter aut facti experiētia docet ē putandū. q̄ libenti⁹ degāt dignitateſq; ⁊ beneficia monaſtica cōſeq valeāt: aut ex certiſ alijs cauſis honeſtati non cōſonis obtinētibus: ac volentes cōſeruationi ordinū mendicātiū etiā puidere: auctoritate aplica de certa ſciētia tenore p̄ntiū declaram⁹ ac decernim⁹ ſtatuētes, q̄ decetero null⁹ religioſus de ordinib⁹ mēdicātiū quorūcūq; cuiuſcūq; ſtatus cōditionis vel religionis exiſtat, quomodocunq; aut qualitercūq; poſſit vel debeat virtute cuiuſcunq; licentie aut indulti apoſtolici. ſeu penitētiarie nr̄e curā gerētis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

aut alia quauis auctoritate hactenus etiam per bullas apl̃icas faculta
tem quarũuis tam legatorum ⁊ nunciorũ ſedis apl̃ice necnon penitẽtia
rie hm̃oi ꝓ tempore curam gerẽtis q̃ alioꝝ quorũcunq; ſub quauis po
teſtate vel auctoritate maxime de trãſferẽdis fratribus aut aliquibꝰ pre
ſertim ordinũ mendicantiũ profeſſoribus in genere vel in ſpecie ab ordi
nibus hm̃oi mendicantiũ ad monaſticos ſub quacũq; verboꝝ contẽtio
ne appareant: ad mitti aut recipi ꝑ aliquos etiã ſuꝑiores ordinis vl̃ mo
naſterij aut loci monaſtici ſeu alias in monachũ vel fratrẽ alicuiꝰ ex or
dinibus monaſticis p̃dictis vel alijs expreſſis vel nõ expreſſis (ordine
cartuſieñ. dũtaxat excepto) ſub pena excõicationis: in quã tã recipiẽtes
q̃ recepti ip̃o facto incurrãt: ⁊ quã ex nũc ꝓ ut ex tunc ⁊ ecõtra quẽlibet
trãſgreſſorẽ quomodolibet in premiſſis ſcientia ⁊ auctoritate p̃fatis ꝓ
ferimus in his ſcriptis: ⁊ a nemine niſi dũtaxat a romano põtifice (pre
terq̃ in mortis articulo) excõmunicati hm̃oi abſolutiõis beneficiũ poſ
ſint quomodolibet obtinere. Et nihilominꝰ ſecus vel aliter facta nõ te
neant: aut nullius exiſtãt efficacie roboris vel momẽti. Decernẽtes etiã
⁊ volẽtes: ꝙ ſiquis hactenus virtute cuiuſuis licentie vel indulti huiuſ
modi fuiſſet receptꝰ ad aliquẽ ordinem monaſticũ ⁊ habitũ conſuetum
geſtari ꝑ monachos talis ordinis ſuſcepiſſet: ſiue profeſſionem emiſerit
ſiue non: ſub dicta pena teneatur in monaſterio in quo receptus fuit, etiã
ſi beneficia eccl̃iaſtica ſeu rectorias eccl̃iaꝝ quarũuis obtineat: ſtare in eiꝰ
totali vocatione in huiuſmodi ordine monaſtico ⁊ altiſſimo deſeruire.
Siquis aũt pretextu hm̃oi licẽtie cum habitu vl̃ ſine quomodolibet va
gãdo incederet: monitione preuia teneatur ⁊ debeat infra terminũ qn
decim dieꝝ a die monitionis huiuſmodi computandorum, ad eius reli
gionem ⁊ ordinem vnde cum licentia vel ſine receſſerit: remeare. quod
ſi efficere neglexerit: poſt ip̃m terminum tanq̃ notorius apoſtata ⁊ ex
cõmunicatus in omnibꝰ ⁊ per omnia d̃beat per quẽlibet reputari ⁊ tra
ctari: etiam ꝑ inuocationẽ auxilij brachij ſecularis quotiẽs fuerit oppor
tunum. In futurum autẽ nullus ex profeſſoribꝰ alicuiꝰ ex ordinibꝰ men
dicantiũ huiuſmodi ad aliquẽ monaſticũ ordinẽ (cartuſieñ dũtaxat ex
cepto) poſſit aut debeat per quẽq̃ recipi vel admitti virtute cuiuſuis li
centie vel indulti abſq; ſedis eiuſdẽ licentia ſpeciali ſub dictis penis: et
nihilominꝰ ſecus facta nõ teneãt ip̃o iure. Huiuſmodi licẽtijs ⁊ indult;
necnõ conſtitutionibꝰ apl̃icis ⁊ mendicantiũ ordinum predictoꝝ etiã
ſi de ijs ſpecialis ⁊ expreſſa mentio ac de verbo ad verbũ in noſtris litte
ris habenda foret: ⁊ alijs cõtrarijs nõ obſtantibus quibuſcũq;. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtroꝝ declarationis,
decreti, ſtatuti, prolationis ⁊ voluntatis infringere: vl̃ ei auſu temerario
contraire. Siquis autem hoc attẽtare praſumpſerit: indignationẽ om
nipotẽtis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli apl̃orum eius ſe nouerit incurſu
rum. Datum Geheñ. quarto kl̃s auguſti Pontificatus noſtri Anno
primo. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtre cõſtitu
tionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc at
tentare preſumpſerit: indignationem omnipotẽtis dei ac beatoꝝ petri

⁊ pauli apl̃oꝝ eius ſe nouerit incurſurũ. Datum rome apud ſanctum pe
trum. Anno incarnatiõis dñice milleſimo q̃dringenteſimo quinq̃geſi
mo q̃rto. tertio kl̃s auguſti. põtificatꝰ nr̃i ãno octauo. ALEXAN
DER epũs ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs generali ⁊ vniuerſis prio
ribus ꝓuincialibus ⁊ frĩbus ordinis glorioſiſſime virginis dei genitri
cis marie de monte carmeli: ſalutẽ ⁊ apl̃icam bñdictionẽ. Quieti vr̃e ꝓ
uidere voleñ. auc̃tate p̃ntiũ diſtrictius inhibemꝰ: ne aliqui religioſi ꝓfeſ
ſores ordinis paris altitudinis vel minoris aliquẽ de frĩbus ordinis ve
ſtri ꝓfeſſum p̃ſumat recipere ſine tua fili prior generalis ſpãli lnĩa ⁊ con
ſenſu. ⁊ ſi forſan aliquẽ aliter receperint: illum vobis reſtituere teneãtur.
Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis infrin
gere: vel ei auſu temerario contraire. Si q̃s aũt hoc attentare p̃ſumpſe
rit: indignationẽ oĩpotẽtis dei ac btõꝝ petri ⁊ pauli apl̃orum eiꝰ ſe no
uerit incurſurũ. Datum anagnie idibus februarij põtificatꝰ nr̃i ãno qn
to. IOANNES Ep̃s ſeruꝰ ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs priori gene
rali ⁊ frĩbus ordinis gl̃ioſiſſime dei genitricis ſemꝑq; virginis Marie
de mõte carmeli: ſalutẽ ⁊ apl̃icam bñdictionẽ. Merita veſtre religiõis
in qua virtutũ dño militatis expoſcunt: vt vos paterna beniuolẽtia ꝓſe
quẽtes. vr̃is fauorabiliter ãnuamꝰ p̃cibus: ⁊ neceſſitatibus ꝯſulamus.
Sane ꝓ parte vr̃a fuit nobis hũiliter ſupplicatũ: vt cũ plerũq; ꝯtingat
ꝙ locoꝝ ordinarij ſeu dioceſani in locis que iuſte ⁊ pacifice obtinetis, ci
miteria vr̃a benedicere ⁊ conſecrare indebite ꝯtradicũt: ꝓuidere vobis
ſuper hoc paterna diligẽtia curaremꝰ. Nos igitur veſtris ſupplicatiõi
bus inclinati: vt in quibuſcũq; locis que nunc obtinetis ⁊ in poſterũ iu
ſto titulo dante dño obtinebitis: ſi locoꝝ ip̃oꝝ ordinarij a vobis ſuper
hoc humiliter requiſiti: noluerint aut recuſauerint indebite cimiteria ve
ſtra benedicere ſeu etiam conſecrare: poſſitis huiuſmodi cimiteria per
aliquem antiſtitẽ gr̃am ⁊ cõmunionẽ apl̃ice ſedis habentem. quotiens
opus fuerit facere benedici ⁊ etiam cõſecrari: idemq; antiſtes huiuſmo
di cimiteria auc̃tate noſtra benedicere ⁊ conſecrare valeat ſine iuris pre
iudicio alieni: deuotioni veſtre tenore p̃ntium indulgemus. Nulli ergo
oĩno hoĩum liceat hanc paginã noſtre cõceſſionis infringere: vel ei au
ſu temerario contraire. Si quis aũt hoc attentare p̃ſumpſerit: indigna
tionẽ oĩpotentis dei ac beatorum petri ⁊ pauli apl̃orum eius ſe nouerit
incurſurum. Datum Auinioni octauo idus ianuarij pontificatus noſtri
anno quinto decimo. CLEMENS Ep̃s ſeruus ſeruoꝝ dei. Dile
ctis filijs generali alijſq; ꝓuincialibus prioribus ac vniuerſis fratribus
ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſemperq; virginis marie de mon
te carmeli: ſalutem ⁊ apl̃icam benedictionem. Statuꝫ religionis veſtre
tranquillũ ⁊ ꝓſperum affectantes: ad ea libenter intendimus, ex quibus
materia ſubmota grauaminis quietis ⁊ pacis vobis cõmodum procu
retur. Hinc eſt ꝙ nos veſtris ſupplicatiõibus inclinati: auctoritate apo
ſtolica inhibemus: quemadmodũ pro nõnullis alijs religioſis de ordini
bus mendicantibus per apoſtolicã ſedem inhibitum fore dignoſcitur:
ne aliqui religioſi de predictis ordinibꝰ mendicãtiũ eccleſias ſeu queuis

Alexander pa pa. iiij. ꝓhibet frẽs ordis car melitaꝝ trãſir̃ ad aliũ ordĩeꝫ paris altitudi ne vel miõris.

Joãnes papa xxij. ꝯcedit frĩ bꝰ poſſe cimi teria ſua conſe crare ꝑ quẽcũ q; ãtiſtitẽ ip̃o rũ locoꝝ: ordi narijs recuſan tibus.

Clemẽs papa iiij. inhibet reli gioſis ordinũ mẽdicãtiũ poſ ſe ꝯſtruere edi ficia iuxta loca frũm carmeli taꝝ infra ſpa ciũ cẽtuꝫ q̃dra ginta canarũ

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

loca de nouo edificare ſeu ↄſtruere: aut per alios ↄſtructa ſeu edificata d
nouo recipere aut inhabitare iuxta loca vr̃i ordinis, infra ſpaciū centuꝫ
quadraginta cānarū menſurandarū etiā per acra vbi alias recte nō per
mitteret loci diſpoſitio mēſurari: quoquomō p̄ſumāt: decerneñ, ſi ſecus
actū fuerit irritū ⁊ inane. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginā nr̃e
inhibitiōis ⁊ ↄſtitutiōis infringere: vel ei auſu temerario ↄtraire. Si qs
āt hoc attētare p̄ſūpſerit: indignationeꝫ oīpotentis dei ac beatoꝝ petri
⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit icurſurū. Datū in prioratu de grau
ſello ꝓpe mala vſanā haſioneñ. dioceſis. nonis nouēbris pontificat⁹ nr̃i
anno. iiij. PIUS Ep̄s ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs generali ac
vniuerſis ꝓuincialib⁹ priorib⁹ ordinis fratrū glorioſiſſime dei genitricis
ſempeꝗ virginis marie de mōte carmeli: ſalutē ⁊ aplicam bñdictioneꝫ.
Pōtificalis auctas nos admonet. vt regulariū exceſſus pſonarū que p̄
ceteris caſtius ⁊ honeſti⁹ ex voto ꝓfeſſionis viuere ſunt aſtricte: eo dili-
gētius puniam⁹. quo eoꝝ culpe remanēt dānabili⁹ incorrecte: ⁊ ab alijs
trahūtur facilius in exēplū. Cū itaꝗ ſicut accepim⁹ nōnulli vr̃i ordinis
ꝓfeſſores ſuoꝝ ſtatus ⁊ ſalutis īmemores exceſſus ↄmittere: ac regula-
ribus dicti ordinis inſtitutis que iuxta eoꝝ ꝓfeſſiōes efficaciter ſeruare
ꝓmiſerunt. obuiare: necnō domoꝝ dicti ordinis in quibus degunt refor
mationi ⁊ ad ſtatum priſtinū reductioni per nos faciende non ſolū ↄtra-
dicere minime vereātur: verū etiam ꝓ ſua rebellionis defenſione paren
tes amicos ⁊ laicales pſonas ⁊ dños tꝑales adire: eoſꝗ ad ſue obſtina
tiōis ⁊ tergiuerſatiōis fauorē ↄmouere: ipoꝝꝗ p̄ſidia flagitare p̄ſumūt:
ꝓpter que ac hmōi inordinatos fauores quib⁹ illi ⁊ nōnulli alij eos mi
nus debite ꝓſequūtur: ipos punire ⁊ emendare nequitis: ac domoꝝ eo-
rūdem ⁊ in eis degentiū pſonarū reformatio retardat̃: ac exceſſus rema-
nent incorrecti. Nos quoꝝ intereſt ſuper his de opportuno remedio ꝓ-
uidere: diſcretioni veſtre p̄ntium tenore ↄmittimus ⁊ mādamus: quate-
nus iuxta conceſſam vobis a dño gr̃am ⁊ officioꝝ vr̃oꝝ exigentiā oēs
⁊ ſingulos dicti ordinis ꝓfeſſores iuxta ſcōꝝ patrū ⁊ vr̃a regularia inſti
tuta in vita ⁊ in moribus reformare: ac regulari diſcipline ſubdere: ⁊ ad
meliorē vitā reducere ꝓcuretꝫ. ita ꝙ ꝑ vr̃e laudabil' diligētie ſtudiū i di-
cto vr̃o ordine regularis diſciplina ⁊ vite caſtimonia laudabilit̃ obſuēt̃:
ac in eo deuote ſollicitudinis ſtudio bñdicat̃ altiſſim⁹: ⁊ odor bōe fame
pſonarū illi⁹ vtiliter diffundat̃. Et ne quod abſit ꝑuerſoꝝ eoꝝūdē praui-
tas qui paterna ⁊ ꝓficua veſtra correctiones ⁊ monita ſubire recuſant,
in ſue ꝓfeſſiōis trāſgreſſiōe dānabiliter pſeueret: aut ſatore zizanie ⁊ ho
ſte humani generis ꝓcurāte indeterius ꝓlabat̃: ⁊ eoꝝ impunitas trahi
poſſit ab alijs in exemplū: vniuerſos ⁊ ſingulos patriarchas. archiep̄os
ep̄os ⁊ ceteros locoꝝ ordinarios. necnō Duces, marchiones, comites,
barones, ſeneſcallos, iudiciarios, ptātes, capitaneos, ceteroſꝗ dños, tē
porales ⁊ eoꝝ loca tenentes vniuerſitates quoꝗ ⁊ cōitates ciuitatū ter
rarum caſtrorum ⁊ aliorum quoꝝūcunꝗ locoꝝ rogamus requirimus ⁊
hortamur attente: ſubditis vero noſtris iniungim⁹ ⁊ mādamus: quate-
nus pro tam ſaluberrimi op̄is ↄplemēto vobis efficacis fauoris ⁊ adiu

Pi⁹ papa. ij. cōcedit licentiam frib⁹ reformā-di ordinē ſuuꝫ ac ꝓteruos pu niēdi.

menti preſidio quotiens opportunū fuerit. ⁊ ꝑ vr̃i parte fuerint requiſi-
ti. aſſiſtant: ⁊ fauores p̄beant opportunos. ita ꝙ vos ⁊ veſtruꝫ quilibet
quoſcūꝗ incorregibiles diſcolos ⁊ delinquētes ipi⁹ veſtri ordinis ꝓfeſ-
ſores punire corrigere. ⁊ iuxta ſuā ꝓfeſſionē vitam ducere cōpellere va-
leatis. Ceterū vt optata ipius ordinis illiuſꝗ domoꝝ ⁊ pſonaꝝ reforma
tio abſꝗ alicuius impedimēti aut obſtaculi machinatiōe ſuccedat: vni-
uerſis ⁊ ſingulis tā ꝓfeſſoribus p̄dictis ꝗ̃ alijs quibuſcūꝗ eccleſiaſticis
⁊ ſecularibus pſonis cuiuſcūꝗ dignitatis: gradus: ſtatus: ordinis vel
ↄditionis exiſtant: diſtrictius inhibem⁹: ne reformationi domorum aut
pſonarū ordinis antedicti quouis queſito colore ſe opponere: aut illam
impedire preſumant ſub excōicationis pena: quā ſi ſecus fecerint: eos ⁊
eoꝝ quēlibet incurrere volumus ipſo facto. ⁊ a qua donec a premiſſis re
ſipuerint cum effectu: abſolui nequeant preterꝗ̃ in mortis articulo con
ſtituti. Nō obſtañ. ſi aliq̄b⁹ a ſede aplica idultū exiſtat: ꝙ interdici: ſuſpē
di vel excōicari nō poſſint per lr̃as aplicas nō facientes plenam ⁊ expſ-
ſam ac de verbo ad verbū de indulto huiuſmodi mentionē. Datū man-
tue. Anno incarnatiōis dñice milleſimo quadringēteſimo quinq̄geſimo
nono. nonis decembris pōtificatus nr̃i āno ſecundo. PAULUS
Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei ad futuram rei memoriam. Circa quo-
rumlibet regularium ordinum profeſſores eo diligentius laboramus:
quo fecundius illorum religionem fructum videmus afferre ſalubrio-
rem: eoſꝗ poſſe ex noſtris inſtitutis laudabilius proficere iugiter incre-
mentis. Sane pro parte dilecti filij Joannis ſoꝛectb ordinis fratrū glo-
rioſiſſime dei genitricis ſemperꝗ virginis marie de monte carmeli no-
bis nuper exhibita petitio continebat: ꝙ olim ne in ipſo ordine ciſſu-
ram aliquam pullulare contingeret: ⁊ vt fratribus dicti ordinis ſub ar-
ctiori obſeruantia regule etiam per fe. Re. Eugenium papam. iiij. pre
deceſſorem noſtrum mitigate altiſſimo famulantibus fauor debitus im
penderetur: ⁊ vt quietius abiecto omni timore humano id efficere poſ-
ſent: ⁊ in vnitate fraterne charitatis in premiſſa obedientia permane-
rent: in quibuſdam generalibus ⁊ prouincialibus in ipſo ordine celebra
tis capitulis promouente dicto generali inter cetera ſtatutum extitit:
vt priores prouinciales ob prouinciale capitulum non poſſent pro libi-
to eiſdem preficere priores vel etiam amouere ſine eorum conſenſu: ſed
quos elegiſſent confirmare: fratres etiam eorum abſꝗ prioris ⁊ fra-
trum aſſenſu extraponere: ſiue alios preter eorum conſenſum ipſorum
adiungere nequirent conſortio. quod quidem ſtatutum ⁊ nonnulla tunc
expreſſa per pie memorie Calixtum tertiū confirmata ſunt: necnon per
Pium. ij. romanos pontifices ſimiliter predeceſſores noſtros etiam
deſuper adiectum: ne quis excommunicationis late ſententie pena re-
formationem conuentuum dicti ordinis impediret. aut ſe illi opponeret
quouis queſito colore: a qua quidem ſentētia abſolutionem niſi reſpi-
cerent: ſedi apoſtolice dumtaxat preterꝗ̃ in mortis articulo reſeruauit.
Quare pro parte dicti generalis nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt
ſtatuto ⁊ alijs premiſſis pro eoꝝ ſubſiſtentia firmiori robur apoſtolice

Paul⁹ papa ij. ap ꝓbat ſtatutū editū iter frēs ⁊ hic expſſum circa electionē vl' āmotionē p̄oꝝ ꝑ lr̃is calixti. iij ⁊ pij. ij. ↄtinet̃: alia addens.

Universidad de Salamanca. BGH

ꝯfirmatiõis adĳcere:ac alias ſup ĳs opportune ꝓuidere de benignitate aplica dignaremur. Nos igit̃ qui dicti ordinis ſtatũ ꝓſpꝰ ⁊ trãquillũ paterno zelamus affectu:hmõi ſupplicatiõibꝰ inclinati: ſtatutũ p̃dictũ ratum hñtes ⁊ gratũ illud ꝓut in lr̃is Caliſti ⁊ pĳ p̃deceſſoꝝ hmõi continet̃. auctate aplica tenore pñtium ꝯfirmamus ⁊ approbamꝰ: ac plenũ robur obtinere decernimꝰ. adĳcientes nihilominꝰ ad p̃miſſa ꝙ nullus ꝓuincialis:ꝯuentus dicti ordinis reformatos poſſit per vicariũ viſitare:niſi talẽ ꝯuentus ip̃i requirãt:ſed ꝑſonaliter teneat̃ eos viſitare cũ ſocio qui fuerit ꝑſeuerans in vita conſili. Itẽ ꝙ ꝓ cõibus expenſis ordinis ꝯuentus hactenus reformati aut etiã qui in poſterũ reformabũt: vltra ſũmam ꝯſuctã quaꝫ antea ꝑſoluebant taxari vel cõpelli nõ poſſint: volẽteſq; ⁊ diſtrictius iniũgẽtes ꝙ oĩs prior tam in cõuẽtibus reformatis p̃dictis q̃ʒ decetero reformandis ꝓmittat tam ꝯfirmãti q̃ʒ cõuentui in quo recipietur:fideliter obſeruare ⁊ obſeruari facere regulã ſcđꝫ ip̃ius eugenĳ p̃deceſſoris mitigatiõeꝫ:vt p̃miſſum eſt. Si vero ĩ hoc deſes ſeu negligẽs notabiliter reptus fuerit prior:generalis vel ꝓuincialis teneatur eum abſoluere ſub penis ⁊ cenſuris cõtra impediẽtes reformatiõeꝫ vt ſupra dicit̃ latis. Ceterum vt ꝓuinciales ad plantãdã in dicti ordinis ꝯuentibus ſuiſq; ꝓuincĳs ꝯfouendãq; regularẽ obſeruãtiã per ampliꝰ animẽtur: volumus vt ꝯuentus quos iam reformarũt aut in poſterum reformabunt:ſub eoꝝ obediẽtia ſeruatis p̃miſſis cõdictiõibus reſeruare debeant:nec vicarius cuiuſcũq; hoc impedire preſumat. Nõ obſtañ. cõſtitutiõibus ⁊ ordinatiõibus aplicis ac dicto ordini ⁊ illius ꝓfeſſoribus per ſedem aplicaꝫ ſub quauis verboꝝ forma conceſſis priuilegĳs. indultis ⁊ lr̃is aplicis etiam ſi de illis ⁊ eoꝝ totis tenoribus de verbo ad verbum ſp̃alis ⁊ expreſſa mentio foret habenda:ſtatutis quoq; ⁊ ꝯſuetudinibus dicti ordinis iuramento cõfirmatiõe aplica vel quauis firmitate alia roboratis, ceteriſq; contrarĳs quibuſcunq;. Nulli ergo oĩno hoĩuꝫ liceat hanc paginam noſtre inhibitionis:confirmationis:approbatõis: adiectionis: voluntatis ⁊ iniunctionis infringere:vel ei auſu temerario contraire. Si quis aũt hoc attentare preſumpſerit: indignationẽ oĩpotentis dei ac beatorum petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſuꝝ. Datum rome apud ſanctum Marcum. Anno incarnationis dñice milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto pridie kl's februarĳ pontificatus noſtri anno ſecundo. ALEXANDER Ep̃s ſeruus ſeruorũ dei. Dilectis filĳs generali ⁊ vniuerſis prioribus ordinis fratrũ glorioſiſſime ſemp q; virginis marie de monte carmeli:ſalutem ⁊ apoſtolicã benedictionẽ. Prouiſionis noſtre cupimꝰ ꝓuenire ſubſidĳs:vt religio veſtra ſemper in melius deo ꝓpitiante ꝓficiat: ⁊ ſi quid obſtare dignoſcit̃. ſollicite corrigatur. Vobis itaq; quos in diuini nominis amore vigiles. delectat extirpare vitia ⁊ plantare virtutes:vt apoſtatas ⁊ inſolentes ordinis veſtri niſi veſtris ſalubribus monitis acquieſcãt. excõicare. capere: ligare ⁊ carceri tradere (ſi videbit̃ expedire) poſſitis: auctoritate pñtium concedimus facultateꝫ. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hãc paginam noſtre cõceſſionis infringere:vel ei auſu temerario cõtraire. Si

Alexander papa. iiij. ꝯcedit: frẽs poſſe excõmunicare capere ⁊ punire apoſtatas ſui ordinis.

quiſ aũt hoc attentare p̃ſumpſerit:idignationẽ oĩpotentis dei ⁊ btõrum petri ⁊ pauli aplorum eius ſe nouerit incurſurũ. Datuꝫ Anagnie quinto decimo kl's aprilis põtificatꝰ nr̃i ãno quinto. ALEXANDER Ep̃s ſeruꝰ ſeruoꝝ dei. Dilectis filĳs generali, ⁊ ꝓuincialibꝰ prioribus ordinis fratrũ glioſiſſime dei genitricis ſemp q; virginis marie de monte carmeli:ſalutẽ ⁊ aplicam bñdictionẽ. Religiõis vr̃e meretur honeſtaſ: vt vos ſincera diligentes in dño charitate: petitiõibꝰ veſtris q̃ʒtum cũ deo poſſumꝰ fauorabiliter annuamꝰ. Hinc eſt ꝙ nos vr̃is ſupplicationibus inclinati. auctate vobis pñtiũ indulgemꝰ:vt tu prior generalis ⁊ qui ſucceſſerit tibi vbiq;:ac vos priores ꝓuinciales ⁊ alĳ qui ꝓ tp̃e fuerint in ſuis ꝓuincĳs:in eccleſĳs ⁊ domibus vr̃i ordinis cũ libero ingreſſu ⁊ exitu viſitatiõis ⁊ correctionis officiũ exercere. mutare frẽs. ⁊ recipere nouicios libere valeatis: alicuius ꝯtradictiõe irrõnabili nõ obſtañ. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hãc paginã nr̃e ꝯceſſiõis infringere: vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attentare p̃ſũpſerit:indignationẽ oĩpotẽtis dei ac btõꝝ petri ⁊ pauli aplorum eius ſe nouerit incurſurum. Datũ laterani. decimo octauo kl's februarĳ pontificatus nr̃i anno ſecundo. ALEXANDER Ep̃s ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilectis filĳs priori generali ⁊ fribus ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſemp q; virginis marie de mõte carmeli:ſalutẽ ⁊ aplicam bñdictionẽ. Qui ex aplici cura tenemur officĳ circa religiõis augmẽtũ ꝓmpti ⁊ vigiles inueniri:ſuper ĳs vr̃is votis libẽter ãnuimus:in quibꝰ honorẽ veſtri ordinis ⁊ aiarum ꝓfectũ contineri ſentimꝰ. Lecta ſiquidẽ corã nobis veſtra petitio ꝯtinebat, ꝙ in regula vr̃i ordinis ꝑ ſedẽ aplicã ꝯfirmata dignoſcit̃ eſſe ſtatutũ: vt frẽs ip̃iꝰ ordinis vnũ ex eis priorẽ habeãt: q ex vnanimi oĩum aſſenſu vel eoꝝ maioris ⁊ ſanioris partis ad prioratus officiuꝫ eligatur:cui obediẽtiã ꝓmittat qlibet alioꝝ. ⁊ ꝓmiſſã ſtudeat op̃is veritate obſeruare cũ caſtitate ⁊ abdicatiõe ꝓprietatis. ac etiã ſcđꝫ inſtitutiones eiuſdẽ ordinis prior ip̃ius q ꝓ tp̃e fuerit a prioratꝰ officio abſolui ⁊ amoueri põt a diffinitoribꝰ capl'i generalis. Et licet tu fili prior ⁊ p̃deceſſores tui iuxta eiuſdẽ ordinis ꝯſuetudinẽ obſeruatã hactenꝰ ⁊ a ſede toleratã eadẽ ſtatim poſtq; electi ſecundũ ſtatutũ hmõi extitiſtis: curam geſſeritis fratrũ ordinis memorati, officiuꝫ prioratꝰ plene ⁊ libere in oĩbus exercẽtes:idẽq; frẽs vobis deuote ac hũiliter obedierint intẽderint q; reuererẽter: qr tñ de p̃miſſis dubitatiõis ſcrupulꝰ ĩ vr̃is ⁊ plĩmis dictorũ fratrũ ꝯſciẽtĳs eſt exortus: hũiliter petĳſtis, vobis ſup hoc de ꝓuidentia ſedis aplice ſubueniri. Nos itaq; voleñ. oẽs ãbiguitatis ſcrupulũ in hac ꝑte de vr̃is cordibꝰ ãputare: ⁊ ordinẽ ip̃m a ſede approbatũ eadem honeſtate floridũ ⁊ virtute fecũdũ. ꝑuilegio aplice gratie attollere ſp̃ali: ac vr̃is ſupplicatiõibus inclinati: quicqđ ſup p̃miſſis ꝑte prior vr̃oſq; p̃deceſſores frẽs ⁊ diffinitores factũ ⁊ obſeruatũ eſt hactenꝰ ratũ hñtes ⁊ firmũ: vobis auctate pñtiũ indulgemꝰ, vt ſucceſſores tui prior q erunt ꝓ tp̃e ſtatim poſtq; electi fuerint ſcđm regulã ⁊ ꝯſtitutiões ordinis vr̃i eo ip̃o veri eiuſdẽ ordinis effecti priores curã aiarũ fratrũ ip̃ius ordinis plene habeãt ⁊ libere gerãt: ip̃oſq; frẽs auctate ꝓpria ligare ⁊ ſoluere

Alexander papa. iiij. ꝯcedit p̃latis poſſe viſitare corrigere ac mutare frẽs: ⁊ nouicios recipere.

Alexander papa. iiij. cõcedit ꝙ p̃ores ſtatim vt electi fuerit. hẽant curã aiarũ ſibi ſubditorũ fratrũ

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

valeāt: necnō in eodē ordine agere q̄ ipi ꝛ p̄fati diffinitores iuxta memoratas regulā ꝛ ꝯstitutiōes scd̄m deū eisdē ordini ꝛ fribus viderint expedire, aliaſqꝫ prioratus officium licite in oībus exercere: idemqꝫ frēs tibi priori ac successorib⁹ ipsis deuote ac hūiliter obediāt ꝛ intēdāt: ꝛ p̄fati successores ꝛ tu prior a diffinitorib⁹ capl'i generalis ipius ordinis scd̄m ꝯstitutiōes iam dicti ordinis absolui ꝛ āmoueri possitis: ꝯcessa tibi hortuisqꝫ successorib⁹ ante absolutiōē ꝛ amotionē hmōi exequēdi prioratus officiū quo ad p̄missa oīa ꝛ alia nihilomin⁹ libera facultate. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginā nr̄e ꝯcessiōis infringere: vel ei ausu temerario ꝯtraire. Si qs aūt hoc attētare p̄sūpserit: indignationē oīpotētis dei ac btōꝝ petri ꝛ pauli apostoloꝝ eius se nouerit incursuruꝫ. Datū laterani sexto kl's martij pōtificat⁹ nr̄i anno secūdo. PIUS Ep̄s seru⁹ seruoꝝ dei. Dilecto filio priori generali ordinis fratrū gl'iosissime dei genitricis sempqꝫ virginis marie de mōte carmeli: salutē ꝛ aplicaꝫ bñdictioneꝫ. Sollicitudo pastoralis officij nobis licet immeriti sup̄na dispositiōe ꝯmissi ꝯtinua⁹ nos vrget instātia: vt religiosoꝝ excessus quos antiquus hostis eo solliciti⁹ suscitat, quo eoꝝ vita meritorie ardentius emulat: tāto ampli⁹ detestātes: quāto ex illis maiora scādala in mēbris fideliū generātur: reprimere ꝛ castigatiōe debita coercere curem⁹. Nup siquidē ꝑ parte tua nobis fuit expositū: ꝙ licet tu ꝓut ex debito tibi commissi generalat⁹ teneris officij, sollicite cures ordinē iuxta scōꝝ patruꝫ ꝛ ipi⁹ regularia instituta moribus honestatis ornare: illiusqꝫ ꝓfessores vite subdere regulari. Quia tñ in multis ipius ordinis domib⁹ repiri contingit, nōnullos ex dictis ꝓfessorib⁹ hmōi bono laudabili qꝫ proposito calcitrare: ꝛ rebelli aīo ꝯtraire: tu ꝑ ꝯmissis per eos excessib⁹ ꝛ delictis p̄missis eos castigatiōe debita cohibere: ꝛ ad frugē melioris vite reuocare nō potes: quo fit vt tā ipi q̄ nōnulli alij dicti ordinis frēs discoli atqꝫ ꝓterui salutaria suoꝝ supioꝝ correctiōes ꝛ castigamēta videlicet ieiuniorū i pane ꝛ aqua, disciplinarū, icarceratiōis ꝛ cetera huiusmodi aut cōtemnāt aut subire recusent: indeqꝫ ad iniurias aut minas ꝛ verbera quādoqꝫ ꝓrumpant: interdū vero in apostasia audati⁹ ꝓlabātur. Quare ꝑ parte tua nobis fuit hūiliter supplicatū: vt sup ijs de opportuno remedio ꝓuidere paterna diligētia curarem⁹. Nos igit̄ attēdētes ꝙ si ad reprimendū insolētias trāsgressoꝝ, ꝛ eoꝝ p̄sūptiōes temerarias superiorū disciplina lētescat: eoꝝ volūtas fit ꝓcliuior ad peccādū. ꝛ impunitatꝭ exēplū piculosi⁹ in alios deriuat̄: volētes temerarijs ausib⁹ taliū delinquētiū opportunis remedijs obuiare: ꝙ tu tuiqꝫ successores ꝛ quos tu ꝛ ipi idoneos censueritis ꝛ discretos ꝓuinciales priores, oēs ꝛ singulos apostatas criminosos incorrigibiles aut delinq̄ntes p̄fatos q tuā ꝛ supiorū suorū satagūt emēdatiōnē ꝛ correctōēꝫ effugere: ꝛ quos p̄missis impedimētis causantib⁹ tu aut alij eoꝝ supiores predicti iuxta ipius ordinis statuta ꝛ consuetudines cōmode punire nequibitis: nō solū in eisdē stat[illegible] ꝯsuetudi[illegible], sed si eorum demerita ꝛ excessus id exegerint: arctioribus penis tā per vos q̄ locoꝝ ordinarios eorūqꝫ vicarios ꝛ eorum officiales siue alios ministros capi ꝛ carcerali custodie mancipare, torq̄re ꝛ

torq̄ri facere ꝛ punire possitis: ita tñ ꝙ si eorūdē frūm excessus adeo graues fuerint ꝛ enormes, ꝙ illoꝝ occasiōe q̄stiōibus subdi debeāt vel tormētis (citra tn̄ vltimi supplicij mutilatiōisqꝫ mēbroꝝ pēnas) q̄ōnibus hmōi subijci neqāt vel torq̄ri: nisi cū duoꝝ ex frib⁹ antiqorib⁹ dicti ordinis ad hoc ꝑ supiores suos deputatoꝝ p̄ñtia ꝛ assensu. Quo circa vniuersos ꝛ singulos patriarchas archiep̄os ep̄os locoꝝ ordinarios, necnō duces, marchiones, comites, barones, senescallos, iudiciarios, potestates, capitaneos, baiulos ceterosqꝫ dños t̄pales ꝛ coꝝ loca tenētes vniuersitates quoqꝫ ꝛ cōitates ciuitatū terrarū castroꝝ ꝛ alioꝝ quorūcūqꝫ locoꝝ rogam⁹ requirim⁹ ꝛ hortamur attēte: q̄ten⁹ tibi ꝛ dictis successorib⁹ necnō ꝓuincialib⁹ priorib⁹ p̄fatis efficaci p̄sidio assistētes: vt tu ꝛ successores ac ꝓuinciales priores p̄dicti apostatas discolos ꝛ delinq̄ntes frēs hmōi corrigere: ꝛ iuxta ipoꝝ exigentiā delictoꝝ eos paterna castigatiōe punire valeatis: ꝑ regis eterni ꝛ sedis aplice reuerētia vobis auxiliū ꝯsiliū ꝛ fauorē opportunos impendāt: necnō ad requisitionem vestrā vobis familiā p̄beāt opportunā, ita ꝙ apostatas dischobolos ꝛ delinq̄ntes p̄dictos ad rectitudinis viā reducere valeatis: ipoꝝqꝫ saluti ꝓspicere: ꝛ si q̄n opus fuerit illos ad eādē reqsitionē capi, detineri, torq̄ri ꝛ punire facere vt p̄mittit̄ nō postponāt, quib⁹ oībus ꝛ singulis p̄missa ad reqsitionē vr̄am hmōi duntaxat faciendi ac exequendi, absqꝫ alicuius sn̄ie censure vel pene incursu tenore p̄ñtium lr̄iam concedim⁹ ꝛ etiaꝫ facultatē. Nō obstañ. ꝯstitutiōib⁹ ꝛ ordinatiōib⁹ apl'icis necnō statutis ꝛ ꝯsuetudinib⁹ p̄dictis etiā ꝯfirmatiōe aplica vel quacūqꝫ firmitate alia vallatis ceterisqꝫ contrarijs quibuscūqꝫ. Nulli ergo oīno hoīum liceat hanc paginā nr̄e voluntatis ꝛ cōcessionis infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si quis aūt hoc attentare presumpserit: indignationem omnipotentis dei ac beatorum petri ꝛ pauli apostolorum eius se nouerit incursurū. Datum mantue. Anno incarnationis dñice millesimo quadringētesimo quinquagesimo nono, nonis decembris pontificatus nostri anno secundo. CALIXTUS Ep̄us seruus seruorū dei ad sincerā rei memoriā. Ad romanū pontificem non dubium pertinere dignoscitur: quemcūqꝫ errantē ad rectā viā reducere: ꝛ presertim illis qui colla sua in alterius arbitrio submiserunt, cum in auaricie abyssuꝫ dilabi incipiūnt: ne religionis ꝛ obseruantie laxatis habenis in tenebras ruant exteriores: totis viribus resistere: ꝛ vt saltem formidine pene illos retrahat ab inceptis, statuit ꝛ decreuit: prout meli⁹ ac salubrius in dño conspicit expedire. Cum itaqꝫ sicut accepimus nōnulli ordinis fratrū gl'iosissime dei genitricis sempqꝫ virginis marie de mōte carmeli ꝓfessores votis per eos emissis cōtrauenire nō erubesceñ. ꝑ diuersas ꝓuincias ꝛ nationes vt extra domos ꝛ religionem huiusmodi commodius vagari valeant: nonnulla beneficia ecclesiastica tā secularia q̄ regularia vijs exquisitis ꝛ diuersorum indultorum siue dispēsationū apostolicarū obtentu tam in titulum q̄ icōmendā sibi conferri: ꝛ alias concedi obtinuerunt, ꝛ nihilominus in officijs ꝛ administratiōibus dicti ordinis in generalibus ꝛ prouincialibus capitulis cum opulentiores ꝛ ditiores con-

Calixt⁹ papa iij. prohibet ne frēs habites bñficia eccelsiastica ad officia ordinis admittantur.

Pius papa. ij. ꝯcedit ꝙ p̄lati possint icarcerare ꝛ punire frēs apostatas ꝛ criminosos.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

tra eoꝝ ſubſtantiale votū ſint: volunt ⁊ cupiunt preeſſe: ⁊ aliȷs q̄ ſub regulari obſeruātia in domib⁹ dicti ordinis deſeruiūt frena imponere. Nos igitur attendētes ꝙ quis ponēs manum ad aratrū ⁊ proſpiciens retro regnum celoꝝ nō adipiſcitur: ac cōſiderātes ꝙ qui in ſe regularez diſciplinā quā ſuſcipere pollicitus ē, nō recipit: alios ad illam reducere nequit: volētes quoq; ordinis ⁊ profeſſoꝝ huiuſmodi indēnitatib⁹ prouidere: hac irrefragabili conſtitutione ꝑpetuo valitura cōſtituim⁹ ſtatuimus: ac etiā ordinamus. ꝙ nullus dictoꝝ ꝓfeſſorum beneficia ſecularia ſeu etiā regularia ex noſtra vel predeſſoꝝ noſtroꝝ romanoꝝ pontificuz aut ſedis apoſtolice vel legatorū eius conceſſione vel indulto aut alias quouis modo in titulū vel cōmendam pro tēpore obtinētiū: aut qui futuris temporib⁹ quomodolibet obtinebūt, etiā ſi illa ſimpliciter vel alio quouis modo dimiſerunt, in ꝑdictis capitulis generalib⁹ vl' prouincialibus aut congregationib⁹, ſeu negocȷs, officȷs vel aliȷs adminiſtrationibus dicti ordinis (niſi generalis pro tēpore cōſenſu interueniēte) quomodolibet admittātur ſub excōicationis pena: quā admiſſi ⁊ admittentes prout in his ſcriptis ferimus incurrāt ipſo facto: ⁊ ſi dicti beneficiati vltro admitti quouis q̄ſito colore contra voluntatez generalis ꝑdicti ꝓcurauerint: ſimilimodo irrigularitatis ⁊ inhabilitatis maculas incurrant: beneficȷſq; per eos obtentis ipſo facto priuati exiſtant: ⁊ aliȷs ꝑſonis idoneis per illos ad quos ipoꝝ collatio pertinere dignoſcitur cōferantur: dictiq; beneficia ſeu officia ambiētes vel ꝓcurātes perpetuo inhabiles ⁊ ineligibiles abſq; alicui⁹ regreſſus ſpe maneant: ⁊ pro talibus perpetuo habeātur, nō obſtañ. conſtitutionibus ⁊ ordinationibus aplicis necnon priuilegȷs indultis ⁊ lr̄is apoſtolicis quibuſcunq; ſpecialiter vel generaliter cōceſſis ⁊ in futurū cōcedendis, etiā ſi de preſentibus expreſſaz fecerint mentionē: ⁊ his expreſſe fuerit derogatū: ac etiā de dictis cōceſſis ⁊ cōcedēdis lr̄is earūq; totis tenoribus ſpecialis mētio ſit habenda: ⁊ quib⁹ p̄ñtium tenore derogam⁹ ⁊ derogatū eſſe volumus, etiam ſi in illis expreſſe caueat. ꝙ eis nequeat quoquomodo derogari, necnon dicti ordinis iuramento cōfirmatione aplica vl' quauis firmitate alia roboratis ſtatutis ⁊ cōſuetudinib⁹ ceteriſq; ꝯtrarȷs quibuſcunq;. Nos enim ex nunc irritū decernim⁹ ⁊ inane ſi ſecus ſuper his a quoquā quauis auctoritate ſcienter vel ignorāter cōtigerit attētari. Nulli ergo oino hominū liceat hāc paginā nr̄oꝝ conſtitutionis, ſtatuti, ordinationis, derogationis ⁊ volūtatis infringere: vl' ei auſu temerario contraire. Si quis aūt hoc attentare preſumpſerit: indignationē oipotētis dei ac beatorum petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ ei⁹ ſe nouerit incurſurū. Datuz rome apud ſanctū petrū Anno incarnationis dñice milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quinto idib⁹ martȷ Pōtificat⁹ nr̄i anno .i.

Nicola⁹ papa v, cōccdit: moniales carmelitarū poſſe gaudere priulegȷſ monialiū ordinis predicatoꝝ ⁊ eremitaꝝ ſancti auguſtini.

NICOLAUS epūs ſeruus ſeruoꝝ dei ad perpetuā rei memoriā. Cū nulla fidelium, cōuentio ſub aliquo religionis colore abſq; ſūmi pōtificis poteſtate fieri valeat: ne conuētus religioſaruz virginum, viduarum, higuinarum, mātellatarū aut alique particulares ex ȷs ſub habitu ⁊ protectione ordinis beatiſſime dei genitricis ſemperq; virginis ma-

rie de monte carmeli degentiū aut que in poſterū offerētur: abſq; apoſtolice auctoritatis munimine viuere videātur: haꝝ tenore preſentiū decernimus: vt ordo prefatus ac eiuſdem ordinis magiſter generalis ⁊ priores prouinciales circa prefataꝝ receptionē, vite modū. admiſſionē ⁊ ꝓtectionem illis eiſdem ⁊ prorſus ſimilibus priuilegȷs gaudeāt: quibus ordines predicatoꝝ ⁊ eremitaꝝ ſancti auguſtini gaudent ⁊ vtuntur: dū modo virgines, vidue, higuine, mantellate ꝑdicte continēter ⁊ honeſte viuant ieiunētq; ac omnia alia faciant ⁊ obſeruent q̄ virgines vidue, higuine ⁊ mantellate ordinū predicatoꝝ continēter ⁊ honeſte viuētes: ſecundum eaꝝ ordinationes ⁊ ſtatuta faciūt ⁊ obſeruāt. Nulli ergo oino hominū liceat hanc paginam nr̄e cōſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis aūt hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotētis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ ei⁹ ſe nouerit incurſurum. Datum rome apud ſanctū petruz Anno incarnationis dñice milleſimo quadringēteſimo quinquageſimo ſecundo nonis octobris Pontificat⁹ nr̄i anno ſexto. EUGENIUS epūs ſeruus ſeruorū dei ad futuram rei memoriā. Ex clemēti ꝓuiſione ſedis aplice necnō religioſarū perſonarum ⁊ preſertim ſub regulari obſeruantia altiſſimo famulantiū ſtudio pie vite deuotionis ⁊ meritis dignoſcitur ꝓuenire: vt roman⁹ pontifex quādoq; predeceſſoꝝ ſuoꝝ romanoꝝ pontificū geſta corroboret ⁊ indulta confirmet. Sane pro parte dilectoꝝ filioꝝ prioris generalis ⁊ fratruz eremitarū ſancti auguſtini nobis nuper exhibita petitio continebat: ꝙ olim felicis recordationis martino papa. v. predeceſſori noſtro expoſito: qualiter quōdam bonifacius in ſua tunc obediētia ix, nuncupatus pro propagatione ⁊ augmento ordinis dicti quaſdam ſuas lr̄as apoſtolicas nonnullas conceſſiones ⁊ ordinationes ⁊ ſtatuta immunitates ⁊ gratias continētes: ſuper receptione quarūdam mulierum ad hoc idonearū que habitū regularem predicti ordinis ad inſtar mantellataꝝ ſeu pinzochearum fratrum minoꝝ ⁊ predicatoꝝ ordinuz recipere vellent ⁊ geſtare, indulſerat: ac demū eidē predeceſſori ſupplicato, vt prefata conceſſiones ⁊ indulta de ſpeciali gratia confirmare auctoritate apoſtolica dignaretur: prefatus predeceſſor huiuſmodi ſupplicationibus inclinat⁹: venerabili fratri nr̄o ioanni, epō briocen̄ tunc in romana curia reſidenti eius proprio nōie non expreſſo per ſuas certi tenoris litteras mādauit: vt ſe ſuper eiſdē expoſitis informaret: ⁊ ſi cōceſſa ⁊ indulta prouide facta fuiſſe reperiret: ea auctoritate apoſtolica cōfirmaret, prout in eiſdē predeceſſoris lr̄is in quib⁹ de verbo ad verbum littere prefati bonifacȷ inſerte ſunt plenius continetur, ideq; epūs ad huiuſmodi predeceſſoris litterarū executionem procedēs: poſt habitā ſup indulto huiuſmodi plenariā informationem ⁊ fidelē: conceſſiones ⁊ indulta prefata auctoritate apoſtolica confirmauit: ꝓ vt in inſtrumēto deſup confecto ⁊ ipſius epī ſigillo munito cuius tenorem haberi volumus preſentibus pro expreſſo dicitur plenius cōtineri. Quare pro parte prioris ⁊ fratrum predictoꝝ nobis fuit humiliter ſupplicatuz, vt litteras predictas ⁊ proceſſus deſuper confectos ac contēta in eis pro eoꝝ ſubſiſten-

Eugeni⁹ papa q̄rt⁹ confirmat bullā bonifacȷ ix, approbataz ꝑ martinuz ȷ. v. cōcedentē prelatos ordinis ſancti auguſtini poſſe recipe moniales ſub cura ⁊ habitu ſuo q̄ gaudeāt priuilegȷs eiuſdem ordinis.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ta firmiori robur apoſtolice cōfirmatiōis adijcere: de benignitate apo ſtolica dignaremur. Nos itaqꝫ q religiōis ⁊ ordinis huiuſmodi proſpe rum incrementū quantū cum deo poſſumꝰ fauorabiliter ꝓcuramus: hu iuſmodi ſupplicationibꝰ inclinati: litteras ⁊ proceſſus huiuſmodi ⁊ oia inde ſecuta prout prouide facta ſunt auctoritate apoſtolica tenore pre ſentium confirmamꝰ: ⁊ preſentis ſcripti patrocinio cōmunimus. Teno rem vero predeceſſoris cum miſeratione prefata preſentibus de verbo ad verbum inſeri fecimus: ⁊ eſt talis. MARTINUS epūs ſeruus ſeruorum dei venerabili fratri Guillelmo epō briocen̄ in romana curia reſidenti ſalutem ⁊ aplicam benedictionē. Dum fructꝰ vberes quos ſa cer ordo dilectoꝝ filiorum fratrum eremitarum ſancti auguſtini in agro eccleſie militātis in propagatione religionis ⁊ fidei orthodoxe hactenꝰ produxit vtiliter ⁊ producit atqꝫ in poſterū producturū ſpe firma ſpe ramus. diligēter attendimus: dignum cēſemꝰ ⁊ congruum vt circa ea q̄ ipius ordinis incrementū concernere poterūt: benignis fauoribus intē damus. Exhibita ſiquidem nobis nuper ꝑ parte dilectorū filiorū prio ris generalis eiuſdem ordinis ⁊ fratrum predictoꝝ petitio cōtinebat: ꝙ dudum quōdam bonifacius in ipſius obediētia. ix. nuncupatꝰ p̄miſ ſa ꝓuida conſideratione recenſens, quaſdā lr̄as aplicas nōnulla ſtatuta conceſſiones ⁊ ordinationes ⁊ alias immunitates ⁊ gratias continētes eis conceſſit: prout in ipis litteris quarū tenorem de verbo ad verbum preſentibꝰ inſeri fecimꝰ: plenius continetur. Quare pro parte priorū et fratrū predictoꝝ nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt lr̄as predictas ⁊ contēta in eis pro ipſoꝝ ſubſiſtētia firmiori auctoritate aplica cōfirma re: de benignitate aplica dignaremur. Nos itaqꝫ huiuſmodi ſupplica tionibus inclinati. ac de p̄miſſis certā noticiā non habētes: fraternitati tue per apoſtolica ſcripta cōmittimus ⁊ mādamus: quatenus de lr̄is ⁊ contētis in eis huiuſmodi auctoritate nr̄a te diligenter informes: ⁊ ſi ꝑ eādem informationē ea prouide ſtatuta ⁊ ordinata ac cōceſſa repereris: ſuper quo tuā conſcientiā oneramus: lr̄as ⁊ contenta huiuſmodi aucto ritate prefata approbes ⁊ cōfirmes. Tenor aūt dictarum lr̄aꝝ talis eſt. BONIFACIUS epūs ſeruus ſeruorum dei ad perpetuā rei memoriā. In ſinu ſedis aplice ſacer ordo fratrū eremitaꝝ ſancti augu ſtini conſiſtēs ſic ſplēdet per incrementa virtutū: ꝙ digne meretur preci puis attolli fauoribus ac ſpiritualibus gratijs confoueri: ⁊ nos equidē ordinem ipm libenter proſequimur prerogatiua fauoris: ⁊ augmenta ſuoꝝ ſucceſſuū in ijs preſertim q̄ diuini cultꝰ augmentū ⁊ ſacre ordinis ꝓpagationē reſpiciūt: paternis affectibꝰ ꝓmouemus. Hinc ē ꝙ nos di lectoꝝ filioꝝ prioris generalis ⁊ fratrū dicti ordinis p̄cibꝰ annuētes: ac cupiētes vt ordo predictꝰ eo ꝓficiat incremētis: quo maioribus fuerit gratijs a ſede aplica cōmunitus: auctoritate aplica p̄ntiū tenore ſtatui mus. concedimꝰ. volumus ⁊ ordinamꝰ: ꝙ de cetero ꝑpetuis futuris tē poribꝰ tā gen̄ali q̄ꝫ cuilibꝫ officiali p̄oribꝰ dicti ordinis ſc̄dꝫ morē ⁊ in ſtituta eiuſdē ordinis in q̄buſcūqꝫ ꝓuincijs ꝯſtitutꝫ tā p̄ntibꝰ q̄ꝫ futuris ſit licitū ac ꝑmiſſū: q̄ſcūqꝫ mlr̄es ſi alias ſint idonee. ⁊ aliud canonicū

nō obſtāt. hītū reglarē p̄dicti ordinis ad inſtar mātellataꝝ ſeu pizoq̄ra rū ordinū fratrū minoꝝ ⁊ p̄dicatoꝝ hēre voluerint ⁊ geſtare: tā virgies ⁊ matronas q̄ꝫ viduas ⁊ mātellatas ſeu pinzoq̄ras dicti ordinis eremi tarū recipe ⁊ admittere: ac eaꝝ ſinglis hītū regularē ac regulā eiuſdeꝫ ordinis eremitaꝝ ad inſtar hmōi mantellataꝝ ſeu pinzoq̄rarū ordinūꝫ fratrum minoꝝ ⁊ p̄dicatoꝝ p̄fatoꝝ ꝓut ſcdm deū ſaluti aiaꝝ earūdem ſalubrius viſum fuerit expedire. ēt exhibere: q̄ ſic recipiende auctoritate prefata gaudeāt ⁊ gaudere poſſint ⁊ debeāt tā exēptionis priuilegio q̄ꝫ oibus immunitatibus. libertatibꝰ. indulgētijs ac alijs priuilegijs q̄buſ cunqꝫ prefato ordini eremitaꝝ eiuſqꝫ fratribꝰ ac pſonis ꝑ ſedem aplicā iam cōceſſis ⁊ q̄ in poſterū cōcedentur: q̄tenus hmōi exēptionis priui legiū. immunitates. libertates. indulgētie. ac q̄cunqꝫ alia priuilegia ipis prioribus ⁊ fratribꝰ ordinis eremitaꝝ cōpetūt vel cōpetere poſſunt ſeu poterūt: ⁊ priores ⁊ frēs ac loca ipa eſſe capacia eorūdeꝫ: volētes inſuꝑ ⁊ auctoritate p̄dicta decernen̄. ꝙ exēptionis prefate priuilegiū immuni tates libertates ⁊ alia ſupradicta etiā ad iā ꝑ ipos ⁊ fratres ordinis ere mitarū receptas ⁊ mātellatas ſeu pinzoqueras hmōi plenarie ſe exten dant: ipeqꝫ illis gaudere poſſint ⁊ debeāt: ꝓut de recipiēdis mātellatis ⁊ pinzoqueratis hmōi ſepius eſt expreſſum. Conſtitutionibꝰ aplicis ac ſtatutis ⁊ cōſuetudinibus tā veſtri q̄ꝫ alioꝝ ordinū quorūcūqꝫ ⁊ alijs nō obſtantibus quibuſcunqꝫ. Nulli ergo oino hominū liceat hāc paginā nr̄e ꝯceſſionis. decreti. ſtatuti. volūtatis ⁊ cōſtitutiōis infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siqs aūt hoc attētare p̄ſūpſerit: indignationē oipotētis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſuꝝ. Da tū rome apō ſanctū petrū ſeptimo idꝰ nouēbris pōtificatꝰ nr̄i anno. xi. Datū rome apud ſanctos aplos q̄rto idꝰ iulij pōtificatꝰ nr̄i anno. ix. Nulli ergo oino hominū liceat hanc paginā nr̄e ꝯfirmationis ⁊ cōmu nitionis infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis aūt hoc attē tare preſumpſerit: indignationē oipotentis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datū florētie anno incarnationis dn̄i ce milleſimo q̄dringēteſimo q̄dtrageſimo q̄rto tertiodecimo kl̄s auguſti pōtificatꝰ nr̄i anno q̄rto. INNOCENTIUS epūs ſuus ſuo rūꝫ dei dilectis filijs priori generali ⁊ fratribus ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſempqꝫ virginis marie de mōte carmeli ſalutē ⁊ apoſtolicāꝫ benedictionē. Deuotionis veſtre precibus inclinati: auctoritate vobis preſentiū indulgemꝰ. ne de cauſis aliquibus decetero vobis a ſede apli ca cōmittēdis cognoſcere teneamini: niſi lr̄e cōmiſſionis hmōi plenam de hac indulgētia fecerint mentionē. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtre cōceſſionis infringere: vl' ei auſu temerario cōtra ire. Siquis aūt hoc attētare p̄ſumpſerit: indignationeꝫ oipotētis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eiꝰ ſe nouerit incurſurū. Datū lugduni tertio idꝰ iulij pōtificatꝰ nr̄i anno q̄rto. CLEMENS epūs ſeruus ſeruo rū dei dilectis filijs generali ac ceteris prioribꝰ ⁊ fratribus ordinis glo rioſiſſime dei genitricis ſempqꝫ virginis marie de mōte carmeli ſaluteꝫ ⁊ aplicam benedictionē. Deuotiōis augmentū deo ꝓpitio nobis ſubue

Innocentiꝰ papa q̄rtꝰ ꝯcedit: frēs nō teneri ad cognitionē cauſarū ēt a ſede aplica commiſſarū.

Clemēs papa concedit: frēs poſſe diuina celebrare in locis ſuis cū altari viatico.

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nire ↄſidim⁹:ſi ſup ijs q̄ pie cupitis nos benignos ad grām habeatis.
Hinceſt q̄ nos hūilitatis vr̄e p̄cibus inclinati:auctate p̄ntiū vobis in-
dulgem⁹:vt in locis ⁊ oratorijs vr̄is q̄ ex ↄceſſiōe romanoꝝ pōtificum
p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ aut dioceſanoꝝ locoꝝ pacifice obtinetis:cū altari viati
co poſſitis miſſaꝝ ſolēnia ⁊ alia diuina officia celebrare:oī ꝓchiali iu
re ꝓchialibus eccleſijs reſeruato.Et ne de iure hmōi poſſit aliqua que
ſtio ſuboriri:illud circa oblatiōes decimas ⁊ p̄mitias intelligim⁹:q̄ a lai
cis ſolent clericis exhiberi:q̄bus defraudari nolum⁹ ꝓchiales eccleſi-
as occaſiōe indulḡetie ſupradicte.Nulli ergo oīno hoīuȝ liceat hāc pa-
ginā nr̄e ↄceſſiōis infringere:vel ei auſu temerario cōtraire.Si quis aūt
hoc attentare p̄ſumpſerit:indignationeȝ oīpotētis dei ac btōꝝ petri ⁊
pauli apl'oꝝ eius ſe nouerit incurſurū.Datū peruſij quarto nonas iunij
pontificatus nr̄i anno primo.URBANUS Ep̄s ſeru⁹ ſeruoꝝ dei
Dilectis filijs priori generali ⁊ fr̄ibus ordinis gl'ioſiſſime dei genitricis
ſempq̄ȝ virginis marie de mōte carmeli:ſalutē ⁊ apl'icam bn̄dictionem.
Deuotiōis vr̄e qua deū ⁊ nos ⁊ romanā eccleſiaȝ reueremini.ſinceritas
ꝓmeret̄:vt petitiōib⁹ vr̄is q̄ntū cum deo poſſum⁹ fauorabiliter annua-
mus.Hinc eſt q̄ nos vr̄is deuotis ſupplicatiōib⁹ inclinati:vt vbicūq̄ȝ
(in locis tamē ad hoc ↄgruētib⁹ ⁊ honeſtis)extra loca ⁊ oratoria coraȝ
p̄latis ⁊ principib⁹ ⁊ magnatib⁹ cum ſup hoc p eos vel pro p̄te ip̄oꝝ fu
eritis requiſiti:ſup altari portatili miſſas ⁊ alia diuina officia celebrare:
abſq̄ȝ tñ iuris ꝓchialiū eccleſiarū p̄iudicio valeatis:quibuſcūq̄ȝ ↄſtitu
tiōib⁹ apl'icis ⁊ ſtatutis ac cōſuetudinib⁹ vr̄i ordinis ⁊ alijs ↄtrarijs ne-
quaq̄ȝ obſtañ.vobis tenore p̄ntiū de ſpāli grā indulgemus.Nulli ergo
oīno hoīum liceat hāc paginā nr̄e ↄceſſiōis infringere:vel ei auſu teme-
rario ↄtraire.Si q̄s āt hoc attētare p̄ſūpſerit:indignationē oīpotētis dī
ac btōꝝ petri ⁊ pauli apl'oꝝ eius ſe nouerit incurſurū.Datū auinioñ.ter
tio decimo kl's martij pōtificat⁹ nr̄i āno primo.ALEXANDER
Ep̄us ſeruus ſeruoꝝ dei.Venerabilib⁹ fr̄ibus p̄riarchis archiep̄is ep̄is
in quoꝝ dioceſib⁹ priores ⁊ fr̄es ordinis gl'ioſiſſime dei genitricis ſemp
q̄ȝ virginis marie de monte carmeli ↄſiſtūt:ſalutē ⁊ apl'icā bn̄dictionē.
Cū p̄latos eccleſiarū ⁊ plātare ſacrā religiōeȝ ⁊ plantatā deceat modis
oībus ↄfouere:auctate p̄ntiū diſtricti⁹ inhibem⁹:vt aliq̄s vr̄m a dilect̄
filijs priorib⁹ ⁊ fr̄ibus ordinis btiſſime dei genitricis ſempq̄ȝ virginis
marie de monte Carmeli qui conſiſtunt in veſtris dioceſibus vel conſi-
ſtent:obediētiam contra tenorē priuilegioꝝ ⁊ indulḡētiarū apl'ice ſedis
exigere vel recipere non preſumat.Nulli ergo oīno hoīum liceat hanc
paginā nr̄e inhibitiōis infringere:vel ei auſu temerario ↄtraire.Si q̄s
aūt hoc attētare preſumpſerit:indignationē oīpotentis dei ac btōrum
petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurū.Datū laterani.decimo
octauo kl's februarij pontificatus noſtri anno ſecundo.NICOLA
US Ep̄us ſeruus ſeruorum dei.Venerabilibus fratribus patriarchis
archiep̄is epiſcopis in quorum ciuitatibus ⁊ dioceſib⁹ fratres ordinis
gl'ioſiſſime dei genitricis ſemperq̄ȝ virginis marie de mōte carmeli cō
ſiſtūt:ſalutē ⁊ apl'icā benedictiōem.Ad audieutiā nr̄am ꝑuenit.q̄ licet

Urban⁹ papa
iiij.ↄcedit:fr̄es
poſſe diuia ce-
lebrare vbiq̄ȝ
cuȝ altari por-
tatili.

Alexander pa-
pa.iiij.inhibet
vt null⁹ p̄lat⁹
poſſit a frib⁹ o
bediētiā recipe
ↄtra tenorē p̄
uilegiorū apl'i
ce ſedis

Nicola⁹ papa
iiij.cōcedit fri
b⁹:poſſe i ora
torijs ſuis diui
na celebrare.

dilecti filij fratres ordinis beatiſſime dei genitricis ſempq̄ȝ virginis ma
rie de mōte carmeli in oī patiētia ⁊ hūilitatis ſpiritu ſe vobis deuotos ⁊
placidos ſtudeāt exhibere:mādatis veſtris in oībus q̄ ſtatutis eiuſdem
ordinis nō obuiant.ꝓpt̄a deuotione parendo:nihilq̄ȝ velint facere p
q̄d eccl'ijs in quarum morātur parrochijs aliquod preiudiciū vel diſpē-
dium generetur.Nihilomin⁹ tñ quidam veſtrū fratres eoſdē nimiū cō-
primentes:ip̄os in oratorijs ſui ordinis in eoꝝ ciuitatibus vl' dioceſib⁹
conſtitutis diuina officia celebrare ꝓ ſue volūtatis arbitrio nō ꝑmittūt
alias graues exiſteñ.eiſdē plurimū ⁊ infeſti:propter q̄d duxerūt ad apo
ſtolice ſedis auxiliū recurrendū.Cum igitur indignū exiſtat.vt ijdē fra-
tres eos moleſtos ſentiāt:qui ip̄os ſue religionis obtētu tenētur in viſce
ribus gerere charitatis:nos circa religionis augmentū ⁊ aiarū ꝓfectū
vigiles inueniri volētes:fraternitati veſtre ad inſtar fe.re.alexādri ⁊ cle
mentis.iiij.romanoꝝ pontificū predeceſſoꝝ noſtroꝝ per apoſtolica ſcri
pta firmiter precipiētes mandam⁹:quaten⁹ quādiu p̄dicti fratres man
datis veſtris iuxta premiſſum modū deuote obedire curauerint:ab ip̄o
rum moleſtijs ⁊ grauaminib⁹ deſiſtētes:ac ſubditos vr̄os ab ipſoꝝ in-
quietatione penitus compeſcētes:ꝑmittatis ip̄os maxime cum iā ora-
toria ⁊ collegia habeāt in ciuitatibus ⁊ dioceſibus veſtris prout decet vi
ros religioſos approbati ordinis diuina officia in eiſdem oratorijs libe
re celebrare:ita vt fratres p̄dicti ꝓpter hoc ad nos recurrere vlterius nō
cogātur.Datum rome apud ſanctaȝ mariā maioreȝ Quinto kl's maij
Pontificatus nr̄i anno tertio.BONIFACIUS ep̄us ſeruus
ſeruoꝝ dei dilectis filijs prioribus ꝓuincialib⁹ fratrū ordinis glorioſiſ
ſime dei genitricis ſempq̄ȝ virginis marie de monte carmeli ſalutem ⁊
apoſtolicā benedictionē.Religionis vr̄e promeretur honeſtas:vt peti-
tionibus veſtris preſertim aiaꝝ ſaluteȝ concernentib⁹ fauorabiliter an
nuam⁹.Ex parte ſiquidē veſtra fuit propoſitū corā nobis:q̄ plures fra
tres vr̄i ordinis in theologica facultate inſtructi:deſiderāt chriſti fideli
bus ꝓponere verbū dei.Nos igitur vr̄is ſupplicationib⁹ inclinati:te-
nore preſentiū vobis auctoritatē concedim⁹:vt illis ex predictis fratri-
bus quos ad hoc idoneos eē cognoueritis.ꝓponendi chriſti fidelibus
predictis verbum dei de dioceſanorum tñ locoꝝ aſſenſu dare licenciam
valeatis.Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nr̄e conceſſio
nis infringere:vel ei auſu temerario contraire.Siquis aūt hoc attenta
re preſumpſerit:indignationē omnipotētis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli
apoſtolorum ei⁹ ſe nouerit incurſurū.Datum anagnie decimo kl's au-
guſti Pontificatus nr̄i Anno primo.URBANUS ep̄us ſeruus
ſeruoꝝ dei dilectis filijs priori ⁊ fratrib⁹ ordinis beatiſſime dei genitri
cis ſemperq̄ȝ virginis marie de mōte carmeli ſalutē ⁊ apoſtolicā bene-
dictionē.Meritis veſtre religionis inducimur:vt vos ꝓſequamur gra
tia q̄ vr̄is neceſſitatibus eē dignoſcitur opportuna.Hinc ē q̄ nos vr̄is
ſupplicationibus annuētes:vt de vſuris ⁊ rapinis ⁊ alias male acquiſi
tis ſiquib⁹ haꝝ reſtitutio fieri debeat omnino inueniri ⁊ ſciri nō poſſint:
necnon de quibuſcūq̄ȝ legatis indiſtincte ad pios vſus relictis.dū modo

Bonifaci⁹ pa-
pa.viij.conce-
dit p̄latis licē-
tiaȝ inſtituendi
ſubditos p̄dica
tores.

Urban⁹ papa
iiij.cōcedit fra-
trib⁹:poſſe de
rapinis ⁊ male
acq̄ſitis ac reli
ctis in cert̄ vſ-
q̄ȝ ad cētū mar
chas recipe.

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

executoꝝ teſtamentoꝝ ad id accedat aſſenſus: ac redemptionis uotoꝝ q̄ fuerint auctoritate dioceſanoꝝ ꝑontificū cōmutata (hieroſolimitan̄ dūtaxat voto excepto) vſq ad ſumā centū marchaꝝ argenti recipe valeatis: auctoritate vobis pn̄tiū duxim9 concedēdū: ſi ꝑ ſimiliū receptiōe alias non ſitis a ſede aplica hmōi gratiā conſecuti. Jta ꝙ ſi aliquid de ipis centū marchis dimiſeritis vel reſtitueritis. aut dederitis illis a qb9 eos receperitis. hmōi dimiſſum vel reſtitutū ſiue datū nihil ad liberationem pſit eoꝝ: nec quantū ad id habeātur aliq̄ten9 abſoluti. Nulli ḡ oino hōinū liceat hāc paginā nr̄e cōceſſionis infringere: vl' ei auſu temerario cōtraire. Siquis aūt hoc attentare p̄ſumpſerit: indignationē oipotētis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli aplo̕ꝝ ei9 ſe nouerit incurſuꝝ. Datū viterbij ſexto decimo kl's octobris ꝑōtificat9 noſtri Anno primo.

Urban9 papa q̄rt9 cōcedit p̄latis licētiā abſoluēdi a q̄cunq excōicatiōe ingrediētes religionē ac etiā ꝓfeſſos.

URBANUS epūs ſeruus ſeruoꝝ dei dilecto filio priori generali fratrū ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſemꝑ virginis marie de mōte carmeli ſalutē ⁊ aplicā benedictionē. Exigētib9 ſacre tui ordinis religionis meritis dignū ducim9: vt ei9 petitionib9 maxime q̄ ſalutē continent aiaꝝ. fauore beniuolo annuam9. Tuis itaq p̄cib9 inclinati: vt eos ex fratrib9 tuis qui ꝑ iniectione manuū in ſeipos excōis laqueū ante vl' poſt ſuſceptū habitū incurrerūt: necnon ⁊ illos qui ſeculi vanitate relicta cupiētes vr̄e hūilitatis collegio aggregari. ſe aſſeruerint excōicatione ligatos: ne ipoꝝ ad deū poſſit conuerſio impediri: ꝑ te ⁊ alios abſoluere valeas: ⁊ eis qbus ſuꝑ hoc vices tuas cōmiſeris cōcedimus auctoritate preſentiū facultatē: niſi adeo graues ⁊ enormes fuerint exceſſus ꝙ merito ſint ad ſedē aplicā deſtinādi. Jta tn̄ ꝙ ſi ipi ordinē veſtrū exiuerint vel dimiſerint: eo ipo predictis ſn̄ijs ſint aſtricti: ⁊ hmōi diſpēſatio nullius penit9 ſit momēti. Et ſi aliq ex eis ꝓpter debitū ſeu alias ꝑ iure alterius fuerint ſeñijs predictꝫ ligati: ſuꝑ his ſatiſfaciāt, vt tenētur. Nulli ergo oino hōminū liceat hāc paginā nr̄e cōceſſionis infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis aūt hoc attētare p̄ſumpſerit: indignationē omnipotētis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli aplo̕ꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datū apud montē flaſconū quinto kl's ſeptēbris ꝑōtificat9 nr̄i anno primo.

Alexander papa. iiij. cōcedit p̄latis licētiaꝫ abſoluendi venietes ad ordinem: exhibita tn̄ ſatiſfatione.

ALEXANDER epūs ſeruus ſeruoꝝ dei dilectꝫ filijs priori generali ⁊ vniuerſis priorib9 ⁊ fratribus ordinis glioſiſſime dei genitricis ſemꝑ virginis marie de mōte carmeli ſalutē ⁊ aplicam benedictionē. Ex aplici cura tenemur officij circa religionis augmentū attenti ⁊ vigiles inueniri: ſuper ijs digne vr̄is votis annuim9 in qb9 honorē veſtri ordinis ⁊ aiaꝝ ꝓfectū cōtineri ſentimus. Hinc ē ꝙ nos vr̄e precibus deuotionis inducti: vt volēti. vr̄o aggregari collegio ⁊ ꝓfeſſionē facienti. in ordine vr̄o qui ſuſpēſionis aut interdicti vl' excōicatiōis ſentētijs ſunt ligati: vos filij priores abſolutionis beneficiū iuxta formā eccl'ie impartiri: ⁊ ipos in fratres recipe valeatis: auctoritate preſentiuꝫ indulgem9. Jta tn̄ ꝙ ſi aliqui ꝓpter delictū ex eiſdē vel quocūq modo alteri9 iure ſentētijs hmōi ſunt aſtricti: ſuꝑ ijs ſatiſfaciāt vt tenētur. Nulli ergo oino hōinū liceat hāc paginā nr̄e cōceſſionis infringere: vl' ei auſu temerario contraire. Siquis aūt hoc attētare p̄ſumpſerit: indignatio-

nēꝫ oipotētis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ ei9 ſe nouerit incurſurum. Datū laterani quarto kl's aprilis ꝑōtificat9 nr̄i anno ſeptimo.

CUM AUTEM ſicut dilecti filij chriſtophori martignoni generalis magiſtri dicti ordinis relatione intelleximꝰ: noſq etiā expientia didicimus in minorib9 conſtituti: circa lr̄as ⁊ priuilegia huiuſmodi eorū q vim efficaciā nōnulla dubia ſunt exorta: attendentes vberes fructus quos dict9 ordo vt p̄diximus multa refulgēs gloria meritoꝝ. ⁊ gratia redolēs ſanctitatis. in agro militātis eccl'ie in propagatione religionis ⁊ fidei orthodoxe hacten9 ꝓduxit vtiliter ⁊ producit ac in futurum ꝓducturum ſpe firma tenemus: ac illius ſtatū proſperū ⁊ tranquillū palmites ſuos a mari vſq ad mare ⁊ etiam ad barbaras extēdēdo nationes: ꝓpter illi9 antiquitatē in mōte carmelo primariā fundationē intēſis zelātes affectib9: ac cupiētes. vt lr̄e ⁊ priuilegia p̄dicta ſublatis qbuſlibet dubitationib9 inuiolabiliter obſeruētur: p̄dictoꝝ quoq ⁊ alioꝝ diuerſorum romanoꝝ pontificū p̄deceſſoꝝ nr̄oꝝ q ordinē p̄dictū varijs priuilegijs nō immerito decorauerūt. inherētes veſtigijs: motu ꝓprio non ad eoꝝ chriſtophori generalis aut dicti ordinis fratrū glorioſiſſime dei genitricis ſemꝑ virginis marie de monte carmeli ꝓfeſſoꝝ. vel alteri9 ꝓ eis nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiā: ſꝫ de nr̄a mera voluntate ⁊ deliberatione ⁊ ex certa nr̄a ſcientia: p̄dictas lr̄as. nicolai. iiij. bonifacij: viij. clemētis. iiij. innocētij. iiij. ioānis. xxij. gregorij. xi. clemētis. vi. eugenij. iiij. pij. ij. vrbani. iiij. calixti. iij. nicolai. v. benedicti. xiij. alexandri iiij. innocētij. vi. vrbani. vi. clemētis. v. pauli. ij. ⁊ alioꝝ plurimoꝝ romanoꝝ pontificū predeceſſoꝝ lr̄as etiā indulgētiaꝝ ac aliaꝝ q̄rūlibet gratiarū ſpiritualiū ⁊ temporaliū dicti ordini beate marie de mōte carmeli ⁊ illius domibus aut fratribus in genere vel in ſpecie quomodolibet conceſſas: quas acſi de verbo ad verbum vna cum litteris predictorū pontificum inſerte forent preſentibus haberi volumus pro expreſſis: ac omnia ⁊ ſingula in eis contenta auctoritate apoſtolica tenore preſentium approbamus ⁊ innouamus ⁊ de nouo concedimus: ac robur perpetue firmitatis obtinere debere decernim9. ¶ Supplētes ex certa ſciētia ⁊ proprio motu omnes defect9 ſiqui quoquomodo interuenerint in eiſdem: ꝑq potiori cautela omnia ⁊ ſingula per nicolaū. iiij. bonifaciuꝫ viij. clementis. iiij. ⁊ nicolaum. v. alioſq predeceſſores predictos in eiſdem litteris pro ⁊ in fauorem dicti ordinis carmelitaruꝫ ⁊ illius domorum ⁊ perſonarum etiam oblatarum commiſſarum ⁊ mantellatarum ac aliarum vtriuſq ſexus quorūlibet etiam confratruꝫ ⁊ ſororum eccleſias ac domos huiuſmodi viſitantium ac illis pias elemoſynas erogantium quomodolibet ordinata. ſtatuta. decreta. conceſſa ⁊ indulta vim ⁊ vigorem ⁊ efficaciam haberi ⁊ fieri obſeruari debere motu ſcientia ⁊ auctoritate predictis de nouo ordinamus ⁊ ſtatuim9 atq decernim9: dictoq ordini ⁊ illius domibus ⁊ profeſſoribus concedimus ⁊ indulgemus. A

¶ Etiquia ſicut accepimus noſq ipſi in minoribus conſtituti experiētia didicimus circa litteras et priuilegia huiuſmodi nonnulla dubia poſtmodum ſunt exorta, habita ſuper illis conſideratione decenti, motu B

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

auctoꝛitate ⁊ ſcientia ſimilibus primo lr̃as innocentij. iiij. clemētis. iiij. ⁊ innocētij. vi. ⁊ alexādri. iiij. per quas dicti oꝛdinis beate dei genitricis marie de monte carmeli profeſſoꝛibus cōceditur: ꝙ ad ſolutioneȝ collectarum ſeu exactionū quarūlibet vel viceſime cogi a nemine valeāt: ⁊ in prefatis clemen: is. iiij. ⁊ alexandri. iiij. romanoꝝ pontificū prefatoꝛum etiam predeceſſoꝛum nr̃oꝝ litteras p̄dictas in ea parte in qua concedūt dictis fratribus de noualib⁹ eoꝝ q̄ p̄prijs manibus aut ſumptibus colunt: ac de hoꝛtis virgultis ⁊ piſcationib⁹ eoꝝ nullus ab eiſ decimas exigere preſumat: ad q̄cunq̧ bona dictoꝝ fratrum ⁊ quecūq̧ onera q̄ ēt ſub cenſuris alterius collecte vel ſubſidij etiam charitatiui aut dacij vl̓ pedagij vel gabelle ſeu alio quouis nōie indicerētur etiam ꝑ l̓apoſtolice ſedis legatos locoꝛum oꝛdinarios vel clerum aut populum vel ſeculares principes ⁊ dominos tēpoꝛales ⁊ alios quoſcunq̧ exigerentur q̈uis etiam apoſtolica auctoꝛitate necnon ad quaſcunq̧ decimas etiā q̄s vulgus papales appellat ⁊ aplica ſedes ꝓ chriſtiane fidei defenſione aut alijs imminētib⁹ ei per ſepe neceſſitatibus indici extendim⁹: ac decernimus dicti oꝛdinis ꝓfeſſoꝛes etiam ſi decime ⁊ onera huiuſmodi ꝑ quoſcunq̧ exemptos etiam mendicantiū oꝛdinū ꝓfeſſoꝛes ſolui mandarentur cum quibuſuis etiam derogatoꝛiaꝝ derogatoꝛijs ac foꝛtioꝛibus efficacioꝛib⁹ ⁊ inſolitis clauſulis ad decimarum ⁊ onerū huiuſmodi ſolutionem non teneri. ⁊ in eoꝝ ſolutione ceſſando: cēſuras ⁊ penas aliq̄n do non incurrere: niſi pñtibus nonꝑ generales aut alias clauſulas ſpecialem mentionē impoꝛtañ. ſed alias ſit derogatū ſpecifice earū de verbo ad verbum inſerto tenoꝛe. Et vt virgines ⁊ vidue ⁊ coniugate ꝑſone mantellate ſeu pinzochere dicti oꝛdinis nuncupate predicte tāto feruentius iuxta eaꝝ viuendi ritum ⁊ moꝛem ſub cura ⁊ ſecūdū instituta dicti oꝛdinis: ac oꝛdinata per bonifaciuȝ. ix. in ſua obedientia nuncupatū et martinum. v. ac eugenium. iiij. predeceſſoꝛes predictos cōfirmata: quo ad moniales virgines ⁊ viduas coniugatas ⁊ mantellatas pinzocheras oꝛdinis eremitaꝝ ſancti auguſtini ⁊ per prefatum nicolaū. v. etiaȝ p̄deceſſoꝛem noſtrū quo ad oīa ⁊ ſingula indulta priuilegia ⁊ indulgētias oꝛdinum p̄dicatoꝝ ⁊ eremitaꝝ ad virgines viduas coniugatas ꝑſonas mantellatas pinzocheras oꝛdinis beatiſſime dei genitricis ſemperq̧ virginis marie de monte carmeli extēſa: ⁊ ad quas virgineſ mātellatas pinzocheras dicti oꝛdinis beatiſſime dei genitricis ſemperq̧ virginis marie de monte carmeli ſingula priuilegia ⁊ indulgentias oꝛdini minorum conceſſa ⁊ indulta: motu ⁊ ſciētia ſimilib⁹ quoad oīa extendim⁹. ⁊ extēſa volum⁹ ⁊ mandamus: vt eo attenti⁹ diuinis ſtudeāt vacare beneplacitis: quāto maioꝛib⁹ priuilegijs ⁊ fauoꝛib⁹ p̄dicte ſedis cognouerint ſe foꝛe refectas motu ſcientia ⁊ auctoꝛitate p̄dictis volum⁹ ⁊ eiſdē ꝑſonis concedimus: ꝙ omnibus ⁊ ſingulis priuilegijs. immunitatib⁹. fauoꝛibus. gratijs ⁊ indultis in ſpiritualibus ⁊ tempoꝛalibus predictis oꝛdinibus videlicet predicatoꝝ minoꝛum eremitaꝝ ſancti auguſtini et eoꝝ fratribus: ⁊ pro fratribus beatiſſime dei genitricis ſempq̧ virginis marie de monte carmeli conceſſis ⁊ concedendis ⁊ quibus illi in genere

quomodolibet potiūtur ⁊ gaudent tam in vita q̧ in moꝛtis articulo etiam circa peccatoꝝ remiſſionē ⁊ iniunctarum pniarum relaxationē: vti potiri ⁊ gaudere ac participes eſſe poſſint ⁊ debeant. ¶ Liceatq̧ fratrib⁹ predictis eiſdem pinzocheris ⁊ mātellatis ꝑſonis in earū etiā domib⁹ quotiens opus fuerit. ꝯfeſſiōibus diligeter auditis de abſolutiōis beneficio ꝓuidere: ⁊ euchariſtie ac extreme vnctiōis ſacramēta miniſtrare: ⁊ dum eos vel eas decedere contigerit. illoꝝ cadauera ad eoꝛūdem fratrū eccleſias tumulāda deferre: etiam ecclĩarū parrochialiū ꝑſonaꝝ eoꝛūdē rectoꝝ lnia deſuper minime requiſita ⁊ ꝯtradictiōe quacūq̧ nō obſtañ. ¶ Et ne oblati ⁊ oblate eiuſdē oꝛdinis ſuoꝝ iure deuotiōis ad oꝛdinē ipſ frustrētur effectu: oīa ⁊ ſingula circa frēs ⁊ ſoꝛoꝛes mātellatas ſeu pinzocheras nūcupatas ꝑſonas p̄dictas in pñtib⁹ lr̃is ſtatuta ꝯceſſa ⁊ oꝛdinata: aut illis fribuſq̧ p̄dictis in eoꝝ ꝯmodū ⁊ fauoꝛē indulta: ad eaſdē dicti oꝛdinis nūc ⁊ ꝓ tp̄e oblatas ⁊ ꝯmiſſas vtriuſq̧ ſexus ꝑſonas eiſdē ſcia motu ⁊ auc̃tate extendim⁹ ⁊ ampliamus: ac in eis locuȝ habere d̄bere perinde ac ſi ꝓ eiſdē oblatis ⁊ ꝯmiſſis ꝑſonis ⁊ circa illas emanaſſent: decernimus volum⁹ ⁊ oꝛdinam⁹. ¶ Et q̄ ex ꝯceſſione ꝯtinet̃ dictorū Innocētij. iiij. Alexādri. iiij. ⁊ Gregoꝛij. xi. p̄deceſſoꝝ: ꝙ liceat eis cuȝ interdictū generale terre fuerit. dūmodo cām non dederint interdicto: clauſis ianuis. excōicatis ⁊ interdictis excluſis. ſubmiſſa voce. miſſas ⁊ alia officia diuina celebrare: eoꝛūdem fratrū deuotōi non plene ꝯſulitur: ꝯceſſionē eandē extendēdo. eiſdē fribus vt liceat eis habere altare poꝛtatile cum debitis reuerētia ⁊ honoꝛe. ſuꝑ quo in locis ad hoc ꝯuenientibus ⁊ honeſtis ꝓterq̧ in eccleſijs ab oꝛdinarij obedientia non exemptis quotiēs id eis ꝯtigerit interdici: poſſint miſſas ⁊ alia diuina officia i quorūcunq̧ pñtia celebrare: ⁊ interdicti tp̄e ad diuina hmōi cum eis mātellatas ⁊ pinzocheras ac oblatas ꝯmiſſaſq̧ ꝑſonas ⁊ ip̄oꝝ fratrū ac monaſterioꝝ monialiū oꝛdinis p̄dicti ꝓcuratoꝛes. aduocatos p̄dictos. ⁊ negocia gerētes. vtriuſq̧ ſexus admittere: p̄fatis ſcia motu ⁊ auc̃tate indulgemus. ¶ Jis vero qui veſtris imoꝛātur obſequijs: cuncta libere miniſtrare poſſitis eccleſiaſtica ſacramenta: ⁊ ipſos cum decedunt in veſtriſ cimiterijs ſepelire. ¶ Si quando aūt in terras in quibus reſidetis vel in earum perſonas excōicatiōis ſeu interdicti ſnias contigerit ꝓmulgari: pueri veſtris ſeruicijs deputati. negocioꝝq̧ vr̃oꝝ ꝓcuratoꝛes ⁊ oparij. qui in vr̃is locis eoꝝ opibus ꝑſonaliter ꝯtinuo inſiſterent: huiuſmodi ſnie obnoxij minime habeātur: ibiq̧ poſſint queādmodū frēs diuina audire iuxta foꝛmā que locis ip̄is ⁊ eoꝝ vtriuſq̧ ſexus perſonis in eo caſu a ſede aplica eſt ꝯceſſa: niſi eidem interdicto cām dederint: vel excōicari ſpecialiter vel interdici ꝯtingat eoſdem. ¶ Et quia vos voluntariam patientes pauptatē exhoꝛtatiōis pio ſtudio bonos ad potioꝛa dirigitiſ: ⁊ errātes in rectitudinis ſemitā laudabiliter reuocatis: ꝯcedimus. vt in excōicatoꝝ terris libere cōmoꝛari: ⁊ ab eis tunc ⁊ etiam quādo ꝑ ipſos vos tranſire contigerit. neceſſaria vite depoſcere ac recipere valeatis. ¶ Generalis quoq̧ in toto oꝛdine libere ⁊ ſinguli ꝓuinciales in eoꝛum ⁊ de ſuis prouincijs predictis fratribus cōſtitutis ibidem necnō ⁊ frib⁹

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

alijs eiuſdem ordinis interdū ad eos declinātibus vndecunq₃ abſoluti
onē ⁊ diſpenſatione indigentibus: ſiue priuſq₃ intrauerint ordinem ſiue
poſt in caſibus exceſſerint pro quibus excōicatiōis vel interdicti aut ſu
ſpenſionis incurrant ſn̄ias a iure vel a iudice generaliter promulgatas:
⁊ huiuſmodi ſententijs inodati. aut in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico iter
dicto diuina officia celebraſi. vel ſuſcipiētes ordines. ſic ligati notā irre-
gularē incurrant: abſolutionis ⁊ diſpenſatiōis beneficiū valeant impar
tiri: niſi in caſibus in pn̄tibus lr̄is quas vulgus mare magnū appellat
K exceptis. ¶ Frēs quoq₃ veſtri quos pro tempore vos generalis ⁊ ꝓuin-
ciales necnon ⁊ vices vr̄as gerēn̄. in proprios habueritis cōfeſſores: ab
ſolutionis ⁊ diſpēſatiōis beneficiū vobis cū expedierit valeant imparti
ri: iuxta formā ꝯceſſiōis ſuper abſolutione ⁊ diſpenſatione fratrum eiuſ-
L dem ordinis in pn̄tibus lr̄is vobis facte. ¶ Ad hec volen̄. veſtre aggre-
gari ſacre religioni qui ſuſpenſionis aut interdicti vel excōicationis ſen
tentijs a iure vel a iudice promulgatis generaliter ſunt ligati: abſolutio-
nis beneficiu₃ obſeruata forma canonica impartiri: ipſoſq₃ in fratres re
cipere: ac eos qui poſt aſſumptum habitum ⁊ profeſſione₃ emiſſa₃ reco
luerint ſe talibus in ſeculo fuiſſe ſentētijs innodatos: ſcd̄m formā ipſam
vos generalis magiſter ⁊ ꝓuinciales priores ac vices vr̄as geren̄. vale
atis abſoluere: ⁊ cum irregularibus diſpēſare ſi forſan talibus innodati
ſentētijs vel i locis iterdicto ſuppoſitis diuina preſumpſerint officia ce
lebrare vel ordines receperint. ita tamen ꝙ ſi aliqui ex eiſdē ſentētijs ꝓ
pter debitum ſunt aſtricti ſatiſfaciāt vt tenētur. Volumus aūt nihilo-
minus ꝙ poſtq₃ fuerint abſoluti hmōi volen̄. aggregari predicte reli-
gioni: niſi mox ordinē veſtrū intrauerint: quacūq₃ etiam prelatorū eiuſ
dē ordinis ln̄ia non obſtan̄. eoipo i priſtinas ſn̄ias a quibus: eos taliter
abſolui cōtigerit relabant̄. Ceterū vr̄a diſcretio caute prouideat vt apl̄i
ce ſedis legatoꝝ ipſius ⁊ ordinarioꝝ locoꝝ in abſolutionib⁹ huiuſmodi
M ſcandalum euitetur. ¶ Preterea Joannis. xxij. ⁊ Eugenij. iiij. ⁊ Caliſti
iij. predeceſſorum veſtigijs inheren̄. ꝯſtitutionē vienen̄. concilij per qua₃
nonnulli mendicantium ordinū profeſſoribus conceditur: vt in eorum
eccleſijs ⁊ cimiterijs liberā poſſint habere ſepulturam: ſalua iuſticia ec-
cleſiarum parrochialium a quibus corpora mortuorum aſſumūtur: ad
eoſdem fratres beatiſſime dei genitricis marie de monte carmeli p Jo-
annem. xxij. extenſam: ⁊ quam per preſentes motu ſcia ⁊ voluntate ſimi
libus extēdimus: ⁊ per pn̄tes iperpetuū vobis ſepulturā in eccleſijs ⁊ ci
miterijs vr̄is ꝯcedimus: ⁊ eā liberā eſſe cenſemus: vt coꝝ deuotiōi ⁊ ex
treme volūtati qui ſe illic ſepeliri deliberauerint. niſi excōicati aut inter-
dicti aut etiā publice vſurarij fuerint: null⁹ obſiſtat. Ut igitur litib⁹ que
exinde oriūtur aut quomodolibet in futurū oriri poterūt. mota ſcia ⁊ au-
ctoritate predictis obuiemus: declaramus libertatē huiuſmodi intelli-
gi deberi etiam quoad hoc vt frēs ipi nullius ſuper hoc petita ln̄ia par-
rochias in quibus corpora predicta forent. cum cruce ꝓceſſionaliter in-
gredi: ⁊ corpora ipa leuare ⁊ ad eoru₃ eccleſias ſepeliēda deferre poſſint
vbi hoc fieri conſuetū foret; vel preſbyteri de leuatiōe requeſiti id facere

recuſarent: nec cōgant̄ inuiti etiam pretextu cuiuſuis conſuetudinis: ipe
vel defunctorum conſanguinei illa ad parrochiales eccleſias aut alia lo
ca deferre: ⁊ cum illis vel ſine inibi celebrare vel celebrari facere pro eiſ-
dem defunctis aliqua diuina officia ante vel poſt ſepulturam eorunde₃.
¶ Juſticiam aūt eccleſiarū a quibus corpa ipa ſumūtur. iuxta eorūdē ꝑ- N
deceſſoꝝ nr̄oꝝ ⁊ noſtram voluntatē ſaluā eſſe debere decernimus: eo ca-
ſu: quo dūtaxat apud loca ipoꝝ fratrū corpa ipa ſepeliūtur. Si vero nō
apud eos ſ₃ alios etiā mēdicātiū ordinū ꝓfeſſores corpa ipſa ꝯtingeret
ſepeliri: ex ijs q̄ ad frēs predictos apud quos tūc corpa ipa nō ſepelirēt
⁊ de bonis defunctoꝝ quomodolibet eis obuenirēt quis perticulari vel
vniuerſali titulo directe vel per obliquū: nullā canonicā vel parrochialē
portionem dare teneant̄. Nec ſimiliter aliqua portio debeat̄ de ijs que
ad certos determinatos vſus eiſdē fratribus vel eorum domibus in ge
nere vel in ſpecie dant̄ etiam de bonis eoꝝ quoꝝ cadauera apud eos cō
tingeret ⁊ ſepeliri: nec etiā in caſibus in quib⁹ in eorūdem clemētis. iiij.
bn̄dicti. xi. ⁊ nicolai. v. ac alioꝝ ꝑdeceſſorum nr̄oꝝ ſpāli priuilegio frēs
ipi ab huiuſmodi ſolutione q̄rte ſūt exempti. nec aliquo caſu de candelis
q̄ dantur ad manus fr̄ibus quarta aliqua quomodolibet detrahat̄. In re
liquis vero caſibus q₃ in premiſſis in quibus quarta ipſa ſoluenda veni
ret: ꝯuentiōes ſic que ſint inter fratres predictos ⁊ locoꝝ ordinarios ⁊
eccleſiarū rectores inite laudabiles ⁊ honeſte in poſterū obſeruentur.
¶ Et ſi forte per nos aut ſedem apoſtolicam de pie legatis relictis ⁊ di- O
ſpoſitis in genere vel in ſpecie decima vel alia portio ſeu quarta alteri
pie vel non pie cauſe ex quauis cauſa hactenus cōceſſa foret aut in poſte
rum ꝯcedi ⁊ ſolui aut dari vel mandari contingeret: fratres predictos ⁊
illoꝝ domos ac eis legata ⁊ relicta aut alias in eorum fauorem diſpoſi-
ta in conceſſione ⁊ mandatis huiuſmodi decernimus ⁊ volumus nō in-
cludi: niſi de ipis fratribus ⁊ preſenti decreto ⁊ voluntate noſtra nō per
generales clauſulas que etiam ſpālem mentione₃ importare viderent̄:
ſed vera vt ſpecifica mentio fiat in eiſdem. ¶ Exemptionē quoq₃ ordinis P
domoꝝ fratrum ⁊ bonorū ꝑdictorum per Innocentij. iiij. Alexandri. iiij
Innocentij. vi. Gregorij. xi. Joānis. xxij. ⁊ Clementis. vi. predeceſſoru₃
eorundem lr̄as predictas conceſſam: ⁊ illius approbationem ⁊ extenſi
onem in clementis. vi. prefati lr̄is predictis contentā: vtpote notorias
allegatione ⁊ probatione non indigere: ac quaſlibet excōicatiōis ſuſpen
ſionis ⁊ interdicti ſententias. ⁊ quoſcūq₃ ꝓceſſus. quaſuis penas ⁊ ſn̄ias
generales vel ſpāles continen̄. quos ⁊ quas ꝓmulgari vel haberi. ⁊ oīa
que ꝯtra frēs domos loca ac perſonas oblatas ⁊ mātellatas dicti ordi-
nis in illius exemptione huiuſmodi quomodolibet ꝯp̄henſa. etiā rōne
cuiuſcūq₃ ꝯtractus vel delicti ſeu rei de qua ageretur. vbicūq₃ ineat̄ cō-
tractus. ꝯmittatur delictum ⁊ res ipa conſiſtat. ferri vel haberi ꝯtigerit:
etiā exemptione hmōi aliter non allegata vtpote notoria nullius robo-
ris vel momenti ⁊ pro infectis haberi debere: pari motu ſcia ⁊ auctorita
te decernimus. ¶ Lr̄as vero fe. re. Urbani. iiij. predeceſſoris prefati Q
per quas conceditur indultum quo cauetur: ꝙ fratres predicti ſuoꝝ con

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

fratrum ⁊ familiariū ⁊ alioꝝ xp̄i fidelium cauſa deuotionis ad eos recur
rentiū de lnia ſuorum p̄latoꝝ ↄfeſſiones audire: ⁊ eis pro cōmiſſis peni-
tentias iniungere valeant: niſi forte talia ↄmiſerint propter que merito
ſedes ap̄lica eſſet ↄſulenda: declaramus lniam ſuorum prelatorum illā
intelligi debere: quam ordinarij p̄ntatis ad ↄfeſſiones audiendas iuxta
R eiuſdem concilij vieneñ. conſtitutionē dare ſūt aſtricti. ¶ Rurſus qd̄ pre
fatus eugenius predeceſſor conceſſit generali vel ab eo deputatis: vt ha
beat circa oēs ſui ordinis fratres in confeſſionibus eorum audiendis, ⁊
penitentijs iniungendis, alijſq; dumtaxat ſalutē aiarum ↄcerneñ. exeq̄n
dis, candē p̄tātem ⁊ facultatē: qualem in p̄miſſis minores penitentiarij
pape in romana curia p̄ntes ex officio exercebant ⁊ habebant: ⁊ in hu-
iuſmodi ↄceſſiōe eis ↄcedat̄ ſuos dicti ordinis frēs ab oibus abſoluere
exceſſibus cenſuris ⁊ penis: niſi talia forent ꝑpter q̄ merito eſſent ad ſe-
dem ap̄licam deſtinādi ⁊ ꝑpterea que ſint illa ꝑpter que frēs ip̄i ſint ad
ſedē ap̄licam deſtinādi ſepe reuocet̄ indubiū. vt abſoluētiū ⁊ abſoluen-
dorū diſpenſantiū ⁊ diſpēſandoꝝ ꝑ tp̄e puritati ↄſcie ↄſulam⁹: declara-
mus hereticos relapſos. ſciſmaticos. ⁊ qui lr̄as ap̄licas falſificaſſent,
aut ad infideles ꝓhibita detuliſſent. dūtaxat eſſe ad ſedē ap̄licaȝ merito
deſtinādi. Reliquis vero oibus etiā ſimonie prauitate qualitercūqȝ irre
titis. poſſe per illos quibus inibi conceditur: abſolutionis beneficiū vel
diſpēſatiōis gr̄am iuxta caſuū exigētiā impˀtiri. Et qd̄ in p̄dicta eugenij
p̄deceſſoris nr̄i ↄſtitutiōe de fr̄ibus ſit mētio: ad oēs vtriuſq; ſexus dicti
ordinis profeſſores nos de dono ſp̄alis gr̄e etiam ꝓprio motu extendi-
S mus. ¶ Et nihilominus vt dicti ordinis ꝓfeſſorib⁹ ois vagandi tollat̄ oc
caſio: ⁊ ad ſedem ap̄licā recurrēdi ſubtrahat̄ propoſſe neceſſitas: gene
rali dicti ordinis ꝓ tp̄e exiſtenti diſpēſandi cū dicti ordinis gl'ioſiſſime
dei genitricis marie de mōte carmeli ꝓfeſſorib⁹ defectū nataliū ex adul-
terio. ſacrilegio, inceſtu ⁊ quouis alio nefario ⁊ illicito coitu ꝓueniēte pa
tientibus: necnon cum ijs qui ex quauis cauſa preter homicidij volunta
rij. bigamie ⁊ mutilationis membrorum irregulares forent: poſtq; ordi
nem ip̄m profeſſi fuerunt: vt defectu ⁊ irregularitate hmōi non obſtañ.
irregulares ip̄i ad quoſcūq; etiā ſacros ordines ꝓmoueri: ⁊ in illis etiaȝ
in altaris miniſterio miniſtrare: ⁊ tam ip̄i irregulares q̄ȝ defectū nataliuȝ
patieñ. predicti ad quecūq; adminiſtratiōes ⁊ officia dicti ordinis eligi
recipi ⁊ aſſumi: illaqȝ gerere exercere libere ⁊ licite valeant: motu ſcia ⁊
T auctoritate predictis concedimus per preſentes. ¶ Et quoniam parro-
chialium eccleſiarū rectores prefati erga illos qui dictis fratrib⁹ glorio-
ſiſſime dei genitricis marie de monte carmeli eorū peccata confitentur,
perſepe ſe reddant in exhibitiōe eucharíſtie ⁊ extreme vnctiōis diffici-
les: concedimus ipſis fr̄ibus glorioſiſſime dei genitricis marie de mon
te carmeli: vt eiſdem perſonis eis confeſſis quibus rectores prefati ſine
rationabili cauſa denegauerint ſeu malicioſe diſtulerint eucharíſtie ſeu
extreme vnctionis ſacramenta miniſtrare (ſuper quo eorundem confeſ
ſorum aſſertioni ſtari debeat) illa petentibus poſſint impune exhibere.
V ¶ Et cum aliquando contingat monaſteria monialium dicti ordinis mo

nialibus deſtitui, adeo vt de eorum reformatione ſpes nulla ſuperſit: cō
uenientiuſq; ſit q̄ illorum ſit deſtitutorum bona ad ip̄os fratres deueni
ant, quorum erant cure cōmiſſa q̄ȝ ad alios: illa que ſic deſtituta exiſtant
⁊ deſtitui contingeret in futurum cum eoruȝ bonis oibus perpetuis vſi
bus fratrū domus dicti ordinis eiſdem deſtitutis monaſterijs ꝓpingo-
ribus applicamus: ita vt fratres ip̄i poſſint de illis ⁊ de eorūdem mona
ſteriorum ſtructuris ⁊ edificijs pro eorum voluntate diſponere. ¶ Pro
uiſo q̄ illorum eccleſie ⁊ oratoria ad ꝓphanos vſus non redigātur: ſed
in illis quandoq; diuina celebrentur officia. ¶ Inſup cum nonnulli ad X
ordinē predictum glorioſiſſime dei genitricis ſempq; virginis marie d̄
monte carmeli ſp̄alem gereñ. deuotionis affectum: ordinent eorum ca-
dauera cum habitu fratrum dicti ordinis gl'ioſiſſime dei genitricis ma
rie de monte carmeli aut ſororū mātellatarū p̄dictarum ſepeliri: ne ex il
lorum corpoꝝ delatione ad alia loca ordini ⁊ fratribus predictis iniuria
irrogetur: decernimus tales apud fratres ipſos eſſe ſepeliendos etiam
ſi alibi ſuam elegiſſent ſepulturam: nec poſſe etiam in loco per eos electo
cum habitu predicto quomodolibet ſepeliri, aut ad ſepeliendum porta
ri: abſqȝ fratrum dicte domus vel loci in quo tales deceſſerunt expreſſa
lnia ⁊ aſſenſu: contra dictores vero excōicamus. ¶ Ceterum ne ſi ratiōe Y
parrochialium eccleſiarum apud quos domus fratrum eorundem con
ſtructe fuerunt aut conſtruentur in poſterum, locorum ordinarij in eoſ-
dem fratres aliquam ſuperioritatem vendicare tentarent: fratrum eorū
quies in aliquo perturbaretur: concedimus ipſis fratribus vt in ſic con
ceſſis ⁊ quas eis concedi contigerit curatis eccleſijs: poſſint per capella
num per eos pro eoꝝ nutu ponendū ⁊ amouēdū curam hmōi exercere.
qui q̄ȝ diu capellanatus hmōi fungetur officio: ac ſi dicti ordinis gl'ioſiſ
ſime dei genitricis marie de monte carmeli profeſſor exiſteret: dictorum
fratrū gl'ioſiſſime dei genitricis marie de monte carmeli libertate ⁊ ex-
emptione fruatur: eccleſie vero predicte ⁊ illarum bona qua domus fra
trum dicti ordinis prerogatiua letentur. ¶ Illi preterea perticule lr̄aruȝ Z
predictarum alexandri. iiij. predeceſſoris prefati in qua fratribus predi-
ctis eligendi generalem priorem dicti ordinis facultatem concedit: mo
tu ſcia ⁊ auc̄tate predictis adijcimus: q̄ idem generalis prior ſic elect⁹
poſtq̄ȝ electionis ſibi p̄ntato decreto conſenſerit: intelligatur auc̄tate a-
poſtolica ↄfirmatus eoipſo: ⁊ libere adminiſtret ⁊ exerceat que ad ſuum
prioratus generalis ꝑtinet officium. reiecta quauis profeſſoꝝ dicti ordi
nis ⁊ alioꝝ ſibi rōne dicti officij ſubditorum appellatione: que ab eius p̄
ceptis, monitiōibus, ordinatiōibus, mādatis ⁊ decretis regulari diſci-
plina eorūdem quomodolibet interponi ↄtinget. Priores vero ꝓuinci
ales ⁊ locales ⁊ alij officiales qui ſcd̄m eiuſdē ordinis ſtatuta aliter q̄ȝ
ꝑ electionē a p̄fati ordinis magiſtro generali inſtituūtur: poſt ip̄am inſti
tutionē ſeu ꝓuiſionē de ip̄is factā, curā aiarum fratrū ſibi ſubditoꝝ ha-
beāt: ip̄oſq; ligare ⁊ ſoluere poſſint iuxta ip̄i⁹ ordinis ſtatuta. ¶ Rurſuſ A
q̄r intellexim⁹ q̄ ⁊ ſi bo. me. Joānes papa. xxij. p̄deceſſor nr̄ illoꝝ opini-
onē qui ⁊ aſſerebāt, q̄ ↄfeſſi fr̄ibus p̄dicti ordinis beatiſſime dei gnitriceȝ

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

marie de monte carmeli ⁊ alioꝝ ordinũ mendicantiũ ad audiendũ con
feſſiones iuxta iuris diſpoſitionẽ deputatoꝝ ꝓ tp̄e. tenebãtur eadẽ pec-
cata rectori eorum parrochialis eccl'ie iterũ ꝯfiteri reprobauerit: ⁊ dein
de p̄fatus eugenius reprobationẽ hmõi approbando: contra talia aſſe-
rentes tanꝙ̃ de hereſi ſuſpectos per locorum ordinarios inquiri ⁊ proce
di mãdauerit: ac ſucceſſiue nicolaus. v. predeceſſor predictus geſta im p̄-
miſſis ab eiſdem Joanne ⁊ eugenio p̄deceſſoribus robur perpetue fir-
mitatis obtinere debere decreuit. Nihilominꝰ adhuc nonnulli eoꝝ in
herentes proteruie: opinionem predictam deſuper falſos damnatos ac
male ſonantes ac reprobatos articulos veros eẽ affirmare non veren-
tur: vt talium preſumptuoſa temeritas tanto minus inualeſcat: quanto
plurium erit ſuperiorum correctioni ſubiecta: conceſſam contra tales ꝑ
eiuſdem eugenij predeceſſoris lr̃as locoꝝ ordinarijs facultatẽ: ad inqui
ſitores heretice prauitatis ⁊ ad ꝓtectores dicti ordinis glorioſiſſime di
genitricis marie de monte carmeli ⁊ aliorum mendicãtium videlicet p̄-
dicatoꝝ minoꝝ ⁊ heremitarũ ſancti auguſtini qui ſunt ⁊ qui pro tem-
pore erunt. ⁊ auditorem camere apoſtolice. ⁊ ad quẽlibet predictoꝝ de ꝑ
ſe extendimus: ac volumus ꝙ predictoꝝ quattuor ordinum mendican
tium protectores necnon auditor camere apoſtolice ⁊ inquiſitores ipſi
quicunq̧ fuerint eadẽ qua ordinarij contra tales auctoritate fungant̃.
B ¶ Qđ ſi per quoſcunq̧ proceſſus. lites. cõtrouerſias: quomodolibet iter
ip̄os fratres prenoĩatos ⁊ eccleſiaꝝ rectores ⁊ ordinarios emergẽtes:
ordinarij ip̄i ſeu quicunq̧ alij inhibitionẽ elemoſinarũ per chriſti fideles
fratribus ip̄is faciendarum quocũq̧ mõ fuerint prolapſi: volumus ⁊ p̄-
ſentium patrocinio decernimus ꝙ omnes ⁊ ſinguli tales inhibẽtes ip̄o
facto excõicatiõis incurrant ſniam: contra tales ip̄i carmelitarũ p̄dica-
toꝝ minoꝝ ⁊ eremitarũ ſancti auguſtini ꝓtectores ⁊ auditor camere apo
ſtolice qui ſunt ⁊ qui pro tp̄e erunt ⁊ inquiſitores heretice prauitatis ad
p̄dictoꝝ fratrum requiſitionẽ poſſint ⁊ debeant quilibet eorũdem per ſe
A ſicut ꝯtra hereticos procedere. ¶ Et ne pretextu conſtitutionis Jnnocen
tij. iiij. p̄deceſſoris nr̃i que incipit voleñ. locoꝝ dioceſani ⁊ alij ordinarij
ac alij quicũq̧ legati aut quauis auc̃tate vtẽtes: in ꝑſonas aut loca ⁊
alia q̄uis bona dictoꝝ fratrũ quouis iuſto titulo ad eos ꝑtinẽtia: contra
Joãnis. xxij. ⁊ Clementis. vi. p̄deceſſorum nr̃oꝝ ordinationes ſibi quã-
cũq̧ iuriſdictiõem vel ſuꝑioritatẽ vendicare p̄ſumpſerint: diſtrictius in
hibemus: ne quis abſq̧ ſedis apoſtolice ſpãli commiſſione ⁊ auc̃tate de
hmõi ⁊ alioꝝ p̄deceſſoꝝ nr̃orum nõ in genere ſed de verbo ad verbũ
ſpãlem faciente mentionẽ: in ꝑſonas domos loca aut alia dictorum fra
trum btiſſime dei genitricis ſemꝑ virginis marie de monte carmeli
bona vtpote prorſus exempta: aliquas excõicatiõis ſuſpenſionis ⁊ in-
terdicti ſnĩas ſpãliter vel generaliter quomodolibet ꝓmulgare: aut in ꝑ
ſonas domos aut loca boĩum aliquã p̄eminẽtiã ſuꝑioritatẽ ⁊ iuriſdicti-
onẽ quomodolibet exercere preſumãt: etiã rõne ꝯtractus vel delicti ſeu
rei de qua ageretur. vbicunq̧ ineatur contractus ꝯmittatur delictum
vel res ip̄a conſiſtat. Decernimus quoq̧ ex nunc quaſlibet excõicatiõis

ſuſpenſionis ⁊ interdicti ſnĩas. ⁊ quoſcunq̧ proceſſus, quaſuis penas
⁊ ſnĩas generales vel ſpeciales continen̄. quos ⁊ quas promulgari vel
haberi: ⁊ omnia que contra fratres domos ⁊ loca dicti ordinis quomo
dolibet fieri contigerit etiam eorum exemptione vtpote notoria non ali-
ter allegata: nullius roboris vel momenti eſſe ⁊ pro infectis prorſus ha
beri debere. ¶ Inſuꝑ Innocẽtij. vi. ⁊ Clemẽtis. iiij. ac clementis. vi. p̄de D
ceſſoꝝ nr̃orum indulta de decimis non ſoluendis de hortis, virgultis,
noualibus ad eoꝝ vſum ꝑtineñ. ⁊ que ꝓprijs manibꝰ ⁊ ſũptibꝰ colunt:
ſpãli priuilegio vt eoꝝ vtamur verbis ea ꝓpter dilecti in dño filij vr̃is
iuſtis poſtulatiõibus clementer ãnuimus, ⁊ domos vr̃as in quibꝰ diui-
no eſtis mãcipati obſequio ſub beati petri ⁊ nr̃a ꝓtectiõe ſuſcipimus ⁊
p̄ñtis ſcripti priuilegio cõmunimꝰ: ⁊ q̄ de noĩatis rebus prefati p̄deceſ-
ſoris priuilegia ꝯceſſerunt: ad ſingula bona dictoꝝ fratrũ extẽdimꝰ: vi-
delicet q̄ſcũq̧ hortos ⁊ ſiluas ac quecũq̧ alia bona p̄dicte domꝰ ⁊ ordi
nis q̄ in p̄ñtiarũ iuſte ac canonice poſſident: aut in futurũ ꝯceſſiõe põtifi
cũ. largitiõe regũ. vel principũ oblatiõe. aut fideliũ donatiõe. ſiue here-
ditaria ſucceſſiõe. quã in ſeculo exiſteñ. tã de iure ꝙ̃ de ꝯſuetudine ad ſuc
cedendũ fuiſſent habiles: ſeu alijs quibuſcũq̧ iuſtis modis preſtãte dño
poteritis adipiſci: firma vobis vr̃iſq̧ ſucceſſoribꝰ ⁊ illibata ꝑmaneant:
in quibus hec ꝓprijs duximus exprimẽda vocabulis: loca ip̄a in quibꝰ
prefate domus ſite ſunt cũ ꝑtinẽtijs ſuis videlicet cum eccleſijs, hortis:
pratis. nemoribus. vſuagijs. paſcuis in boſco ⁊ plano. in aquis ⁊ molẽ
dinis. in vijs ⁊ ſemitis. ac oĩbus alijs libertatibus ac imunitatibꝰ ſuis.
ſane noualiũ vr̃oꝝ que ꝓprijs manibus aut ſũptibꝰ colitis ſiue de hor-
tis. virgultis. vineis ⁊ piſcatiõibus vr̃is nullus a vobis decimas exige
re vel torq̃re p̄ſumat. ¶ Liceat quoq̧ vobis clericos ⁊ laicos liberos ⁊ E
abſolutos a ſeculo fugieñ. ad ꝯuerſionẽ recipere: ⁊ eos abſq̧ ꝯtradictio
ne aliqua retinere. ¶ Prohibemꝰ inſuꝑ vt nulli fratrũ vr̃oꝝ poſt factã F
in domibus vr̃is ꝓfeſſionẽ fas ſit ſine prelati ſui lnĩa de eiſdem locis diſ
cedere: diſcedentẽ vero abſq̧ cõium lr̃arũ vr̃arum cautiõe nullus aude-
at retinere: ꝙ ſi quis forſan retinere p̄ſumpſerit: licitũ ſit vobis in ip̄os
frẽs ⁊ eos qui dictos fratres retinent clericos vel laicos irregularẽ ſen-
tentiã ꝓmulgare. ¶ Jnſuꝑ auc̃tate ap̄lica ꝓhibemus, vt nullꝰ ep̄us vel G
quelibet alia perſona ad ſynodos vel ꝯuentus forenſes vos ire: vel in iu
dicio ſeculari de propria ſubſtãtia vel de poſſeſſiõibꝰ veſtris ſubiacere
compellat: nec ad domos veſtras cauſa ordinis celebrandi. cauſas tra-
ctandi. vel aliquos conuentus publicos conuocandi. venire preſumat:
nec regularem magiſtri veſtri generalis electionẽ impediat: aut de in
ſtituendo vel remouendo eos qui pro tempore fuerint contra ſtatuta or-
dinis vr̃i ſe aliquatenus intromittat. ¶ Et nicolai. iiij. ⁊ alexandri. iiij. in-
herẽtes veſtigijs: ⁊ id adijcientes, vt priores ip̄i ep̄o ſaluo ordine ſuo o H
bedire debeant: ⁊ contra ſtatuta ſui ordinis auc̃tate ſedis ap̄lice ꝯfirma
ta nullã obediẽtiã facere cõpellantur. ¶ Pro cõſecratiõibꝰ vero altariũ
ſeu eccl'iarũ ꝑ oleo ſcõ ⁊ quolibet eccleſiaſtico ſacramẽto nullus a vobis I
ſub obtentu cuiuſuis cõſuetudinis vel alio mõ quicq̃ audeat extorq̃re:

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſʒ hec oīa vobis gratis epī dioceſani vt tenētur. libere ⁊ gratioſe impen
dant. alioquin liceat vobis quoſcūqꝫ malueritis catholicos adire antiſti
tes gratiā ⁊ cōionē aplice ſedis hñtes: q aplica freti auctoritate: vobis
qđ poſtulatis impendāt, q ſi ſedes dioceſanoꝝ epoꝝ forte vacauerit:
interim omnia ecclīſtica ſacramenta a vicinis epis libere ⁊ abſqꝫ contra
dictione ſuſcipe poſſitis: ſic tñ vt ex hoc in poſterū ꝓprijs epis nullum
preiudiciū generetur. Quia vero interdū proprioꝝ epoꝝ copiā nō ha
betis: ſiquos epos romane ſedis vt dixim⁹ cōionē ⁊ gratiā habētes. ⁊
de quib⁹ plenā noticiā habeatis. ꝑ vos trāſire contigerit: ab eis bene
dictionem vaſoꝝ ⁊ veſtiū ⁊ conſectationē altariū auctoritate ſedis aplī
ce recipere valeatis. Chriſma vero. oleū ſanctū. cōſecrationē altariū ſeu
baſilicarū. ordinationes clericoꝝ qui ad ordines fuerint ꝓmouendi: a
dioceſanis ſuſcipiatis epis. ſi quidē catholice ⁊ rite gratiā ⁊ cōionē ſa
croſancte romane ſedis habuerint: ⁊ ea vobis voluerint ſine prauitate
aliqua exhibere indulgētes. ¶ Preterea qꝛ veſtri ordinis fratres de lo
K cis ad loca ipſius ordinis ſepius trāſmittūtur: propter qđ ſtabilē ⁊ per
petuā in certis ⁊ determinatis eiuſdē ordinis domib⁹ non faciūt māſio
nem: preterea qꝛ etiam bonos ⁊ idoneos ac approbatos a vobis frēs
faciatis ad ordines ꝓmoueri: proterea q̄ de ordinibus ſuſcipiēdis ioan
nes. xxij. predeceſſor prefat⁹ fratrib⁹ p̄fati ordinis beatiſſime dei genitri
cis ſempqꝫ virginis marie de monte carmeli pñtatis ordinarijs indul
ſit: declarando: volum⁹ ꝙ liceat vobis ordināndos fratres eiuſdeʒ veſtri
ordinis quibuſcūqꝫ malueritis catholicis pōtificib⁹ cōionē ⁊ gratiam
aplice ſedis habētibus pñtare: ipſiſqꝫ pontificib⁹ pñtatos a vobis frēs
ſine qualibet examinatione per eoſdē pontifices faciēda. ⁊ abſqꝫ oī pro
uiſione ⁊ obligatione ipoꝝ ordinandoꝝ fratrū. ad ordines ꝓmouere: ⁊
eiſdem fratrib⁹ ordines etiā ſacras libere cōferre. ¶ Et vt quieti eorūdē
L fratrū dicti ordinis vberius cōſulatur: cōſtitutionē fe. re. clemētis pape
quinti etiā. predeceſſoris nr̄i ſup domib⁹ profeſſoꝝ mēdicantiū ꝓpe do
mos alioꝝ ordinum mendicantiū profeſſoꝝ infra ſpaciū cētū quadra
ginta cānarum de nouo non recipiendis: ad omnes alios religioſos
alioꝝ ordinum tam mendicantiū q̄ʒ non mendicantiū vtriuſqꝫ ſexus et
quaſcūqꝫ alias eccliaſticas perſonas ꝓpe domos fratrum dicti ordinis
de monte carmeli nouas ecclīas ⁊ loca cōſtruere: vel alias de nouo reci
pere ⁊ habere volentes extendim⁹: ita vt nulli eoꝝ infra predictū ſpaciū
centū quadraginta cānarum etiā per aerē menſurandaruʒ vbi alias cō
mode per terrā menſurari nō poſſent. edificare de nouo ſeu conſtruere:
aut edificata ſeu conſtructa de nouo recipe: aut inhabitare iuxta loca p̄
dictoꝝ fratrū de mōte carmeli p̄ſumāt. Siquis vero cuiuſuis cōditiōis
ſtatu⁹ aut dignitatꝫ fuerit q cōtra p̄dicti clemētis p̄deceſſoris cōſtitutio
nē ⁊ nr̄am ampliationē venire aut agere p̄ſumpſerit: tā ipe q̄ʒ auxilium
vel fauorē p̄ſtātes ipo facto ſententiā excōicationis incurrāt: quam feri
M mus in his ſcriptis: ⁊ nihilomin⁹ cūcta ⁊ ſinglīa ab eis facta ꝓ infectis
habeātur. ¶ Ad hec nouas ⁊ indebitas exactiones ab archiepis epis ar
chidiaconis ſeu decanis alijſqꝫ oibus eccliaſticis ſecularib⁹ ve pſonis a

vobis oīno fieri ꝓhibem⁹. Sepulturā quoqꝫ vt ſupra in ecclījs vr̄is li
berā eē decernim⁹. ¶ Preterea hortos ⁊ ſiluas ad ius eccliaꝝ vr̄aꝝ expe
ctañ q̄ a laicis detinētur: redimēdi ⁊ legitime liberādi de manib⁹ eoruʒ
⁊ ad ecclīas ad quas ꝑtinēt reuocādi libera ſit vobis auctoritate aplica
facultas. ¶ Obeūte vero vr̄o generali magiſtro vl' ſuoꝝ quolibet ſucceſ N
ſorum: nullus ibidē q̄libet ſubreptionis aſtutia ſeu violētia preponat:
niſi quē fratres cōi cōſenſu vel eoꝝ maior pars cōſilij ſanioris ſecūdū
deū ⁊ beatiſſime dei genitricis marie de mōte carmeli regulā ⁊ cōſtitu
tiones ꝓuiderint eligendū. ¶ Paci quoqꝫ ⁊ tranqllitati paterna in poſte
rum ſollicitudine ꝓuidere volēt: auctoritate aplica ꝓhibemus vt intra
clauſuras locoꝝ caſtroꝝ null⁹ rapinā ſeu furtū facere. ignē apponere. ſā
guinē fundere. hominē tenere. capere vel interficere. ſeu violentiā quācū
qꝫ valeat exercere. ¶ Preterea nicolai. iiij. boniſacij. viij. clemētis. iiij. p̄ O
deceſſoꝝ nr̄oꝝ romanoꝝ pontificū veſtigijs inherētes: oēs libertates,
indulgētias. peccatoꝝ remiſſiōes. immunitateſqꝫ a predeceſſorib⁹ nr̄is
romanis pōtificib⁹ locis vr̄is cōceſſas: necnō libertates ⁊ exēptiones
ſeculariū exactionū a regibus ⁊ p̄ncipib⁹ ⁊ quaſcūqꝫ res vobis vl' alijs
fidelibus indultas auctoritate aplica cōfirmam⁹: ⁊ pñtis ſcripti priuile
gio cōmunim⁹. ¶ Decernim⁹ ergo ꝙ nulli oīno hōinū liceat p̄fatas do
mos temere. ꝑturbare. aut ei⁹ poſſeſſiones auferre. vl' oblatas q̄quomo P
do retinere. ſeu qbuſlibet vexationib⁹ fatigare: ſed oia integre cōſeruē
tur eoꝝ ꝓ quoꝝ gubernatione ⁊ ſubſtētatione conceſſa ſunt vſib⁹ oimo
dis profuturis: ſalua ſedis aplice auctoritate ⁊ dioceſanoꝝ epoꝝ cano
nica iuſticia in pñtib⁹ lr̄is declarata. Statuētes aplica auctoritate ⁊ pñ
tium tenore cōcedētes volum⁹ ⁊ ordinamus: ꝙ de cetero ꝑpetuis futu
ris tēporib⁹ tā magiſtro generali q̄ʒ cuilibet dicti ordinis officiali prio
ribus dicti ordinis ſecundū morē ⁊ inſtituta eiuſdē ordinis in quibuſcū
qꝫ prouincijs cōſtitutis tā pñtib⁹ q̄ʒ futuris ſit licitū atqꝫ ꝑmiſſum: quaſ
cūqꝫ mulieres ⁊ vtriuſqꝫ ſexus pſonas ſi alias ſint idonee ⁊ aliud cano
nicum nō obſiſtat: q̄ habitū regularē p̄dicti ordinis ad inſtar mātellata
rum ſeu pinzochearū aut fratrū de penitētia tertij ordinis fratrū minoꝝ
⁊ p̄dicatoꝝ necnō ⁊ eremitarū ſancti auguſtini habere voluerint ⁊ geſta
re: tā virgines ⁊ matronas q̄ʒ viduas ⁊ mantellatas ſeu pinzocheras ⁊
vtriuſqꝫ ſexus pſonas dicti ordinis carmelitarū recipe ⁊ admittere: ac
earum ſingulis habitū regularem ac regulam eiuſdē ordinis carmelita
rum ad inſtar hmōi mantellataꝝ ſeu pinzocheraꝝ vtriuſqꝫ ſex⁹ ordinū
⁊ vtriuſqꝫ ſexus pſonarū ordinū fratrum minoꝝ ⁊ predicatoꝝ ⁊ eremi
tarum ſancti auguſtini p̄fatoꝝ ꝓut ſecundū deū ſaluti aiaꝝ earūdē per
ſonarū ſalubrius viſum fuerit expedire: etiā exibere. Que ſic recepte ⁊ in
poſterū recipiēde auctoritate prefata gaudeant ⁊ gaudere poſſint ⁊ de
beant tā exēptionis priuilegio q̄ʒ oib⁹ imunitatib⁹, libertatib⁹, indulgē
tijs ⁊ alijs priuilegijs quibuſcūqꝫ prefato ordini beate dei genitricis ſē
perqꝫ virginis marie de mōte carmeli eiuſqꝫ fratrib⁹ ac pſonis ꝑ ſedem
aplicam iā cōceſſe, ⁊ q̄ in poſterū cōcedētur: q̄ten⁹ hmōi exēptionis pri
uilegiū, immunitates, libertates, indulgētie ac q̄cūqꝫ alia ꝓuilegia ipis

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

p̄rioꝛib⁹ ⁊ fratrib⁹ oꝛdinis de mōte carmeli cōpetūt vel cōpetere poſſūt
ſeu poterūt: ⁊ prioꝛes ⁊ fratres ac loca ip̄a eē capacia eoꝛūdē: cōſtitutio
nibus apl̄icis ac ſtatutis ⁊ cōſuetudinib⁹ tā vr̄i q̄3 alioꝝ oꝛdinuz quoꝝū
cūq3 ⁊ alijs ꝯtrarijs nō obſtañ. q̄buſcūq3. ¶ Prefati quoq3 bonifacij. viij
O ꝑdeceſſoꝛis nr̄i cōceſſionē vr̄a3 ꝑ quā voluit ꝙ ꝓuinciales dicti oꝛdinis
poſſint licentiā dare fratrib⁹ idoneis ad chꝛiſti fidelib⁹ ꝓponendū ver
bū3 dei de licencia dioceſanoꝝ: petitioni eoꝝ non plene ſatiſfacit: ꝓpterea
declarādo volūm⁹: ⁊ hoc q2 inter ſollicitudines nr̄as illas decet eſſe p̄ci
puam: vt ſup dn̄icū gregē nobis cōmiſſum obſeruem⁹ vigilias: indefeſ
ſam exerceamus curā ⁊ exactā diligentiā apponam⁹: ne illum lupus ra
pax inuadat ⁊ eius ſanguis ſecundū ꝓphetā qđ abſit de nr̄is manibus
regratur: hoc aūt bene fit ſi oleo dulcedinis verbi dei foueātur ſubditi: ⁊
increpationis vino peccatoꝝ ſuoꝝ medeantur vulnera: ⁊ penitentie acri
monia purgata tegātur. Ad id vero exequendū ſcientia diuine legis ex
poſcitur. deſiderat⁹ oꝛdo ⁊ vite integritas flagitatur. ſcriptū ē enim. tu
ſcientiā repuliſti ⁊ ego te repellam: ne ſacerdotio fungariſ mihi: q2 labia
ſacerdotis cuſtodiūt ſcientiā ⁊ legē requirūt ex oꝛe eius: alias prout ad
eū ꝑtinet inter leprā ⁊ leprā non poſſet diſcernere: nec peccatoꝛ exiſtēs
dei deberet narrare iuſticias ⁊ teſtamentū illi⁹ aſſumere ꝑ os ſuū: nam
cuius vita deſpicitur conſequēs ē vt ei⁹ p̄dicatio contēnat̄: q̄ꝓpter vt
ip̄i gregi eadē cura nr̄a eo plenioꝛ impēdat̄: quo plures opari in agro
dn̄i fuerint ꝯſtituti: ſacer q3 veſter oꝛdo q̄ ſacerdotibus abūdat. ⁊ in ſuis
fratrib⁹ viget ſciētia. ⁊ vite ſynceritate ꝑ dei gr̄am pollet. in eode3 agro
fruct⁹ vberes afferat: tu fili prioꝛ generalis per te vobiſ vero ꝓuinciales
prioꝛes in ꝓuincialib⁹ vr̄is capitulis cū diffinitoꝛib⁹ ip̄oꝝ capituloꝛu3
fratribus eiuſdē veſtri oꝛdinis ſacerdotib⁹ in ſacra pagina eruditis exa
minatis ⁊ approbatis a vobis predicationis: ⁊ tā ip̄is q̄3 alijs fratribus
dicti oꝛdinis ad id idoneis audiēdi cōfeſſiones. abſoluēdi cōfitētes. in
iungendi eis penitētias ſalutares. officia auctoꝛitate apl̄ica cōmittēdi:
eiſdē quoq3 fratrib⁹ quibus dicta officia ꝑ vos taliter cōmiſſa fuerint: ꝙ
illa libere valeant exercere plenā tenoꝛe p̄ntiū dam⁹ ⁊ concedim⁹ facul
tatem: ac volumus ꝙ fratres dicti oꝛdinis quos ſecūdū illius ꝯſtitutio
nes in domib⁹ ſuis deputari cōtigerit in lectoꝛes: cum dicti oꝛdinis ma
giſtri generalis licētia libere in domibus predicti oꝛdinis legere ⁊ doce
re valeāt in facultate theologica: ⁊ principia ſolēniter facere: illis locis
exceptis in quibus ſtudia vigēt generalia: diſtricti⁹ inhibētes. neq3 frēs
ip̄ius oꝛdinis quib⁹ dicta officia talr̄ cōmittēda ꝑduxeritis: in executio
ne officioꝝ ip̄oꝝ audeat quomodolib3 impedire. ¶ Et q2 ꝓhibētib⁹ cō
R ſtitutionib⁹ vr̄is nulli fratrū vr̄oꝝ eſt licitū ppl̄o predicare: niſi ia magi
ſtro generali vr̄i oꝛdinis exāminat⁹ ⁊ approbat⁹ fuerit: ⁊ ſibi ip̄i predica
tionis officiū ab ipſo cōceſſum: nos p̄dictis fratrū laboꝛib⁹ ⁊ ꝑiculoſis
diſſenſionibus euitādis. necnō vt aīaꝝ ſalus poſſit inde facili⁹ ꝓuenire.
ſup exhibitiōe hm̄oi opportune ꝓuiſionis remediū apponētes: vt ſingl̄i
prioꝛes ⁊ ꝓuinciales in ſuis prouincijs cū diffinitoꝛib⁹ in ꝓuincialibus
capitulis congregatis fratres in ſacra pagina eruditos examinare et

approbare: ⁊ eis officiū predicationis deum habendo pre oculis com
mittere valeant: ſicut ex foꝛma predicti oꝛdinis cōſtitutionum magiſter
poterat generalis. plenā auctoꝛitate preſentiū cōcedim⁹ facultatē. ¶ Lū S
q3 ꝑ cōceſſiones clementis. iiij. ⁊ vrbani etiā. iiij. predeceſſoꝝ predictoꝝū
quibus cauetur ꝙ liceat fratribus beatiſſime dei genitricis ſemꝑq3 vir
ginis marie de monte carmeli tā in locis ⁊ oꝛatoꝛijs ſuis q̄3 in alijs de
centibus locis extra loca ⁊ oꝛatoꝛia ſua corā prelatis ⁊ princip̄ib⁹ ⁊ ma
gnatibus dū ab eis vel eoꝝ ex parte fuerint requiſiti. cu3 altari poꝛtatili
celebrare: deuotioni eoꝝ non plene conſulitur: conceſſionē eādem exten
dentes: eiſdem fratribus vt corā quibuſcunq3 perſonis cuiuſcunq3 ſexus
vel ſtatus tā in eoꝛum domib⁹ q̄3 extra (dū tñ loca ſint honeſta) libere
poſſint cū altari poꝛtatili miſſas ⁊ alia diuina officia celebrare: ⁊ in locis
publicis ppl̄o predicare: abſq3 tñ iuris parrochialiū eccl̄iarum preiudi
cio. Et ne de iure hm̄oi poſſit aliqua q̄ſtio ſuboꝛiri: iuris hm̄oi appella
tione intelligimus decimas ⁊ primicias dūtaxat q̄ a laicis ſolēt clericis
exhiberi. ¶ Ceterum cū nō obſtañ. cōceſſione innocētij. iiij. predictis fra
tribus facta. q̄ cauetur ne de aliquibus cauſis a ſede apl̄ica committen T
dis inuiti cognoſcere teneātur: ſup hm̄oi cauſis audiēdis ab aliquibus
moleſtētur: quieti eoꝝ ⁊ paci prouidere voleñ. eis motu ſcientia ⁊ aucto
ritate predictis qđ ad id per litteras apl̄ice ſedis aut legatoꝛu3 a latere
ſeu quoꝝūcunq3 alioꝝ legatoꝝ vel ſubdelegatoꝛu3 ipſius ⁊ ad pecuniā
colligendam inuiti compelli non poſſint: q̄q3 nullus eoꝝ collectoꝝ vl̄
viſitatoꝛum vel inquiſitoꝛum officiū monaſterijs vel eccl̄ijs ſeu quibuſ
cunq3 perſonis impendere: ⁊ ad cognitiones cauſarum citationes par
tium ⁊ denunciationem ſententiarū interdicti vel excōmunicationū pro
cedere: aut recipere curā monialium ſeu religioſarum quarūlibet perſo
narum teneantur ꝑ apoſtolicas litteras impetratas vel in poſterū im
petrandas: niſi hm̄oi apoſtolice lr̄e de hoc indulto ⁊ oꝛdine predicto ex
preſſam fecerint mentionem: predictis motu ſcientia ⁊ auctoꝛitate apo
ſtolica indulgemus. Concedimus quoq3 eiſdē etiam vt ad viſitandum
aliqua monaſteria monialiū cuiuſcunq3 oꝛdinis. vel ad audiendū con
feſſiones earum compelli aliquatenus non poſſint: vel ad recipiendum
commiſſiones cauſarum. ſeu ſententiarum executiones. vel alia contin
gentia cauſas ip̄as. ꝑ lr̄as apl̄ice ſedis in quib⁹ facta nō fuerit de indul
gentia hm̄oi mētio ſp̄alis. Nullus inſup legat⁹ vl̄ ſubdelegat⁹. patriar
cha. archiep̄us. ep̄us. nulluſq3 alius prelatus eccl̄iaſticus vel eoꝝ vica
rij aut officiales ad poꝛtandū ſeu deferendū lr̄as vel exequēdum vel de
nūciandū ſententia3 cōtra principes ſeculares cōmunitates ppl̄os ſeu
quoſcūq3 benefactoꝛes eoꝝū: nulluſq3 delegatus vel oꝛdinari⁹ iudex ad
faciendū citationes vel cōmiſſiones recipiendas: ſiue ꝙ ſint in cauſis ali
quibus aſſeſſoꝛes: ſeu ad alia lites ſeu controuerſias cōtingentia in cau
ſis que coꝛam ip̄is tractantur: quēꝑiam ipſoꝛum dicti oꝛdinis fratrum
compellere valeant: ſine predicte ſedis mandato vel licentia ſpeciali ex
preſſam faciente de hac indulgentia mentionem: nec quiſq̄3 eoꝛum pa
rere vel intēdere teneatur ſuper ijs monitionibus mandatis aut iuſſi

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

onibus eorūdē: aut facere vel implere qđ in hac parte duxerint iniūgēdū.
a ¶ Ceterum generalis magiſter vel priores ꝓuinciales ac ipoꝝ vicarij il
los ex fribus de quibus auctate lraꝝ ſedis aplice vel legatoꝝ ipius ar
chiepis ⁊ epis ac alijs qbuſcūqꝫ ꝓuiſū extiterit, vel in poſterū ꝯtigerit ꝓ
uideri: corrigere: ac etiā nō obſtante ꝯtradictiōe aliqua poſſint ad ſuum
ordinē reuocare: nec ꝑ lras eiuſdē ſedis ſeu legatoꝝ ipiꝰ iā obtētas ac đ
cetero obtinēdas aliquos de fribus ipiꝰ ordinis pfatis archiepis ⁊ epis
aut alijs teneātur in ſocios deputare: niſi dicte lre aplice obtinende de
indulto hmōi ⁊ ordine ipo expſſam fecerint mētionē: ⁊ alias id honeſta
ti ordinis ⁊ illorum ſaluti viderint expedire. Nullus aūt legatus etiā de
latere nro miſſus auctate lraꝝ ſedis aplice ſpālem de hoc indulto ⁊ or
dine vro non facieñ. mentionē: nulluſqꝫ platus nec aliqua pſona religio
ſa vel ſecularis de fribꝰ eiuſdē ordinis ad ſua ſeu ecclie negocia ꝓcuran
da vel ſecū manēdū aliquos aſſumere valeat: niſi quos generalis magr
in toto ordine ⁊ priores ꝓuinciales in ſuis ꝓuincijs ipos tāqꝫ idoneos
⁊ diſcretos ſibi duxerint aſſignādos: quos etiā ſubiacere volumus ordi
x nis diſcipline. ¶ Illos vero ipiꝰ ordinis frēs qui ad pdicādū crucē vel in
quirendū ꝯtra prauitatē hereticā ſeu ad illa hmōi negocia ſunt vel fue
runt vbicūqꝫ a ſede aplica deputati: tu fili generalis tuiqꝫ ſucceſſores re
mouere ſeu reuocare penitus. trāſferre: ipiſqꝫ ꝙ ſupſedeant iniungere, a
liosqꝫ ſubſtituere. cum expedire videritis libere ⁊ licite valeatis: ⁊ in eos
ſi contra venerint cenſuram eccleſiaſticā exercere. Ac quilibet prouincia
lis vel eius vicarius eiuſdē ordinis id ipſum in ſua ꝓuincia circa fratres
ipius ordinis quibus ab eadē ſede ſimilia contigerit in illa cōmitti: face
re poſſit: non obſtañ. aliquibus lris vel indulgentijs aplicis impetratis
vel etiā in poſterū impetrādis: que de hoc nō fecerint mentionē. ¶ Inbi
y bemus quoqꝫ ne quis poſt pfeſſionē in ordine vro factā ſine generalis
vel ſui ꝓuincialis lnia diſcedat ab ipo: diſcedentē vero abſqꝫ cautiōe lit
terarū alteriꝰ ipoꝝ ptextu alicuiꝰ priuilegij aplice ſedis nullus audeat
retinere. Qđ ſi forte retinere preſumpſerit: generali magiſtro in toto or
dine ⁊ prouincialibus prioris in ſuis ꝓuincijs dūtaxat licitū ſit in ipos
diſcedentes fratres ſniam excōicationis ꝓmulgare. Si vero aliqui de
fribus vri ordinis poſt obtentā lniam a ſede pdicta aut magro generali
ad religionē aliā trāſeūdi: infra duos vel tres mēſes ſe ad aliā religiōez
ſue ſaluti ꝯgruā nō ꝯtulerint ⁊ ipiꝰ nō ſuſceperint hitū regularē: licitū ſit
tibi fili generalꝭ ac vices tuas gerenti: ꝯtra ipos tāqꝫ ꝯtra alios ordinis
vri apoſtatas ꝓcedere: ſcđm qđ honeſtati ipius ordinis videritis expe
dire. Illud idem intelligi volumus de illis qui poſt ſuſceptiōez habitus
alteriꝰ religiōis infra tēpus ꝓbatiōis nulla pfeſſiōe facta inde preſum
z pſerit reſilire. ¶ Apoſtatas quoqꝫ vri ordinis iuxta alexandri. iiij. cōſtitu
tionē ⁊ nram pñtem ꝯceſſionē excōicare. capere. ligare incarcerare. ⁊ ali
as ſubdere diſcipline rigori poſſitis per vos ac etiā per alios a vobis de
putatos: in quocunqꝫ habitu ⁊ loco etiam ſi in curia noſtra inueniri eos
contigerit: in qua ſicut extra vos ſup vros ſubditos ratione profeſſiōis
tam tacite qꝫ expreſſe emiſſe ordinarios ꝓprio motu ⁊ ſcia ſuibꝰ auctē

aplica deputamus: inuocato ad hoc ſi opꝰ fuerit brachij ſecularꝫ auxilio.
Inhibemꝰ etiā ne fratres quos ab ordine vro ꝓ ſuis culpis ꝑ generalē
magiſtrū expelli ꝯtigerit vꝉ q egreſſi fuerint ꝓpo ſuo motu: pdicare. cō
feſſiones audire. ſeu docere preſumāt: niſi ad aliū ordinē in quo licite hu
iuſmodi exerceātur officia trāſierint de nra vel dicti generalis magiſtri
ſpāli licēcia. Qđ ſi forte ipi cōtra hmōi inhibitionē nram aliquid ſuper
premiſſis temere attētare pſumpſerint: ꝓuinciales priores ⁊ locales ⁊
eoꝝ vicarij in illos quos infra fines ſuarum prouīciarū iuxta conſuetu
dinem ordinis veſtri exiſtētes. inuenerint talia preſumentes: monitione
premiſſa auctoritate aplica excōicationis ſentētiā valeāt promulgare.
Electos aūt de ordine vro vel egreſſos qui a receptione in eodē ordine
ſuis culpis exigētibus rediderūt ſe indignos: ⁊ alios fratres eiuſdez or
dinis. ex rationali cauſa ad quoſcunqꝫ ordines approbatos preterqꝫ ad
beati auguſtini. tēplarioꝝ. hoſpitalarioꝝ ⁊ alioꝝ religioſoꝝ arma por
tantium ad euitandā ocaſionem euagādi generalis magiſtri tantuz vel
eiuſdem vicarius de ſuo ſcitu cum ſuis teſtimonialibꝰ lris auctoritate
nra licentiandi liberā habeant facultatē. Nos enim diſtrictius inhibe
mus ne tales ad aliū ordinem taliter tranſire vel aliqui eos recipere ſeu
retinere preſumāt: abſqꝫ licentia ſpeciali ſedis aplice faciente de hac in
hibitione plenariam mentionē. ¶ Inhibemus etiaz vt nullꝰ ſiue ſit in A
religione ⁊ ordine ſiue extra ordinē conſtitutꝰ habitū veſtrū aut ita cōſi
milez ꝙ propter eū frater carmelitarū credi poſſit. deferre audeat abſqꝫ
ſedis apoſtolice mādato ſpeciali. Et vt dicta inhibitio maiorē cōſequat
effectū: ſtatuimꝰ vt ij qui habitū veſtrū vel ſibi predicto modo conſimi
lem deferre preſumpſerit: ad deponendū ipm ꝑ dioceſanos locoꝝ cū a
vobis requiſiti fuerint. monitione premiſſa per cenſurā eccliaſticā appel
latione poſtpoſita cōpellātur. ¶ Quia vero nōnulli veſtre religionis ha B
bitum ſumētes diuerſis perſonis q ſciri ⁊ inueniri nō poſſunt. interduz
aliqua bona reſtituere tenētur: vobis magiſter generalis ⁊ priores pro
uinciales ac prioribus localibꝰ concedimꝰ: vt ſinguli veſtrū in locis ſibi
cōmiſſis bona ipſa in pios vſus cōuertere valeāt: ꝓut ſecundū deū vi
derint expedire. ¶ Inhibemus inſuper vniuerſis fratribus veſtri ordi C
nis: ne aliquis eoꝝ niſi neceſſitate vrgente alijs qꝫ prelatis ſuis peccata
ſua cōfiteri pſumat: vel alijs eiuſdē ordinis ſacerdotibus ſecundū reglaz
⁊ ipſius ordinis inſtituta. ¶ Uniuerſis aūt ecclíarum prelatis ⁊ alijs in D
hibemus: ne cōfeſſiones vras vobis inuitis audire. vel compellere vos
ad ſynodos ſeu cōuocationes ſuas accedere. vel cum eis extra ciuitates
vel intra ꝓceſſionaliter exigere. aut ſuis cōſtitutionibꝰ ſubiacere. vel iu
ramento firmatā vel manualē obedientiā a prioribꝰ prouincialibꝰ vꝉ lo
calibus vel quibuſcūqꝫ alijs vris fratribus exigere. aut de ipoꝝ inſtitu
tione vel deſtitutione ſiue de ſtatutis veſtri ordinis ſe aliqten' intromit
tere. ſeu ꝓhibere ne ad ciuitates vel villaꝫ vbi religioſe ac honeſte mora
ri poſſitis a populis euocati audeatis accedere. ibiqꝫ pro vris vſibꝰ cō
ſtruere edificia ecclias ſeu oratoria aut in accedētes fratres ſeu in cōſtru
entes hmōi vel receptatores ipoꝝ excōicationis ſentētias ferre preſu

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL ES

E mant. ¶ Concedimus quoqꝫ vobis motu ⁊ ſcientia ſimilibus. vt de illis que in ornamentis vel pro eis aut libris. fabrica. luminaribus. anniuerſario. ſeptimo. vigeſimo. trigeſimo. aut alijs ad perpetuũ cultum diuinum ſeu pro pictãtijs ſeu victu ad ſubſtentationẽ veſtram vel indumentis, necnon pro annuis cenſibus redimẽdis. ad quorũ ſolutionẽ alique domus veſtri ordinis obligate noſcũtur: vel de domibus predijs ⁊ hortis alijſqꝫ locis vobis ſecundũ inſtituta veſtri ordinis opportunis: aut õ ijs que pro huiuſmodi domibꝰ predijs hortis ⁊ locis emendis vobis legantur: dũmodo premiſſa non conuertãtur in vſus alios ſed in illos dũtaxat pro quibus relinquũtur: aut alios etiam qui in nicolai. v. concesſione ⁊ hac noſtra indulgẽtia continentur: nulli canonicã iuſticiam ſeu portionem aliquã teneamini exhibere. Et ne quis a vobis vel vltimarũ executoribus voluntatũ ſeu decedentiũ heredibus de premiſſis aliquid exigere vel extorquere preſumat: diſtrictius inhibemus. ¶ Ad hec liceat
F fratribꝰ veſtri ordinis cum de prioribꝰ locis ſuis ad alia loca ſe transferant: tã edificia ſeu omnem edificiorum materiam locorũ que dimittũt (dedicatis eccl'ijs dũtaxat exceptis) ꝙꝫ libros calices ⁊ paramẽta ſecũ ad alia loca transferre: ac edificia ipſa cum ſolo ac alijs ad eadem loca ptinentibus (preterꝙꝫ eccl'ias) per pſonas ad hoc a ſede apoſtolica deputatas vendere: ipſorũqꝫ preciũ in aliorũ locorum ad que dicti fratres ſe transferunt edificationem: ſeu alias in eorum vtilitatem conuertere: ſecundũ quod eis melius videbitur expedire: cum ipſa priora ⁊ alia loca fratrum ad apoſtolicam ſedẽ ⁊ ad predictũ ordinem beatiſſime dei genitricis marie de monte carmeli ſpecialiter ⁊ immediate ptinere noſcant. Et ne aliqui archiepi vel epi aut alij eccl'iarum prelati ſeu quis alia pſona eccleſiaſtica vel ſecularis predicta loca ſeu bona occupare accipere vel vſurpare aut quoquomodo ſibi vendicare preſumant abſqꝫ dicte ſedis licentia ſpeciali: diſtrictius inhibemus. indulgen. vobis vt ad preſtationem procurationũ legatorum predicte ſedis vel nunciorũ ipſius ſeu diocesanorum locorũ aut exactionũ vel collectarũ ſeu ſubſidiorũ vel prouiſionum quorũcunqꝫ minime teneamini: nec ad ea ſoluenda p lr̃as dicte ſedis aut legatorũ vel nunciorũ eiuſdẽ ſeu rectorũ terrarum eccl'ie romane impetratas ſeu in poſterũ impetrandas cuiuſcũqꝫ tenoris fuerint in perpetuum cõpelli poſſitis: niſi dicte ſedis lr̃e impetrate aut in poſterũ impetrande plenam ⁊ expreſſam de indulto hmõi ⁊ dicto ordine fecerint
G mentionem. ¶ Ceterũ cũ felicis re. Innocentius papa. iiij. pdeceſſor nr̃ olim duxerit ſtatuendum: vt exẽpti quacunqꝫ gaudeãt libertate: nihilominus tamen ratione delicti ſeu contractus aut rei de qua agitur cõtra ipſos rite poſſint corã locorũ ordinarijs cõueniri: ⁊ illi quo ad hoc ſuaꝫ in ipſos iuriſdictionem prout ius exigit exercere: nos vobis vt occaſiõe cõſtitutionis huiuſmodi nullum libertatibus ⁊ immunitatibus vobis ⁊ ordini veſtro per priuilegia ⁊ indulgentias ab apoſtolica ſede conceſſas preiudiciũ generetur: auctoritate preſentiũ indulgemus. Decernimꝰ ergo irritum ⁊ inane quicquid contra tenorem cõceſſionum conſtitutionũ ⁊ inhibitionum huiuſmodi per quoſcunqꝫ fuerit attentatum: ⁊ interdi-

cti ſuſpenſionis ⁊ excõmunicationis ſententias ſiquas contra conceſſiones, conſtitutiones, inhibitiones eaſdeꝫ in vos vel veſtrum aliquos aut loca veſtra ſeu benefactores veſtros vel executores aut heredes predictos in poſterũ promulgare contigerit: penitus non tenere. ¶ Et quia
H in regula eorũdem fratrum carmelitaruꝫ eis ab alberto patriarcha hieroſolimitañ tradita: ⁊ ab innocentio. iiij. alexandro etiam. iiij. nicolao ſimiliter. iiij. romanis pontificibus predeceſſoribus nr̃is approbata ⁊ cõfirmata: ⁊ quam nos per preſentes motu ⁊ ſcientia ſimilibus approbamus confirmamus ⁊ preſentis ſcripti patrocinio auctoritate apoſtolica perpetuo cõmunimus: inter cetera cauetur expreſſe: ꝙ fratres ordinis predicti ab eſu carnium abſtineãt: niſi pro infirmitatis aut dbilitatis remedio ſumantur: ⁊ eiſdẽ etiã precipitur, ꝙ ſingulis diebꝰ dñicis dũtaxat exceptis a feſto exaltationis ſancte crucis vſqꝫ ad feſtiuitateꝫ reſurrectionis dñice ieiunare teneantur: ⁊ ab eugenio papa quarto predeceſſore p̃fato quadam temperie huiuſmodi rigorem mitigãte cõceditur ſtatuit ⁊ ordinatur: ꝙ dicti ordinis profeſſores qui pro tempore forent tribus diebus ſingularum ſeptimanarũ etiam quibus vt prefertur ieiunare iuxta eãdem regulã erant aſtricti, carnibꝰ veſci poſſent: preterꝙꝫ in aduẽtu ⁊ quadrageſima ⁊ alijs generaliter phibitis diebus. Cum vt etiaꝫ accepimus ab aliquibꝰ reuocetur indubiũ: an illis diebus quibꝰ eis eſus carnium cõcedit ieiunare teneãtur: pro eo ꝙ in conceſſione predicta Eugenij non ſolum mitigationem abſtinẽtie ſed relaxationem ieiunij ab eodem Eugenio predeceſſore petituꝫ fuiſſe conſpicitur: et propterea pie memorie Pius papa. ij. predeceſſor noſter prefatus conceſſit: vt prior generalis predicti ordinis qui pro tempore foret ſuper huiuſmodi poſſet ieiunio diſpenſare. Nos etiam motu ⁊ ſcientia ſimilibus litteras p̃dictas alberti patriarche hieroſolimitañ. ⁊ innocentij. iiij. alexãdri. iiij. nicolai. iiij. Eugenij. iiij. ⁊ Pij. ij. innouamus ⁊ confirmamus ⁊ approbamus: ⁊ perpetue firmitatis eſſe volumus ⁊ mandamus: concedẽtes ꝙ tu fili generalis ⁊ qui pro tempore erunt tui in dicto officio ſucceſſores: perſonarum locorũ ⁊ temporũ qualitate penſata, cum vtriuſqꝫ sexꝰ dicti ordinis profeſſoribus iuxta tue cõſcientie arbitrium. ſuper premiſſis tam ieiunio ꝙꝫ carnium eſu diſpenſare valeas: atqꝫ tres dies plures vel pauciores ad ieiunium faciendum nominare ⁊ remittere vt poſſitis libere indulgemus, ac illis ex eis qui iuxta huiuſmodi regularia inſtituta dicti ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſemperqꝫ virginis marie de monte carmeli ⁊ eiuſdem Eugenij mitigationem antedictam noſtrãqꝫ declarationem huiuſmodi vixerint: vt cõfeſſor idoneus quem quilibet eorum vtriuſqꝫ ſexus de ſuorũ ſuperiorum conſenſu duxerit eligendum: eorũ confeſſione diligẽter audita ſemel in vita ⁊ in mortis articulo plenariã oĩuꝫ ſuorũ peccatorũ remiſſionẽ ⁊ indulgẽtiã impẽdere valeat: auctoritate ap'lica tenore pñtiũ gratioſe ꝯcedimꝰ. ¶ Et q2 in eadẽ re
I gula cõcedit ꝙ eiuſdẽ ordinis pfeſſores poſſint habere loca in eremis vel vbi eis donata forent ad earum religionis obſeruantiam apta et cõmoda ſecunduꝫ quod eiſdẽ priori ⁊ fratribꝰ videbit expedire: ⁊ ex cõceſ

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſtione prefati vrbani.iiij.predeceſſoris nr̄i ſiqui chriſti fideles aliq̄ loca ad ſe ſpectantia que feudalia.ſeu cēſualia non exiſtāt eis contulerint pietatis intuitu:liceat eis de licētia dioceſanoꝝ illa ſuſcipere ⁊ in eoꝝ ſingulis eccleſiam vel oratoriū cōſtruere:deuotioni ac petitioni eorum nō plene videtur ſatiſfactum:conceſſionē predictam ad alia quecunq; loca domos ⁊ eccl̄ias etiam parrochiales motu ſciētia ⁊ auctoritate predictis extendimus:ac conceſſionē ipſam effectū ſortiri volum⁹:nō obſtañ.conſtitutione.fe.re.bonifacij pape.viij.ſimiliter p̄deceſſoris nr̄i ꝓhibēte ne cuiuſuis ordinū mendicantiū fratres ad habitandū noua loca recipere vel recepta mutare preſumāt ſine dicte ſedis licentia ſpeciali faciēte ſpecialem ⁊ expreſſam de ꝓhibitone hmōi mētionē.Et ſi cōtingat locoꝝ ordinarios in domos predictoꝝ fratrum in ſuis dioceſib⁹ conſtructas aliquā iuriſdictionē vel ſupeminētiā ſibi vēdicare:⁊ fratrū eorūdē quietem in aliquo ꝑturbare:liceat tūc dictis fratrib⁹ capellanū in dictas domos ⁊ eccl̄ias inſtituere ⁊ amouere:ꝓut ſuperius in p̄ntib⁹ l̄ris diximus ⁊ expreſſim⁹. ¶Prouidā vero caliꝛti pape.iij.predeceſſoris p̄fati conſtitutionē q̄ incipit ad futurā rei memoriā ad romanū pontificē,qua voluit:q̄ nullus dicti ordinis profeſſoꝝ beneficia ſecularia ſeu etiam regularia quorūuis romanoꝝ pontificū aut ſedis ap̄lice vel legatoꝝ ei⁹ conceſſione vel indulto quouis modo in titulū vel in cōmendā ꝓ tēpore obtinentiū:aut qui futuris tēporib⁹ quomodolibet obtinebūt:etiam ſi illa ſimpliciter vel alio quouis modo dimiſerint:in cap̄lis generalib⁹ vl̄ ꝓuincialib⁹ aut cōgregationib⁹ ſeu negocijs officijs vel alijs adminiſtrationib⁹ dicti ordinis niſi generalis ꝓ tēpore conſenſu interueniēte quomodolibet admittatur ſub excōicationis pena:quā admiſſi ⁊ admittentes ip̄o facto incurrāt:auctoritate ſcientia ⁊ motu predictis etiam in archiepiſcopali ⁊ ep̄ali dignitate fulgētib⁹ aut monaſteria aliqua vel prouinciā in cōmendā obtineñ.locū hēre decernimus,atq; p̄dictas l̄ras et oīa ⁊ ſingula in eis contēta ad eos q̄ in dignitatib⁹ hmōi ſunt cōſtituti extendimus:diſtricte precipiētes ſub penis in dicta cōſtitutione contentis omnibus ⁊ ſingulis predicta bn̄ficia aut dignitates q̄uis auctoritate vel indulto obtineñ:vt nullo modo de adminiſtratione fratrū aut domorum aut ꝓuinciaꝝ ſeu conuentuū alioꝝq; bonoꝝ ſe impediāt abſq; dicti ordinis magiſtri generalis expreſſa licentia:nō obſtañ.quibuſcūq; l̄ris etiā a ſede ap̄lica impetratis vel in poſterū impetrādis:quib⁹ ex certa ſcientia ⁊ motu proprio derogam⁹ ⁊ ꝑ p̄ntes derogari volum⁹ etiā ſi de illis habenda foret mētio ſpecialis:vt ſingula bona ordinis videlicet ꝓuincie eccl̄ie domus ⁊ ſuppoſita ⁊ vtriuſq; ſexus profeſſi vt teneantur ſub integra magiſtri generalis exiſtāt obedientia. ¶Poſtremo cū predictoꝝ fratrū glorioſiſſime dei genitricis ſempq; virginis marie de monte carmeli ſicut ⁊ p̄dicatoꝝ minoꝝ ⁊ eremitaꝝ ſancti auguſtini fratrum ordinū profeſſores pro fidei catholice dilatatione cōtinue indefeſſeq; laborēt:fructuſq; afferant in eccl̄ia dei ſalutares:⁊ ꝓpterea fuerunt varijs ꝑ ſedem apoſtolicā priuilegijs decorati:vt quos par labor pariaq; merita coniungūt paria coniungāt priuilegia ⁊ fauores:eiſdē fratrum

K

L

glorioſiſſime dei genitricis ſempq; virginis marie de monte carmeli ꝓfeſſoribus vt ꝯceſſis eiſdē fr̄ibus p̄dicatorib⁹ ⁊ minorib⁹ ⁊ eremitis ſancti auguſtini priuilegijs indulgentijs gratijs ⁊ fauorib⁹ ac indultis tā ſpūalibus q̄ tp̄alibus a p̄dictis ⁊ alijs romanis pōtificib⁹ p̄deceſſoribus nr̄is etiā quomodolibet a nobis aut alijs auc̄tatē hn̄tibus:que oīa ac ſi noīatim exprimerētur haberi hic volum⁹ ꝓ expr̄ſſis ⁊ nr̄e approbatiōis munimine ſolidamus:ac decernim⁹ robur ꝑpetue firmitatis potiri ⁊ gaudere poſſint ⁊ debeant ꝑpetuis futuris tp̄ib⁹ in oīb⁹ ⁊ ꝑ oīa ꝑrſus ⁊ ſine vlla drīa per inde ac ſi que eiſdē p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ⁊ eremitarum ſancti auguſtini fratrū ordinibus p̄dictis ſunt ꝯceſſa:p̄dicto ordini gl̄ioſiſſime dei genitricis ſempq; virginis marie de mōte carmeli noīatim ꝯceſſa fuiſſent aut ꝯcederētur in futurū:⁊ que magr̄o p̄dicatorū miniſtro generali minoꝝ ac priori generali eremitarū ſancti auguſtini ꝓuincialibuſq; priorib⁹ p̄dicatoꝝ ⁊ miniſtris minoꝝ fratrū ac ꝓuincialibus priorib⁹ eremitarū ſancti auguſtini:necnon monaſterijs monialiū ſub eorūdem p̄dicatoꝝ minorum ⁊ eremitarū ſancti auguſtini ordinum fratrū cura ſcd̄m ip̄oꝝ p̄dicatoꝝ minorū ⁊ eremitarū ſancti auguſtini fratrū ordinū inſtituta viuentiū ſunt ſtatuta:in magr̄o generali ⁊ ꝓuincialibus priorib⁹ ⁊ vicarijs dicti ordinis gl̄ioſiſſime dei genitricis ſemperq; virginis marie de monte carmeli ⁊ monaſterioꝝ monialiū dicti ordinis beatiſſime dei genitricis ſempq; virginis marie d̄ mōte carmeli ſub eorum cura ⁊ ſcd̄m ip̄ius ordinis beatiſſime dei genitricis ſempq; virginis marie de monte carmeli inſtituta viuentiū:vice verſa ſtatuta ſint ⁊ eſſe cenſeātur.Mandantes etiā ſcia ⁊ motu ⁊ auc̄tate p̄dictis p̄cipiendo,vt dum priuilegiorū.indulgentiarū.p̄rogatiuarū,exemptionū indultorum.imunitatum,dictorum fratrū p̄dicatorum minoꝝ ⁊ eremitarum ſancti auguſtini originales l̄re aut tranſumpta autentica ꝓ parte ⁊ in fauorem fratrū dictorum beatiſſime dei genitricis ſempq; virginis marie de monte carmeli aducerētur vel exhiberētur:eadem fides indubia adhibeatur tam in iudicio q̄ extra iudiciū ⁊ alijs locis quibus opus fuerit:ac ſi in fauorem dictorum fratrum beatiſſime dei genitricis ſempq; virginis marie de monte carmeli a ſede apoſtolica emanaſſent:⁊ eis fuiſſent imediate conceſſe.Diſtrictius inhibeñ.eiſdem locoꝝ ordinarijs ſub interdicto ingreſſus eccleſie ⁊ ſuſpenſionis a regimine ⁊ adminiſtratione ſuarum eccleſiarū:ac parrochialiū eccleſiarum rectoribus ⁊ alijs quibuſcunq; ſub excōicationis late ſn̄ie ⁊ priuatiōis earūdem eccleſiaꝝ parrochialium ac oīum aliorum beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ que obtinent necnon inhabilitationis ad illa ⁊ alia in poſterum obtinenda penis eo ip̄o per eos qui contrafecerint incurrendis:ne ordinis predicti fratrum gl̄ioſiſſime dei genitricis ſemperq; virginis marie de mōte carmeli domos ⁊ ſingula bona ⁊ ꝓfeſſores p̄ter ⁊ contra predictorum Innocentij Bonifacij Alexandri Nicolai Clementis.iiij.⁊.vi.⁊ alioꝝ quorūcunq; predeceſſorum noſtroꝝ ⁊ p̄ntium tenorem l̄rarum inquietare ſeu moleſtare:⁊ eos aut teſtamentoꝝ vltimarūq; voluntatum executores ⁊ heredes p̄dictos ſeu quoſcunq; alios directe vel indirecte ad ſolutionē aliqu-

o

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ius quarte parrochialis ſeu canonice vel alterius portiõis ſeu oneris:
⁊ ad faciendũ celebrari aliqđ officiũ:nec p̃dicari in eoꝝ eccleſijs vel alibi
dum apud ip̃os frẽs decedẽtiũ cadauera tumulãtur ante vel poſt eoꝝ
ſepulturã:nec confeſſis dictis fr̃ibus ordinis beate marie de mõte car-
meli ꝑ tp̄e eucbariſtie ſeu extreme vnctiõis ſacramẽta ſine rõnabili cau
ſa denegare:⁊ illoꝝ exbibitionẽ malicioſe differre:aut eoꝝ parrochianis
ne dictis fr̃ibus ꝯfiteãt̃ ꝓbibere vel ꝑſuadere:nec etiã ad p̃miſſa ſeu ali-
M quod p̃miſſoꝝ auxiliũ ꝯſiliũ vl̃ fauorẽ dare directe vel indirecte quoquo
modo p̃ſumãt. ¶Et nibilominꝰ dicti ordinis ꝓtectori q ꝑ tp̄e erit ⁊ cuili
bet in eccleſiaſtica dignitate ꝯſtituto ⁊ metropolitañ. vel alterius catbe
dralis eccleſie canonico ꝑ vniuerſũ orbẽ qui deſup dicti ordinis glio ſiſ-
ſime dei genitricis ſempq̄z virginis marie de mõte carmeli p̃ores ⁊ fra
tres ac illoꝝ ſeu ad ꝯmodũ eoꝝ romane eccleſie ſyndicos deſup reqſitꝰ
fuerit per ap̃lica ſcripta inſolidũ mãdamꝰ: quatenꝰ per ſe ſeu aliũ vel ali
os p̃miſſa vbi ⁊ quãdo opus fuerit ſolẽniter publicãtes:ac eiſdẽ fratrꝫ
glioſiſſime dei genitricis ſempq̄z virginis marie de mõte carmeli ordi
ni illiuſq̄z domibꝰ ac ꝓfeſſoribꝰ in p̃miſſis efficacis defenſiõis p̃ſidio aſ
ſiſteñ. faciãt eos pacifica poſſeſſiõe vel quaſi priuilegioꝝ ⁊ ꝯceſſionũ hu-
iuſmodi gaudere:nõ ꝑmittentes eos ſeu teſtamẽtoꝝ executores ⁊ bere-
des p̃dictos ꝯtra illoꝝ tenorẽ ꝑ ordinarios ⁊ rectores p̃dictos aut quoſ
cũq̄z alios indebite moleſtari:aut eis grauamina iniurias atq̄z dãna in
ferri ſeu quomodolibet irrogari:ac etiã ſũmarie ⁊ de plano ſine ſtrepitu
⁊ figura iudicij ſola facti veritate inſpecta ꝯtra quoſcũq̄z cuiuſcũq̄z q̃lita
tis vel ꝯditionis exiſtant. ⁊ quacũq̄z eccleſiaſtica etiã patriarcbali arcbi
ep̃ali aut ep̃ali aut mũdana forẽt dignitate ⁊ exẽptiõe muniti:in q̄buſcũ
q̄z cauſis per eos mouẽdis quacũq̄z rõne vel cauſa que excogitari poſ
ſit. eis miniſtrent iuſticie ꝯplementũ:exequentes qđ per eos fuerit ordi-
natum:⁊ illos quos cenſuras ⁊ penas predictas incurriſſe conſtiterit ir-
retitos eſſe declarent: ac faciant ⁊ mandent interdicto ſuſpenſos ⁊ ex-
cõmunicatos publice nuntiari ⁊ ab oĩbus arctius euitari:ac legitimis ſu
per ijs babẽdis ſeruatis proceſſibus illos quotiens opus fuerit iteratis
vicibus aggrauari ꝓcurent:ꝯtradictores auc̃tate apoſtolica appellatio
ne poſtpoſita cõpeſcendo:inuocato ad boc ſi opꝰ fuerit auxilio brachij
ſecularis. Non obſtañ. prefati bonifacij. viij. ꝯſtitutiõibus. quibus caue-
tur ne quis extra ciuitatem ⁊ dioceſim niſi incertis exceptis caſibus ⁊ in
illis vltra vnã dietam a fine ſue dioceſis ad iudicium euocetur: ſeu ne iu
dices a ſede apoſtolica deputati extra ciuitatẽ ⁊ dioceſim in quibus de-
putati fuerint. contra quoſcunq̄z ꝓcedere:aut alij vel alijs vices ſuas cõ
mittere p̃ſumant:⁊ de duabus dietis in cõcilio generali:necnon que inci
pit ſuper catbedrã bonifacij prefati:⁊ dudum vieneñ. concilij:ac recolen
de memorie calixti pape. iij. etiam predeceſſoris noſtri l̃ris:alijſq̄z ap̃li-
cis ac etiam in ꝓuincialibus ⁊ ſynodalibus cõcilijs editis ſp̃alibus ⁊ ge
ralibus:necnon octonis ⁊ octoboni olim in regno anglie apoſtolice ſe-
dis legatorum cõſtitutiõibus:eccleſiarũ quoq̄z ⁊ locorum quorũcunq̄z
ſtatutis ⁊ ꝯſuetudinibus:⁊ inter quoſcunq̄z dicti ordinis fratrũ glioſiſ-

ſime dei genitricis ſemperq̄z virginis marie de monte carmeli profeſſo-
res ⁊ locorum ordinarios ſeu rectores predictos initis ⁊ cõcluſis ac ba-
ctenus obſeruatis pactis ⁊ ꝯuentiõibus etiã iuramẽto ꝯfirmatiõe apo-
ſtolica vel quauis alia firmitate roboratis:necnõ oĩbus illis que Inno-
cẽtius bonifacius Alexãder Joãnes Clemẽs. iiij. ⁊. vi. ac Nicolaꝰ. iiij. ⁊
v. alijq̄z p̃deceſſores p̃fati in p̃dictis eorum l̃ris voluerũt non obſtare cõ
trarijs quibuſcũq̄z. Quibus oĩa illa ac ſi de verbo ad verbũ infererent ⁊
derogatoriarũ derogattorias clauſulas in ſe ꝯtinerent. p̃ñtibus pro exp̃ſ
ſis bñtes:illis alias in ſuo robore ꝑmanſuris. quoad p̃miſſa ſp̃aliter ⁊
expreſſe derogamus. Aut ſi patriarcbis archiep̃is ⁊ ep̃is ac rectoribus
prefatis ſeu quibuſuis alijs cõiter vel diuiſim a ſede ap̃lica indultꝫ exi
ſtat:ꝙ interdici ſuſpendi vel excõicari aut extra vel vltra certa loca ad iu
dicium euocari nõ poſſint per l̃ras ap̃licas nõ facieñ. plenã ⁊ exp̃ſſam
ac de verbo ad verbum de indulto bmõi mẽtionẽ:⁊ q̃libet alia dicte ſe-
dis indulgentia generali ⁊ ſp̃ali cuiuſcũq̄z tenoris exiſtat, per quã p̃ñti-
bus nõ exp̃ſſã vel totaliter nõ inſertã effectus earũ ⁊ ꝯceſſe in eis iuriſdi
ctiõis executio impediri valeat quomodolibet vel differri: ⁊ de qua cu-
iuſq̄z toto tenore bñda ſit in nr̃is l̃ris mẽtio ſp̃alis. Nos eni exnũc illa
⁊ q̃cũq̄z alia q̃ in futurũ per nos ⁊ ſedẽ ap̃licã quomodolibet ꝯcedi, ſta-
tui. decerni ⁊ ordinari ꝯtigerint ꝯtra Innocẽcij Bonifacij Alexãdri Jo
annis Clemẽtis. iiij. ⁊. vi. ⁊ Nicolai. iiij. ⁊. v. ⁊ alioꝝ p̃deceſſoꝝ p̃dictoꝝ
⁊ p̃ñtiũ l̃rarum bmõi tenorẽ:necnõ ſi ſecus ſup bis a quoq̄z quauis au-
ctoritate ſciẽter vel ignorãter attẽtari ꝯtigerit:irrita ⁊ inania nulliꝰq̄z ro
boris vel momẽti eſſe decernimꝰ. Si qua igitur in futurũ eccleſiaſtica
ſecularisue ꝑſona bãc nr̃am ꝯceſſiõis, declaratiõis, inbibitiõis, indulti.
decreti, ſtatuti, volũtatis, ꝯſtitutiõis, derogatiõis, reſeruatiõis, caſſatio-
nis, reſtitutiõis, irritatiõis. ⁊ ãnullationis paginã ſciẽter vl̃ ignorãter cõ
tra eã temere ꝯtraire attentauerit:primo ſc̄do tertioue ꝯmonita:niſi rea
tum ſuũ ꝯgrua ſatiſfactiõe correxerit: ꝓtãtis bonoriſq̄z ſui careat digni-
tate:reumq̄z ſe diuino iudicio exiſtere de ꝑpetrata iniq̄tate cognoſcat: ⁊
a ſacratiſſimo corꝑe ⁊ ſanguine dñi redẽptoris nr̃i ieſu xp̄i aliena fiat
atq̄z in diſtricto examine diſtricte ſubiaceat vltioni:ac indignationẽ om
nipotentis dĩ ac beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſu-
rum. Cunctis aũt dictis fr̃ibus glorioſiſſime dei genitricis ſemperq̄z
virginis marie de monte carmeli ſua iura ſeruãtibus ſit pax dñi nr̃i ieſu
chriſti:quatenus ⁊ bic fructũ bone actionis ꝑcipiant:⁊ apud diſtrictum
iudiciũ premia eterne pacis inueniãt. Amen. Et quia difficile foret pre-
ſentes litteras ad ſingulas ꝓuincias originaliter deſtinare: volumꝰ ⁊ di-
cta auc̃tate decernimus. ꝙ trãſumptis earꝫ manu notarij publici ⁊ cu
rie cauſarum camere ap̃lice auditoris vel protectoris qui eſt ⁊ qui pro
tp̄e erit, aut alicuius archiep̃alis vel ep̃alis vel cuiuſcunq̄z in dignitate
conſtituti etiã dicti ordinis magiſtri generalis ꝑ tp̄e exiſteñ. ſigillo mu-
nitis:ea prorſus in iudicio ⁊ extra vbicunq̄z exbibita vel oſtenſa fuerint
fides adbibeatur indubia: ac ſi ipſe originales littere forent exbibite
vel oſtenſe. Nulli ergo omnino bominum liceat banc paginam
o ij

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

noſtre innouationis, approbationis. conſtitutionis, ordinatiōis, appli-
cationis, ſtatuti, conceſſionis, indulti. extenſionis, volūtatis, ampliatōis
declaratiōis. ꝯfirmatiōis, ſuppletionis, mandati, derogatiōis ⁊ decre-
ti infringere: vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis aūt hoc attentare p̄-
ſumpſerit: indignationē oīpotentis dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli apl'oꝝ eius
ſe nouerit incurſurū. Datū rome apud ſanctū petrum. Anno incarnatio
nis dñice milleſimo quadringēteſimo ſeptuageſimo ſexto, quarto kl's
decembris, pontificatus noſtri anno. ſexto.

Sixtus papa iiij. ꝯfirmat ⁊ d' nouo concedit oēs indulgentias a p̄deceſſorib⁹ ſuis viſitantibus eccleſias fratruꝫ conceſſas.

SIxtus epūs ſeruus ſeruoꝝ
dei ad perpetuā rei memoriā. Dum attenta meditatione
penſamus ꝙ glorioſiſſima dei genitrix maria virgo ve-
nuſtiſſima ⁊ oīum virtutum floribus inſignita: cuius in-
effabilem pulchritudinē ſol ⁊ luna mirātur: cuiuſqꝫ preci
bus iuuatur popul⁹ xp̄ianus: ⁊ que florē imarceſſibilē ⁊ eternū dñm no
ſtrum ieſum xp̄m imenſa ſancti ſpūs cooperāte virtute genuit: ꝓduxit
qꝫ ſacrū ordinē beate marie de monte carmeli a ſancta ſede apl'ica ⁊ plu
ribus romanis pontificib⁹ p̄deceſſoribus noſtris ⁊ etiā a nobis multi-
pliciter approbatum: quē eiuſdem gl'ioſiſſime dei genitricis ſempqꝫ vir
ginis marie ſpāli titulo voluit inſigniri: vt ob eiuſdē virginis reuerētiā
ordo ipſe a xp̄i fidelibus merito per amplius veneraretur: ipiqꝫ chriſti fi
deles ꝓpterea eiuſdē virginis marie ſuffragijs adiuti eterne retributio-
nis p̄mia facilius conſequi mererētur: dūqꝫ ſublimiū dicti ordinis vtri-
uſqꝫ ſexus perſonarū virtutū merita deo quidem grata ⁊ in cōſpectu p̄
dicte ſedis accepta digna memoria recenſemus: ac ordinē ipm ⁊ illius
ꝑſonas ſub ſedis apl'ice ⁊ eccleſie romane ꝓtectiōe imediate exiſteñ. ⁊ i
ter ceteros regulariū ordinū ꝓfeſſores in firmamēto catholice fidei mili
tantes, tanqꝫ religionis ſpeculum ⁊ exemplar ſpāli charitate fulgeñ. ſā-
ctórūqꝫ ꝓphetarū helie ⁊ heliſei ⁊ enoch necnō ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ pa-
trum qui montē ſanctum carmeli iuxta helie fontem inhabitarunt: ſuc-
ceſſionem hereditaria teneñ. fructus quoqꝫ vberes in quos dictus ſacer
ordo in agro militantis eccleſie in ꝓpagatione religiōis ⁊ fidei ortodo-
che actenus ꝓduxit vtiliter ⁊ ꝓducit ac in futurū ꝓducturū fore indubi-
tanter ſperamus. paterna charitate intuemur: dignum quinpotius; de-
bitum reputamus: nos ad illa debere noſtros dirigere cogitatus. per q̄
ea que pro diuini cultus gloria ⁊ dicti ordinis incremēto ac xp̄i fidelium
aiarum ſalute a qꝫ pluribus romanis pontificibus p̄deceſſoribus nr̄is
conceſſa dicunt: ſublatis ambiguitatibus que exinde emerſiſſe noſcunt
in ſua integritate ꝑſiſtant: ⁊ tanto firmius obſeruētur: quāto erūt ſepi⁹
p̄dicte ſedis munimine ſtabilita. Sane ſicut exhibita nobis nuper ꝓ pte
dilecti filij xp̄ofori martignoni dicti ordinis generalis magiſtri ac ſacre
theologie profeſſoris petitio continebat: licet multi romane pontifices
predeceſſores noſtri ob reuerentiā gl'ioſiſſime ⁊ intemerate dei genitric;
ſemperqꝫ virginis marie de monte carmeli ⁊ ſingularem deuotionem
quam ad illam ⁊ predictum ordinem ſub eiuſdem dei genitricis titulo
ſpecialiter inſignitū geſſerunt: diuerſas indulgentias ⁊ peccatoꝝ remiſ-

ſiones ac priuilegia ⁊ indulta ipi ordini ⁊ illius domib⁹ ꝯceſſerint: que i
eiſdem domib⁹ ſunt recepta: ⁊ quoꝝ ꝯtinētia in publicis ſcripturis ⁊ di
cti ordinis eccleſijs aptiſſime reperitur ſub hac videlicet verboꝝ forma.
¶ Leo papa. iiij. oibus xp̄i fidelibus qui eccleſias btiſſime dī genitricis
ſempqꝫ virginis marie de mōte carmeli hmōi in feſtis natiuitatis dñi- A
ce paſche, apl'oꝝ petri ⁊ pauli. pentecoſtes. aſſumptiōis, natiuitatis. an
nūciatiōis, purificatiōis eiuſdē beate dei genitricis ſemperqꝫ virginis
marie. ſancti michaelis archāgeli, oīum ſcōꝝ. in duob⁹ feſtis ſancte cru
cis, natiuitatis ſancti ioānis baptiſte, ſcōꝝ martyrū fabiani ⁊ ſebaſtiani
⁊ in die paſceues. ⁊ per octauas p̄dictarū feſtiuitatū ⁊ vocabulis oium
eccleſiarū dicti ordinis deuote viſitauerint, ⁊ pias elemoſynas largiti fu
erint. ſeu domos ꝯfractas eiuſdē ordinis reficerēt: ſeptē ānos ⁊ duode-
cim quadragenas. ¶ Et Adrian⁹. ij. Stephan⁹. v. Sergius. iij. Joānes B
x. Joānes. xi. Sergius. v. ⁊ Innocēti⁹. iiij. qui dictū ordinē ꝯfirmauit. oi
bus xp̄i fidelib⁹ vere penitētib⁹ ꝯtritis ⁊ ꝯfeſſis qui p̄dictas eccl'ias pie
viſitarent in p̄dictis feſtiuitatib⁹ ⁊ earū octauis: ſeu qui domos fractas
eiuſdē ordinis reficerent, vel pro fabricis ipſarū eccleſiarū munera darēt
vel confratriā dicti ordinis aſſumerent ⁊ eaꝫ intrarent. aut calicē ꝓ miſ
ſis celebrādis vel tobalias ſeu mappas erogarent, vel q in p̄miſſis aut
in quolibet p̄miſſoꝝ manus porrigerent adiutrices, vel qui in ſuis vlti-
mis teſtamētis aliquid legarent: tertiā ptē oium peccatoꝝ in dño rela-
xarunt. ¶ Itē Clemens, iij. Alexāder, ij. Gregori⁹, v. ⁊ Gregori⁹. vij. in C
p̄dictis feſtis ⁊ in quolibet eorūdē ſimilē grām largiti ſunt. ¶ Item Cle D
mens, iiij. eiſdem xp̄i fidelibus qui p̄dictas eccleſias quater in anno viſi
tarent. videlicet in quattuor feſtiuitatib⁹ eiuſdē dei genitricis virginis
marie: triginta annos ⁊ totidē q̄dragenas pie cōceſſit. ¶ Itē in priuile- E
gio generali Lucij pape. iiij. remittūtur ab eodē peccata leuia. offēſa pa
rentū. negligentie votoꝝ fractoꝝ. dum tñ fractor ad vota rediret, ⁊ ma-
le acquiſita ſi neſcitur cui reſtitui debeāt. dūmodo p̄dictis locis ſeu illoꝝ
ꝯuentibus aſſignētur. ¶ Demū Innocēti⁹. iiij. ⁊ gregori⁹. viij. ꝯtulerūt F
qualibet die cuilibet dicenti Pater nr̄. ⁊ Aue maria in dictis eccleſijs ſe
mel pro viuis ⁊ defunctis quadraginta dies indulgentiarum. ¶ Rur- G
ſus Honorius. x. ⁊ Nicolaus. iiij. romani pontifices oibus vere penitē-
tibus ⁊ manus adiutrices p̄dictis domibus porrigeñ. ⁊ illarum fribus
oium peccatorum ſuoꝝ veniā polliciti fuerunt. ¶ Inſuper Honori⁹. ix.
oibus vere penitentibus ⁊ ꝯfeſſis dicti ordinis eccleſias viſitañ. ſeu ma
nus illis adiutrices porrigeñ. quadraginta annos ⁊ totidem quadra-
genas de iniunctis eis penitētijs videlicet in feſto vocabuloꝝ ipſarū ec-
cleſiarum. ⁊ in die ſancto paraſceues, necnon in die ſancte crucis. ac in
feſtiuitatibus natiuitatis. annūciatiōis. purificationis. ⁊ aſſūptiōis bea
te dei genitricis ſemperqꝫ virginis marie miſericorditer in dño relaxa-
uit atqꝫ ꝯceſſit. ¶ Vlterius bñdictus papa. x. oibus vere penitētibus ⁊
confeſſis qui ter in ſeptimana videlicet quadrageſimali tempe. ij. iiij. ⁊ H
vi. ferijs ⁊ etiam in feſtis vocabulorū oium eccleſiarum dicti ordinis nec
non diebus ſabbatiuis ob beate dei genitricis marie reuerentiā ⁊ in die

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

bus dñicis pie viſitarent: quadraginta annos ⁊ totidem quadragenas
⁊ omniũ peccatorum ſeptime partis remiſſionem in dño relaxauit: oẽs
I indulgentias ⁊ peccatoꝝ remiſſiões a ſuis ꝑdeceſſorib⁹ romanis põtifi
cibus dicto ordini ꝯceſſas in dieb⁹ ⁊ in feſtis ꝑdictis duplicãdo. ¶ Jtez
Joães. xxij. oẽs indulgẽtias ⁊ peccatoꝝ remiſſiões a romanis põtifici
bus ꝑdeceſſoribus ſuis dicto ordini ꝯceſſas ꝯfirmauit: ⁊ q̃draginta an
nos ⁊ totidẽ quadragenas de iniunctis penitẽtijs vniuerſis xp̃i fidelib⁹
dicti ordinis eccleſias in q̃libet ſolẽnitate quattuor feſtiuitatũ beate dei
genitricis marie videlicet natiuitatis. annũciationis. purificatiõis ⁊ aſ
K ſumptiõis ꝯtritis ⁊ ꝯfeſſis in dño pia largitiõe ꝯceſſit. ¶ Succeſſiue vr
banus papa. v. oẽs indulgentias ſimiliter a ſuis ꝑdeceſſoribus dicto or
dini ꝯceſſas ꝯfirmauit: atq; in feſto ãnũciatiõis btẽ marie dicti ordinis
eccleſias viſitãtibus. ſeptẽ ãnos ⁊ duodecim q̃dragenas in dño relaxa
L uit. ¶ Poſtremo Nicolaus papa. v. oẽs indulgẽtias ⁊ peccatoꝝ remiſ
ſiones ac oĩa priuilegia dicto ordini a ſupradictis romanis põtificibus
ꝑdeceſſoribus nr̃is in ꝑdictis diebus ⁊ feſtis ꝯceſſas ⁊ cõceſſa. motu ꝓ
prio duplicãdo ꝯfirmauit: atq; ãnos ſeptẽ ⁊ totidẽ quadragenas ĩ dño
M relaxauit. ¶ Tamẽ ſicut ꝑfati xp̃ophori generalis dicti ordinis magr̃i re
latione nuper accepim⁹: ꝓ eo ꝙ ꝓpter ſingularitatẽ priuilegioꝝ origi
nales deſuꝑ lr̃e ad manus generalis ꝑdicti non ꝑuenerũt: nec de illis ali
ter q̃ʒ vt ꝑfertur doceri põt: circa lr̃as ⁊ ꝓuilegia hmõi eorũq; vim ⁊ ef
ficaciã nõnulla dubia ſunt exorta: aliaq; indies ſuboriri formidãt. niſi ꝑ
nr̃e ꝓuidentie ſtudiũ ſuper hoc ꝓuideat opportune: ꝑſertim cum ex iniũ
cto deſuper nobis ap̃lice ſeruitutis officio ad nos ſpectet ſinguloꝝ ordi
nũ ꝯmodis inuigilare: ⁊ q̃tuz valeam⁹ oiũ aĩas altiſſimo lucrifacere:
cupientes itaq; vt indulgentie ac ſingule ꝑdeceſſoꝝ nr̃oꝝ lr̃e dicto ordi
ni ac eius domibus ⁊ eccleſijs ꝯceſſe ſublatis quibuſcũq; heſitationum
obſtaculis inuiolabiliter obſeruẽtur: eiſq; ꝓut conceſſa dicũtur indubia
fides adhibeatur: deuotioq; vniuerſi populi etiam augeatur: atq; dicti ordi
nis eccleſie domus ac ꝯuentus ꝯſeruentur edificentur ⁊ in eoꝝ edificijs am
plientur reſtaurẽtur ⁊ reparentur: ꝑdictorũ ⁊ aliorum plurimoꝝ romano
rum pontificũ ꝑdeceſſorum nr̃orum qui ordinẽ ꝑdictum varijs priuile
gijs non imerito decorarunt: ⁊ quem etiam nos diuerſis alijs gratijs
ac priuilegijs gratioſiſſime ⁊ liberaliter ornauimus: veſtigijs inheren
do: motu ꝓprio non ad ipſius xp̃ofori generalis magr̃i aut alteri⁹ dicti
ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſemperq; virginis marie de monte
carmeli ꝓfeſſoꝝ vel alterius ꝓ eis nobis ſuper hoc oblate petitiõis in
ſtantiam: ſed de nr̃a mera voluntate ac deliberatiõe ⁊ ex certa nr̃a ſcia
ſingulas indulgentias nõ tñ plenarias ac alias ſp̃uales ⁊ tp̃ales gr̃as
a ꝑdictis ſeu quibuſcũq; alijs romanis pontificibus ꝑdeceſſorib⁹ nr̃is
dicto ordini beate marie de monte carmeli ⁊ illi⁹ domib⁹ eccl̃ijs ac pſo
nis in genere vel ſpecie quomodolibet ꝯceſſas: quarũ oĩum tenores ⁊ ef
fectus ac ſi de verbo ad verbũ p̃ntibus infererẽtur. hic haberi volum⁹
pro ſufficientes expreſſis: auc̃tate ap̃lica tenore p̃ntiũ in ſuo robore ſua
q; firmitate ꝯfirmam⁹. approbamus ⁊ innouamus ac de nouo concedi

mus: ſupplentes oẽs ⁊ ſingulos defectus. ſi qui forſan quoquomodo
interuenerint in eiſdẽ. Et q̃m inter ſanctoꝝ ⁊ ſanctarũ ſolẽnia gl̃oſiſſime
dei genitricis marie ſolemnitates ⁊ feſta numero ſeptẽ videlicet. ãnun
ciatiõis. viſitatiõis. aſſũptionis. natiuitatis. ꝯceptiõis. p̃ntatiõis. ⁊ pu
rificatiõis. ac ea que in honorẽ ſui nois dedicata ſunt loca eo ſolẽnius a
xp̃i fidelibus ꝯuenit venerari: quo ipſa de vtero matris ſue ꝓcedens fecũ
da virtutib⁹. ⁊ ſpũ ſancto repleta. caliginãti mũdo ignorãtie tenebris ob
ducto ⁊ etiã populo in tenebris ãbulanti habitãtibuſq; in regione vm
bre mortis lucẽ ineffabilẽ videlicet dñm nr̃m ieſũ chriſtũ redemptorem
oĩum einſdẽ ſpũs ſancti cooperãte virtute ex ſuis puriſſimis viſceribus
genuit: ⁊ ab angelo ãnũciata inter oẽs mulieres bñdicta ꝑdicatur: ⁊ con
grue incomꝑabiliter virgo maria bñdicta dicitur: q2 mater filij dĩ effecta ſu
ſcepit gl̃iam ⁊ integritatis ſue ſeruauit coronã: ⁊ vere eſt bñdicta in mu
lieribus q̃ ſine exẽplo muliebris conditiõis cũ decore virginitatis gaui
ſa eſt honore parẽtis. Jdcirco affectãtes vt oẽs ⁊ ſingule eccl̃ie in hono
re ⁊ ſub inuocatiõe nois gl̃ioſiſſime dei genitricis marie de mõte carme
li per vniuerſũ orbẽ fundate ⁊ ꝯſtructe. ac deinceps q̃ annuẽte diuina cle
mentia edificabũtur ⁊ ꝯſtruẽtur. ꝯgrua deuotiõe a xp̃i fidelib⁹ venerentur
ac que imꝑfecte ſunt ad opis ꝯplementũ deducantur. ac ꝯplete ꝯſeruẽtur:
necnõ paramẽtis ⁊ alijs ad diuinũ cultum inibi neceſſarijs debite ornẽ
tur: ipſiq; xp̃i fideles in vniuerſo orbe ꝯſtituti ad eaſdẽ eccl̃ias nunc ⁊ ꝓ
tp̃e exiſteñ. eo libentius ꝯfluant: ⁊ ad ẽptionẽ ornamẽtoꝝ hmõi necnon
earũdem eccl̃iarum ꝯplemẽtũ ꝯſeruationẽ ⁊ diuini cultus inibi augmẽ
tũ man⁹ ꝓmptius porrigãt adiutrices: quo ex hoc ibidẽ dono celeſtis
gr̃e vberi⁹ ꝯſpexerint ſe refectos: de oĩpotentis dei miſericordia ac ꝑfa
toꝝ petri ⁊ pauli ap̃loꝝ eius auc̃tate ꝯfiſi: oĩbus xp̃i fidelibus vẽ peni
tentibus ⁊ confeſſis qui in cõceptionis. p̃ntationis. natiuitatis. annũtia
tionis. purificationis. viſitationis. ⁊ aſſumptionis. dicte glorioſiſſime
dei genitricis ſemperq; virginis marie feſtiuitatibus a primis veſꝑis
vſq; ad occaſũ ſolis dierũ feſtiuitatũ hmõi. dicti ordinis de monte car
meli ꝑdictas eccl̃ias vbilibet conſtitutas. necnõ per ſeptẽ dies ꝑdictas
feſtiuitates imediate ſequentes. ac etiam in diebus vocabuloꝝ earũdez
eccl̃iarũ deuote viſitauerint annuatim: ac ad premiſſa vel earum aliqua
manus porrexerint adiutrices: triginta annos ⁊ totidem quadragenas
de iniunctis eis penitẽtijs miſericorditer in dño relaxamus p̃ntib⁹ ꝑpe
tuo valituris. Et quia difficile ad modum foret p̃ntes lr̃as ad ſingulas
ꝓuincias ⁊ loca originaliter deſtinare: volumus ⁊ dicta auc̃tate decerni
mus: ꝙ trãſumptis earũ manu publici notarij ſubſcriptiõe ⁊ ꝓ tp̃e exi
ſteñ. dicti ordinis ꝓtectoris: vel alicui⁹ archiep̃alis vel ep̃alis aut gene
ralis auditoris cãrum camere ap̃l̃ice vel alterius eccl̃iaſtice curie ſeu di
cti ordinis generalis magr̃i ſigillo munitis ea ꝓrſus in iudicio ⁊ extra
vbicũq; exhibite fuerint vel oſtẽſe fides adhibeatur indubia: acſi ipſe origi
nales lr̃e forent exhibite vel oſtẽſe. Nulli ergo oĩno hoĩuz liceat hãc pa
ginam nr̃e cõfirmationis. approbationis. innouatõis. ꝯceſſiõis. ſupple
tionis. relaxationis. conſtitutionis ⁊ voluntatis infringere: vel ei auſu

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

temerario cõtraire. Siquis autẽ hoc attẽtare preſumpſerit: indignatio nem omnipotẽtis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apl'oꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datum rome apud ſanctum petruꝫ Anno incarnationis dominice milleſimo quadringẽteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Ik'ls april' Põtificatus noſtri Anno Sexto.

Sixtꝰ papa q̃rtus reprobat cõfirmationeꝫ calixti .iij. ſup cõſtitutiõe bonifacij. viij. incipiẽte Super cathedrã reꝓbantis priuilegia ꝯ eãdẽ cõſtitutionẽ conceſſa: q̃ idẽ ſixtus approbat.

Sixtus epũs ſeruus ſeruoꝝ dei ad perpetuã rei memoriã. Quia in futuroꝝ euentibꝰ ſic humani fallitur incertitudo iudicij: vt qđ cõiectura ꝓbabili ⁊ interdũ attenta conſideratione vtile ⁊ ad pacem ⁊ quietem tendere videbatur: reperiri dãnoſum iurgijs ⁊ diſſenſionibus plenũ quãdoqꝫ cõtingat: nõ debet reprehẽſibile iudicari: ſi romanus pontifex que a predeceſſoribus ſuis ex cauſis veriſimiliter probabilibꝰ ſunt ſtatuta cognito ꝙ ex eis diſſenſiones ⁊ iurgia inter perſonas quaſlibet preſertiꝫ eccl'iaſticas oriãtur: ne noxe grauiores extituſqꝫ peiores inde prodeant: reuocat ⁊ annullat ⁊ in ſtatũ priſtinũ reducit: prout in dño conſpicit ſalubriter expedire. Dudũ ſiquidẽ poſtq̃ꝫ feli. recor. bonifacius papa viij, predeceſſor noſter nõnullis diſcordijs q̃ inter prelatos ⁊ parrochialiũ eccleſiarũ rectores ⁊ ordinũ mẽdicantiũ fratres per diuerſas mundi partes conſtitutos exorte erãt, ſua que incipit Super cathedram conſtitutione finẽ imponere curauerat: fueratqꝫ cõſtitutio predicta per pie memorie clementẽ papaꝫ. v. etiã predeceſſorẽ nr̃m in concilio vieneñ innouata: ac per pie memorie ioannẽ papã. xxij. ſimiliter predeceſſorem noſtrũ ad eremitaꝝ ſancti auguſtini ⁊ beatiſſime dei genitricis ſemperqꝫ virginis marie de mõte carmeli ordinũ profeſſores extenſa: nõnulli alij romani põtifices etiã predeceſſores nr̃i vt omnẽ inter fratres ⁊ prelatos ac rectores prefatos contentionẽ occaſionñ, de medio ſubmouerẽt: dictoꝝ mendicantiũ ordinũ profeſſoribꝰ tã in genere q̃ꝫ in ſpecie ex diuerſis rationabilibus cauſis varia priuilegia aduerſus cõſtitutionis predicte tenorẽ ⁊ illius declarationẽ ⁊ interpretationẽ conceſſerant: ⁊ deinde pie memorie calixto pape. iij. etiam predeceſſori nr̃o per nõnullos ep̃os alioſqꝫ ſuperiores prelatos necnõ parrochialiũ eccleſiarũ rectores expoſito: ꝙ aliqui dictoꝝ fratrum ſe ſpecialiter q̃ ab ipſa ſede in eorum fauorẽ aduerſus conſtitutionẽ eãdem emanaſſe aſſerebant: priuilegioꝝ conceſſionñ, ⁊ indultoꝝ pretextu ne ad dicte conſtitutionis obſeruationẽ compelli poſſent tuebantur, in eorũdem conquerentium ⁊ parrochialiũ eccl'iarum preiudiciũ: variaqꝫ propterea inter eoſdem prelatos rectores ⁊ ſacerdotes ac fratres iurgia ⁊ contẽtiones ac ſcandala exorta erant ⁊ oriebantur indies: quibus obuiaretur ſi cõſtitutio predicta obſeruaretur: ⁊ ꝑ eũdẽ calixtũ ꝑdeceſſorẽ accepto ꝙ a nonnullis ex ipis prelatis rectoribꝰ curatis ⁊ ſacerdotibꝰ cõtra tenorẽ p̃fate cõſtitutionis dictis fratribꝰ graues iniurie ac moleſtie inferebãt: ideꝫ calixtus ꝑdeceſſor cupiẽs hmõi iurgijs cõtentionibꝰ ⁊ ſcãdalis obuiare: cõſtitutionẽ ⁊ illiꝰ innouationẽ ⁊ extẽſionẽ ꝑdictas iuxta illaꝝ ſeriẽ ⁊ continẽtiã in oibꝰ ⁊ ꝑ oia ſuari debere ſtatuit: ⁊ ordinauit qꝫ q̃cũqꝫ priuilegia cõceſſiões ⁊ indulta ſiq̃ a q̃buſuis romanis pontificibꝰ ꝑdeceſſoribus ſuis aduerſus ꝯſtitutionẽ ⁊ innouationẽ ac d'clarationẽ ꝑdictas ſub q̃cunqꝫ v̓boꝝ forma ⁊ cũ q̃buſuis irritantibꝰ decretis ⁊ talibꝰ ꝙ eis ꝑ q̃ſuis alias l'ras apl'icas ẽet facieñ, plenã ⁊ expreſſã ac de v̓bo ad v̓bum de illoꝝ totali tenore mentionẽ ⁊ ſil'is effectꝰ vel maioris cautele derogatorijs clauſulis q̃litercũqꝫ d'rogari neq̃ret: ſiue motu ꝓprio ſiue q̃uouis reſpectu ꝓ q̃buſuis ordinibꝰ ſeu eoꝝ domibꝰ ⁊ locis in gen̄e vel in ſpecie emanaſſent, illoꝝ vſus quãtũcũqꝫ ꝯtinua poſſeſſione nullatenꝰ obſiſteñ. caſſauit reuocauit ⁊ ãnullauit: ac d'creuit nulliꝰ ẽẽ roboris vel momẽti ꝓut in eiſdẽ ꝑuilegijs ⁊ q̃buſdã l'ris ipiꝰ calixti ꝑdeceſſoris ſup ſtatuto ⁊ reuocatiõe hmõi cõfectis ⁊ libris cãcellarie apl'ice d' illiꝰ mãdato deſcriptis pleniꝰ ꝯtinet'. Cũ aũt ſicut expiẽtia efficax rerũ magiſtra poſtmoduꝫ mõſtrauit. ⁊ nos ipi tũc tp̃is in minoribꝰ cõſtituti dũ generalatꝰ ordinis fratrũ minoꝝ fungebamur officio vidimꝰ ex ipiꝰ calixti ꝑdeceſſoris intẽtu q̃ꝫ pl'ima iurgia lites diſſenſiões ⁊ ſcãdala exorta varieqꝫ appellatiões ꝑ eorũdẽ fratrũ partẽ ad ſedẽ apl'icã interpoſite ⁊ q̃rele d'late fuerint: ac ꝓpterea idẽ ꝑdeceſſor ſcẽ romane eccl'ie vice cãcellario ⁊ in l'raꝝ apl'icarũ expeditiõe ſibi aſſiſteñ. abbreuiatoribꝰ ne dictaꝝ l'raꝝ copiã cuiqꝫ traderẽt inhibuerit: dubitat'qꝫ v'iſimil'r ꝙ niſi l'e ꝑdicte calixti ꝑdeceſſoris p̃fati reuocẽt' exinde indies ſint maiora ſcãdala ꝓuẽtura. Nos q̃rũcũqꝫ cãꝝ p̃miſſoꝝ occaſiõe depẽdẽtiũ ab eiſdẽ tã in rõana curia q̃ꝫ extra eaꝫ pẽdẽtiũ corã q̃buſcũqꝫ iudicibꝰ tã ordinarijs q̃ꝫ a ſede apl'ica vel alias delegatꝫ in q̃cũqꝫ inſtãtia ẽet appellatiõis ſtatꝰ iudicũ ⁊ collitigãtiũ nõia ⁊ cognoia dignitates p̃ntibꝰ ꝓ expſſis hñtes: illaſqꝫ ad nos haꝝ ſerie aduocañ. ⁊ litẽ penitꝰ extingueñ: ac voleñ. hmõi ꝯtẽtiõibꝰ diſcordijs ⁊ ſcãdalis quãtũ poſſumꝰ obuiare: motu ꝓprio nõ ad ipoꝝ fratrũ vel alteriꝰ ꝓ eis nob' ſup h' oblate petitiõis inſtãtiã ſꝫ de nr̃a mera liberalitate eiuſdẽ calixti ꝑdeceſſoris ꝑdictas l'ras ⁊ in eis cõtẽta priuilegioꝝ cõceſſionũ ⁊ indultoꝝ hmõi reuocationẽ: ⁊ ſi q̃ deſup ab alijs ꝑdeceſſoribꝰ romanis põtificibꝰ approbatiões emanarũt. auc'te apl'ica tenore p̃ntiũ ⁊ ex certa nr̃a ſciẽtia reuocamꝰ caſſamꝰ irritamꝰ ⁊ ãnullamus: ⁊ de libris ac regiſtris q̃buſlibꝫ deleri mãdamꝰ: ⁊ ꝑuilegia cõceſſiões ⁊ indulta ꝑdicta illa oia q̃liacũqꝫ ſint ac ſi de v̓bo ad verbũ inſererẽtur p̃ntibꝰ ꝓ expreſſis hñtes: in ſuos plenũ ⁊ priſtinũ robur, necnõ p̃fatos mẽdicãtes frẽs q̃bꝰ cõceſſa ſunt in genere ⁊ in ſpecie quo ad illoꝝ totalẽ in p̄teritis p̃ntibꝰ ⁊ futuris negocijs cõſequeñ. effectũ in ꝑſtinũ ⁊ eũ ſtatũ in quo videlꝫ erãt añq̃ꝫ l'e calixti ⁊ reuocatio hmõi q̃uolibꝫ emanarẽt plenarie reſtituimꝰ reponimꝰ ⁊ integramꝰ: decerneñ. ea oia in ſuis ꝑoribꝰ viribꝰ ⁊ efficacia fore ⁊ effectũ ẽet quo ad p̄terita ꝓ appellatione pendẽtia negocia ſortiri debere in oibꝰ ⁊ ꝑ oia ꝑinde ac ſi p̃fati calixti ꝑdeceſſoris ⁊ in illis cõtẽta reuocatio ꝑdicta nullatenꝰ emanaſſent: necnõ irritũ ⁊ inane ſi ſecus ſup his aquoqꝫ q̃uis auc'te ſciẽter vel ignorãter cõtra illa attẽtatũ forſan eſt hactenꝰ vel in poſterũ cõtigerit attẽtari. Et nihilominꝰ venerabilibꝰ fratribꝰ nr̃is beſareñ. ſabineñ, minoꝝ ⁊ guillelmo hoſtieñ, eremitaꝝ ſancti auguſtini ⁊ beatiſſime dei genitricis marie de mõte carmeli ac alano

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

penestrineñ. p̄dicatoꝝ epis ordinū p̄dictoꝝ nūc ⁊ p tpe existeñ. ꝓtectori bus in romana curia sancte romane ecclie cardinalib⁹ p aplica scripta mādam⁹: q̄ten⁹ qlibet eoꝝ per se vel aliū seu alios premissa oia vbi ⁊ q̄n do opus fuerit ipiq̄ desup fuerint reqsiti solēniter publicari: ⁊ ordini sue ꝓtectioni cōmisso ac illi⁹ ꝓfessoribus in p̄missis efficacis defēsionis p̄si dio assisteñ. faciāt eos pacifica possessione vel q̄si exemptionū ⁊ p̄uilegi orū p̄dictoꝝ gaudere: nō p̄mittētes eos cōtra illoꝝ vel cuiuslibet eoꝝ te norē p locoꝝ ordinarios ⁊ parrochialiū eccliarum rectores ac quoscun q̄ alios indebite molestari: cōtradictores per censurā ecclīasticā appel latione postposita cōpescendo: ac legitimis sup his habēdis seruatis p cessibus eos quotiēs opus fuerit iteratis vicib⁹ aggrauare ꝓcurēt: inuo cato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularꝫ. Nō obstātib⁹ pie me morie bonifacij pape. viij. ēt p̄decessoris nr̄i ⁊ alijs aplicis ꝯstitutionib⁹ q̄bus cauet ne quis extra ciuitatē ⁊ diocesim nisi in certis exceptis casi bus ⁊ in illis vltra vnā dictā ad iudiciū euocet: seu ne iudices a sede apli ca deputati extra ciuitatē ⁊ diocesim in q̄b⁹ deputati fuerint cōtra quos cunq̄ ꝓcedere. aut alij vel alijs vices suas cōmittere p̄sumāt: ⁊ d̄ dua bus dictis in cōcilio generali. ac alijs aplicis cōstitutionib⁹ cōtrarijs q̄ buscūq̄: seu si locoꝝ ordinarijs ⁊ parrochialiū eccliarū rectorib⁹ vl' qui buſuis alijs coniūctim vel diuisim a sede p̄fata indultū existat q̄ interdi ci suspēdi vel excōicari aut vltra vl' extra certa loca ad iudicium euocari nō possint p l'ras aplicas nō facieñ. plenā ac expressaꝫ ac de v̄bo ad ver bū de indulto hmōi mentionē: ⁊ q̄libꝫ alia dicte sedis indulgētia gene rali vel speciali cuiuscūq̄ tenoris existeret: per quā p̄ntib⁹ nō expressam vel total'r nō insertam hmōi dictis ꝓtectorib⁹ facte cōmissionis expli catio impediri possit quomōlibꝫ vel differri: ⁊ de q̄ cuiusq̄ toto tenore hūda sit in nr̄is l'ris mētio sp̄alis. Nulli ergo oīno hoīnū liceat hāc pa ginā nr̄e aduocationis. volūtatis. extinctionis. reuocationis. cassatiōis. irritationis. annullationis. mādati. restitutionis. repositionis. reintegra tionis ⁊ decreti infringere: vel ei ausu temerario cōtraire. Siquis autē hoc attentare p̄sumpserit: indignationē oipotētis dei ac beatoꝝ petri ⁊ pauli apl'oꝝ eius se nouerit incursuꝝ. Datū rome apud sanctū petrū Anno incarnationis dn̄ice Millesimo q̄dringētesimo septuagesimo p̄ mo. Septimo idus decēbris Pōtificat⁹ nr̄i Anno Primo.

Sixt⁹ papa q̄rtus approbat bullā pauli. ij. inhibentis ne q̄s se intromittat in reformatione cōuētualiū monasteriorū sub excōicatione late sententie.

SIxtus epūs seruus seruorum dei ad perpetuā rei memoriā. Dū singulos regulares or dines ⁊ loca sanctimonie dedita illorumq̄ personas pa terno conspicimus intuitu: ad eas precipue nostre diri gimus considerationis effectū. q̄ mūdanis abdicatis illecebris spiritū paupertatis assumētes: elemosynaꝝ eis erogādarū questu. poti⁹ q̄ copijs diuitiaꝝ victū q̄rentes: iugiter prestāt dn̄o famulatū: suisq̄ vite sāctimo nia ⁊ salubrib⁹ p̄dicationib⁹ pp'l'm dei ad bene deuoteq̄ viuendū indu cunt: illosq̄ put ex iniūcto nobis celit⁹ s̄uitutis officio cōgruit. ab oī co nemur vexatione tueri: vt nr̄i ministerij p̄sidio eoꝝ stat⁹ ꝓsperet. vbili

bet ⁊ p̄sone ip̄e ꝓpulsis q̄b⁹ obrui possint dispēdijs: felicis stat⁹ eiusdē suscipiāt incremēta. Sane dudū cū in minorib⁹ ꝯstituti in ordine fratrū minoꝝ generalis ministri fungeremur officio, intelleximus: ⁊ post nr̄am ad summi aplat⁹ apicē assumptionē a dilectoꝝ filioꝝ fratrū p̄dicatorū minoꝝ ⁊ eremitaꝝ sci augustini ⁊ btē marie virginis de mōte carmeli ordinū generalib⁹ magr̄is ministro ⁊ p̄orib⁹ q̄ p tpe fuerūt. ⁊ alioꝝ di ctorū ordinū professoꝝ relatione nō sine q̄rela accepimus: q̄ laici in di uersis mundi partib⁹ ꝯstituti ꝓprijs incūbentes affectib⁹: dū magr̄i ⁊ ministri ⁊ priores ip̄i tā generales q̄ p̄uinciales ⁊ domoꝝ eorūdē ordi nū custodes. guardiani ac frēs cōuentuales nūcupati dictaꝝ domorū iu ra ꝓsequūtur: ac pecunias ⁊ bona ad licitos vsus eorūdē fratrum pia christi fidelīū largitione eis ⁊ eoꝝ domib⁹ ⁊ ordinib⁹ relicta seu lega ta aut alias debita ab eisdē laicis exigere curāt: aut ip̄aꝝ domoꝝ bona p̄fatis laicis pro eoꝝ b̄nplacitis ⁊ volūtate cōcedere: seu ciuiles laicorū eorūdem dissensiōes particulares discordias ⁊ factiōes seq: vl' alias in ijs q̄ laici ip̄i a magr̄o ministris priorib⁹ guardianis ⁊ fratrib⁹ memo ratis min⁹ licite postulāt. eisdē laicis cōplacere recusant: ac alias duꝫ laici ip̄i magistrū. ministros. priores. custodes. guardianos ac frēs p̄di ctos alijs varijs plerūq̄ occasionibus ea qua debēt affectione non pro sequūtur: vt se de eisdem magistro ministris prioribus custodib⁹ guar dianis ⁊ fratribus memoratis conuentualibus nūcupatis valeāt vindi care: aut occupatorum per ipsos laicos bonorum ad domos eorūdem fratrum pertineñ. restitutionē differre: ⁊ si domus ip̄e ad fratres dicto rum ordinum de obseruātia nuncupatos perueniant. bona illorum eis acōmoda emere. ⁊ pro minori p̄cio q̄ valeāt habere possint. exquisitis medijs curāt. q̄ domus ip̄e ordinū eorūdem p predictos fratres cōuē tuales longo tēpore possessē ⁊ inhabitate. fratribus de obseruātia vel alio nōie nuncupatis eorūdē ordinū cōcedātur nouas gabellas ⁊ one ra a quib⁹ fratres ip̄i exempti sunt. ab eis exigere: varia grauamina eis inferre: ⁊ alias iniurias irrogare p̄sumūt: ex quo plurima eisdē fratri bus cōuentualibus in cōmoda proueniūt: nā metu molestiarum hmōi quas eis inferri formidant. in exigendo ⁊ prosequēdo domorum sua rū iura timidiores reddūt: ⁊ eosdē laicos vereri vltra q̄ deceat: ⁊ a libe re p̄dicādo q̄d illos tāgit abstinere: ⁊ illis vltra q̄ ip̄oꝝ q̄litas exigat ⁊ ordinū p̄dictoꝝ vtilitas p̄suadeat differre cogāt inuiti. nō absq̄ diuine maiestatꝫ offēsa ⁊ ordinū eoꝝdē graui p̄iudicio ⁊ iactura: adeo vt ꝓpt īcōmoda p̄dicta ēt aliq̄ dictoꝝ ordinū ꝓfessores nōnūq̄ domos dserāt. ⁊ ad alios nō mēdicātiū ordīes se trāsferāt: tales molestias euitare curā tes: aliq̄ vō q ordines ip̄os ingrederēt. ab ingrediēdo abstinere cernāt: q̄d ad eorūdē ordinū p̄nicē paulatī cedere manifeste dignoscit. Nos igit q dū ge n̄alis ministri dicto fūgeremur officio: p gete vniuersoꝝ ꝓ fessoꝝ dicti ordinis fratrū mioꝝ tā ꝯuētualiū q̄ d'obs'uātia seu bullā aut alias iuxta diuersaꝝ regionū cōsuetudinē nūcupatoꝝ procurauimus: q̄ felicis recor. paulus. ij. predecessor noster sub censuris ⁊ penis ecclesia sticis tunc expressis inhiberet vniuersis fratribus predictis: vt predicti

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

frēs de obſeruantia nūcupati domos eorūdē fratrū ꝯuētualiū ordinis
fratrū minoꝝ aut alias ꝓ eoꝝ habitatiōe q̄rere vel recipere: vel ꝙ mōa.
ſteria monialiū cure eorūdem fratrū ꝯuētualiū ꝯmiſſa ipoꝝ fratrū de
obſeruantia cure ꝯmitterētur, etiā q̄rere p̄ſumerent: ꝓut in eiſdē p̄decel.
ſoris lr̄is deſuꝑ ꝯfectis pleniꝰ ꝯtinetur: tot malis quot p̄dicatoꝝ mino
rū eremitarū ſancti auguſtini carmelitarū ſancte marie ordinū mendicā
tiū ꝓfeſſores p̄dicti ꝯuētuales nūcupati: quoꝝ ſcia ⁊ doctrina militans
eccleſia ꝯtinua ſuſcipit icremēta, ex p̄miſſis patiūť: vt tenemur obuiare
cupiētes: motu ꝓprio nō ad p̄dictoꝝ magr̄i miniſtri p̄oꝝ cuſtodū guar
dianoꝝ ⁊ fratrū ꝯuētualiū vel alteriꝰ ꝓ eis nobis ſuꝑ hoc oblate petitio
nis inſtantiā, ſed de nr̄a mera deliberatiōe ⁊ ex certa ſcia lr̄as p̄deceſſoꝝ
hmōi ratas hn̄tes ⁊ innouatas: oibꝰ ⁊ ſingulis clericis ⁊ religioſis de
bulla vel alias d̄ obſeruātia nūcupatꝫ ordinū quorūcūq; ac laicis vtriuſ.
q; ſexus cuiuſuis dignitatis, gradus, ordinis vel ꝯditiōis fuerint, etiam
ſi marchionali, ducali, comitali, patriarchali, archiep̄ali, ep̄ali, abbatiali
⁊ alia q̄libet eccleſiaſtica vel mūdana p̄fulgeant dignitate ⁊ auctāte: ſub
pena excōicatōis late ſnie eo ip̄o totiēs q̄tiēs illos ꝯfacere ꝯtigerit icur.
renda: ne domus ⁊ loca ꝓfeſſoꝝ dictoꝝ ordinū ꝯuētualiū nūcupatoꝝ
aut monaſteria monialiū eoꝝ cure ꝯmiſſa alijs fr̄ibus monialibꝰ ſeu ſo
roribꝰ etiā eiuſdē ordinis quouis noīe nūcupatis quomodolibet ꝯcedā.
tur: aut ꝙ āmotis exinde fr̄ibus ⁊ ſororibꝰ illas ⁊ illa inhabitātibꝰ refor.
mēť: ⁊ alij frēs alieue moniales ſeu ſorores eoꝝ loco ſubrogētur ⁊ ſub.
ſtituātur ibidē: ſeu ꝙ monaſteria p̄dicta alioꝝ cure ꝯmittāť ꝓcurare q̄.
rere attentare niſi apud magr̄m miniſtros priores generales vel ꝓuin.
ciales dictoꝝ ordinū ꝓ tp̄e exiſtētes, q teneāť ⁊ d̄beāt q̄tiēs opportunū
fuerit ⁊ poſtq; fuerit req̄ſiti īfra ānū domos ip̄as debite reformare: ⁊ q̄
correctiōe ⁊ emēdatiōe idigerēt, corrigere ⁊ emēdare: nec erat ad effectū
hmōi āmotiōis eoꝝ a domibꝰ ſuis eiſdē fr̄ibꝰ ꝯuētualibꝰ ⁊ eoꝝ cure cō.
miſſis mōialibꝰ iiurias ⁊ ḡuamina aliq̄ inferre: ſeu ab eiſdē fr̄ibꝰ ꝓ rebꝰ
⁊ bonis q̄ hr̄it ⁊ negotiatiōis cā deferrent ꝑpedagia guidagia, gabellas
⁊ alia quouis noīe nūcupata onera noua petere exigere vel leuare quo.
quomodo preſumant auctoritate apoſtolica preſentium tenore diſtri.
ctius inhibemus ac volumus: ⁊ motu ſcientiaq; predictis ſtatuimus ⁊
ordinamus: ꝙ fratres ip̄i conuentuales ac ſorores ⁊ alij quibuſcunq; re
formationibus quas fieri continget per generales aut prouinciales pre
dictos acquieſcere: illaſq; obſeruare omnino teneantur ⁊ debeant: ꝙq;
laici predicti in faciendis reformationibus predictis alias q̄; vt prefer.
tur nullatenus ſe intromittant: aut ne fiant opponant vel contradicant:
nec ꝙ poſtmodum facte reformationes alterentur mutentur aut in eis
aliquid vltra addatur, querere audeant ſub eadem excōmunicatiōis ſen
tentia ſi contra fecerint eo ipſo extunc incurrenda: decernentes irritum ⁊
inane ſi ſecus ſuper his a quoq; quauis etiam apoſtolica auctoritate ſci
enter vel ignoranter harum nō inſerto tenore ꝯtigerit attētari. Et nihilo
minꝰ p̄n̄tibꝰ ⁊ futuris ꝓ tp̄e dictoꝝ ordinū ꝓtectoribꝰ oibꝰq; ⁊ ſingul' p̄
latꝫ ⁊ alijs ꝑſonis eccl'iaſtic' i dignitate conſtitutis, necnō eccl'iaꝝ cathe

dralium etiā metropolitaneꝝ, canonicis per apoſtolica ſcripta māda.
mus: quatenus ipſi ⁊ quilibet eoꝝ per ſe vel alium ſeu alios reſpectiue
dictis magiſtro, miniſtris, prioribus, cuſtodibus, guardianis ⁊ fratri.
bus conuētualibus in premiſſis efficacis defenſionis preſidio aſſiſten.
tes: ac premiſſa oīa ⁊ ſingula vbi ⁊ quādo expedire cognouerint, fuerint
q; deſuper requiſiti ſolēniter publicātes: nō permittant eos vel eoꝝ ali
quem contra preſentiū tenorē ꝑ quoſcunq; quomodolibꝫ inquietari ſeu
moleſtari: ac alios oēs ⁊ ſingulos quos eis hmōi excōicationis ſenten.
tias incurriſſe cōſtiterit: quotiēs ſuper hoc pro parte aliquoꝝ ex magi.
ſtro miniſtris, prioribꝰ, cuſtodibus, guardianis ⁊ fratribus predictis cō
uētualibus fuerint requiſiti: in eccl'ijs ⁊ alijs locis vbi eis videbitur ex.
cōmunicatos publice nunciēt: faciātq; ab alijs nūciari ⁊ ab omnibꝰ ar.
ctius euitari: donec preuia d̄bita ſatiſfatione meruerint ab eadē excōica
tionis ſentētia abſolutionis beneficiū obtinere: contradictores ꝑ cenſu.
ram eccl'iaſticā appellatione poſtpoſita compeſcēdo. Nō obſtātibꝰ pre.
miſſis ac conſtitutionibus ⁊ ordinationibus ap̄l'icis necnon predictorū
ordinū iuramento cōfirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia ro
boratis ſtatutis ⁊ conſuetudinibꝰ: quibꝰ oibus etiaꝫ ſi de illis eorūq;
totis tenoribus ſpecialis ſpecifica ⁊ expreſſa mentio preſentibus haben
da foret tenore p̄n̄tium quo ad premiſſa ſimili ſcientia derogamꝰ: ⁊ illa
ꝓ infectis haberi volumus: contrarijs quibuſcūq;: aut ſi perſonis ⁊ fra
tribꝰ predictis vel quibuſuis alijs cōiter vel diuiſim a ſede ap̄l'ica indul
tum exiſtat: ꝙ interdici ſuſpēdi vel excōmunicari nō poſſint per litteras
ap̄l'icas non faciētes plenā ⁊ expreſſam ac de verbo ad verbū de indul.
to hmōi mentionē: ⁊ qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali vel
ſpeciali cuiuſcunq; tenoris exiſtat: per quā p̄n̄tibus nō expreſſaꝫ vel to
taliter non inſertā effectus eaꝝ impediri valeat quomodolibet vl' differ
ri: ⁊ de qua cuiuſq; toto tenore habenda ſit in lr̄is nr̄is mētio ſpecialis.
Poſtremo q̄ꝛ difficile forent p̄n̄tes lr̄as ad ſingulas ꝓuincias origina
liter deſtinare: volumus ⁊ dicta auctoritate decernimꝰ ꝙ tranſumptis
earum manu notarij publici ⁊ curie cauſaꝝ camere ap̄l'ice aut alicuius
ep̄alis vel archiep̄alis ſigillo munitis ea prorſus in iudicio ⁊ extra vbi
cunq; exhibita ⁊ oſtenſa fuerint fides adhibeatur: ac ſi ip̄e originales lit
tere exhibite forent ⁊ oſtenſe. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc pagi
nam nr̄e ratihabitionis, innouationis, inhibitionis, ſtatuti, ordinatio.
nis, conſtitutionis, mandati, derogationis, volūtatis ⁊ decreti infringe
re: vel ei auſu temerario contraire. Siquis aūt hoc attentare preſumpſe
rit: indignationē oīpotentis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli ap̄l'oꝝ eiꝰ ſe no.
uerit incurſurum. Datum rome apud ſanctum petrū anno incarnatio.
nis dn̄ice milleſimo quadringēteſimo ſeptuageſimo quinto Kl's maij
Pōtificatus noſtri Anno Quarto.

Sixtꝰ papa q̄r
tus approbat
lr̄as guillelmi
cardinalis ſuꝑ
vēnatione fr̄is
alberti ordinis
carmelitarum.

Sixtus ep̄us ſeruus ſeruoꝝ dei
Ad perpetuā rei memoriam. Celeſtis aule militum numerum
adaugeri ſancta letatur eccl'ia: ⁊ propterea eos qui ex hoc ſecu

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

lo tranſeūtes comuni opinione fideliū ſupna patria digni reputātur: p̄ſertim miraculoꝝ celebritate fulgentes, eternitatis memoria decorare conſueuit: vt eorū laudes frequētioribus valeant reſonare preconijs et dn̄s in ſanctis eius iugiter collaudari. Idcirco nos ea q̄ pro bonorificētia beatoꝝ de predeceſſoꝝ noſtrorum romanoꝝ pontificū beneplacito pie obſeruata fuiſſe comperim⁹: libēter cū a nobis petitur aplico p̄ſidio confouemus. Sane p parte dilecti filij chriſtofori martignoni magiſtri generalis ordinis fratrū beate marie de monte carmeli nobis nup exhibita petitio continebat: q̄ dudū felicis re. calixto papa tertio predeceſſori pro parte quōdam ioānis ſoreth tūc magiſtri generalis dicti ordinis expoſito: q̄ beatus albert⁹ qui dū vitā celibem ageret in humanis frater dicti ordinis fuit: ⁊ cuius corp⁹ in eccl̄ia beate marie meſſaneñ. in inſula ſicilie fratrū dicti ordinis requieſcit: clareſcētib⁹ miraculis a chriſti fidelibus illarum ⁊ diuerſis mundi partiū in magna veneratione habetur: ⁊ propterea in diuerſis eccl̄ijs per diuerſas mundi partes altaria ⁊ eccl̄ie ad honorē dei ⁊ eiuſdē ſancti alberti cōmemorationem erecta fuerant: vnde deſiderabat q̄ chriſti fideles ipſi in eorū huiuſmodi laudabili propoſito per tollerantiā ſedis apoſtolice cōtinuare libere ⁊ licite poſſent ⁊ valerent: ad quā quidem humilem petitionē cū prefatus calixtus predeceſſor annuiſſet: venerabilis frater noſter guillelmus epiſcop⁹ oſtienſis tunc tituli ſancti martini in mōtibus presbyter cardinalis qui etiā tunc preſens aderat. de licencia ⁊ conſenſu dicti predeceſſoris ⁊ mandato expreſſo viue vocis oraculo ſibi ab eodem facto ad tollēdum ſcrupulos de mētibus huiuſmodi ⁊ ad honorē dei ⁊ dicti beati alberti meritorum exaltationē de premiſſis omnibus ⁊ ſingulis per ſuas patentes litteras ſuo ſigillo munitas atteſtationē fecit: prout in illis quas inſpici ⁊ examinari diligēter ac p̄ſentib⁹ inſeri fecimus pleni⁹ cōtinetur. Quare pro parte dicti chriſtofori generalis moderni aſſerētis q̄ in prefata eccl̄ia ⁊ in diuerſis mūdi partib⁹ per merita ipſius beati alberti alia miracula coruſcant indies: nobis fuit humiliter ſupplicatū: vt atteſtationi dicti guillelmi epiſcopi ⁊ cardinalis ac omnibus ⁊ ſingulis in eius litteris cōtentis huiuſmodi pro illorum ſubſiſtētia firmiori robur apoſtolice confirmationis adijcere: ⁊ alias in premiſſis opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendētes q̄ digne in memoria vertitur hominū qui ad gaudia tranſiuit angelorum: ⁊ ad ordinem prefatum qui continua glorioſiſſime dei genitricis ſempq̄ virginis marie protectione fouetur: ⁊ ſub honore eius ſpeciali titulo fundatus. ac tam per diuerſos romanos pontifices predeceſſores noſtros q̄ etiam per nos apoſtolica fuit auctoritate comprobatus: multiplicibuſq̄ virorum excellentium omni tempore quaſi ſyderibus decoratur ornamentis: dirigentes paterne conſiderationis intuitū: huiuſmodi quoq̄ ſupplicationibus inclinati: atteſtationē dicti guillelmi epiſcopi et cardinalis qui dicti ordinis protector exiſtit. ac lr̄as predictas ratas habentes ⁊ gratas: illas cum omnib⁹ ⁊ ſingulis in eis contentis clauſulis auctoritate apoſtolica ⁊ ex certa nr̄a ſcientia approbamus ⁊ confirmamus: ſupplentes omnes ⁊ ſingulos defectus ſiqui forſan interuenerint in eiſdem. Non obſtantib⁹ cōſtitutionib⁹ ⁊ ordinationibus aplicis ceteriſq̄ cōtrarijs quibuſcunq̄. Et q̄r difficile foret p̄ſtes lr̄as ad ſingulas prouintias originaliter deſtinare: volumus ⁊ dicta auctoritate decernimus. q̄ tranſumptis dictaꝝ lr̄aꝝ manu notarij publici ⁊ curie cauſarū camere aplice vel protectoris dicti ordinis q nūc eſt ⁊ pro tēpore fuerit. aut alicuius ep̄alis vel archiep̄alis ſeu cuiuſcūq̄ in dignitate cōſtituti. ⁊ dicti ordinis magiſtri generalis p tpe exiſtētis ſigillo munitis ea prorſus in iudicio ⁊ extra fides adhibeat̄ indubia: ac ſi ipſe originales lr̄e forent exhibite vel oſtēſe. Tenor autem dictarū lr̄arum ſequit̄ ⁊ eſt talis.

GUILLELMUS miſeratiōe diuina tituli ſancti martini in mōtibus ſacroſancte romane eccl̄ie presbyter cardinalis rothomageñ. vniuerſis ⁊ ſingulis chriſti fidelibus p̄ſtes lr̄as inſpecturis Salutē in eo q eſt vera omniū ſalus. Dignū ⁊ cōueniens iudicamus de ijs teſtimoniū reddere: que pacem conſciētie multoꝝ ⁊ deuotionis augmentū cōcernere videntur. Notū igitur omnib⁹ facim⁹ ac teſtamur per preſentes: q̄ ſanctiſſimus in chriſto pater dn̄s noſter dn̄s Calixtus diuina p̄uidentia papa. iij. nuper viue vocis oraculo nobis preſentibus ⁊ aſtantib⁹ coram ſua ſanctitate: conceſſit ⁊ indulſit reuerēdo patri magiſtro ioāni ſoreth priori generali fratrum ordinis beate Marie de monte carmeli preſenti ⁊ ſupplicanti: q̄ de beato Alberto de Drapano inſule ſicilie dicti ordinis dū in hūanis ageret profeſſori in cuius honorem ⁊ reuerentiam plura altaria ⁊ eccleſie vt idem prior aſſeruit edificate fuerint: ac eius crebreſcentibus miraculis publico longo tempore per chriſti fideles tam in eorundem fratrum q̄ etiam in alijs eccleſijs (nulla tamen ſecūdum ritum Romane eccleſie precedente canonizatione) preces ⁊ ſuffragia publice perſoluuntur: eadē deuotio ⁊ reuerentia vt p̄mittitur ſine alicuius peccati labe ⁊ tranſgreſſionis nota ac conſcientie ſcrupulo per vos atq̄ alios chriſti fideles fieri poſſit ⁊ continuari: quouſq̄ per eccleſiam aliud ſolennius decernatur: que omnia cum ſic vt premittitur vere ⁊ recte ſint acta ad cuiuſlibet noticiam reducimus ⁊ deducenda fore cenſemus. In quorum teſtimonium preſentes litteras per ſecretarium noſtrum infra ſcriptum fieri iuſſimus. ⁊ noſtri ſigilli fecimus appenſione communiri. Datum Rome in domibus noſtre reſidentie apud ſanctum Appollinarem die quintodecimo mēſis Octobris. Anno incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo Quinquageſimo Septimo Pontificatus eiuſdem Domini noſtri Anno tertio. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam noſtre approbationis. confirmationis. ſupplectionis. conſtitutionis et voluntatis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud ſanctam Mariam maiorem Anno incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto. Pridie kl's Junij Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sixtꝰ papa q̄r-
tus eximit fra-
tres a q̄cunqꝫ
iuriſdictiōe in-
qſitoꝝ hereti-
ce prauitatis.

SIxtus epūs ſeruus ſeruorum
dei dilectis filijs magiſtro generali ⁊ vniuerſis fratribꝰ
ſacri ordinis glorioſiſſime dei genitricis ſempqꝫ virginis
marie de monte carmeli p̄ſētibus ⁊ futuris ſalutē ⁊ apo
ſtolicam benedictionē. Sacer ordo veſter in agro dn̄ico diuina diſpoſi
tione plantatus ⁊ glorioſiſſime dei genitricis marie titulo ſpecialiter in
ſignitus: apoſtolicis gratijs digne meretur attolli: cū illius profeſſores
relegatis a ſe mūdanis illecebris celeſtiū cōtemplationi vacātes inſiſtūt
iugiter ꝓfectibus aiarū: ꝓpter q̄ ad dictum ordinem a pluribus roma-
nis pontificibus predeceſſoribꝰ nr̄is ⁊ etiā a nobis multipliciter appro
batū. ap̄lice conſiderationis intuitū dirigētes: ad ea libēter intēdimꝰ.
per que profeſſores ip̄i nullum interne pacis patiātur excidium nullūqꝫ
religionis ſtatus perferāt detrimentū: ſed ab omni moleſtia liberi eo de
uotius diuino cultui ac ſalutis intendāt operibꝰ: quo ſtatꝰ eorum quie-
tior fuerit ipſiqꝫ ampliori cognoſcātur libertate dotati. Sane lꝫ dudū
fe. re. ioannes papa. xxij. predeceſſor noſter vos ⁊ ordinē veſtrū predictū
ac eccl̄ias. oratoria. domos ⁊ loca q̄cunqꝫ tunc ⁊ pro tēpore exiſtētia ad
eūdem ordinem ſpectātia cum in eis degētibus vtriuſqꝫ ſexus perſonis
ac omnibus rebꝰ bonis iuribus ⁊ pertinētijs ſuis in ius ⁊ ꝓprietatē bea
ti petri ap̄loꝝ principis ⁊ ſancte ſedis ap̄lice aſſumpſit: voſqꝫ ⁊ illa a cu
iuſcunqꝫ dioceſani ⁊ alterius p̄tāte iuriſdictione ac dn̄io in perpetuum
prorſus ⁊ omnino exemerit: decernendo ex tunc vos ⁊ ordinē ipſuꝫ nec
non eccl̄ias. oratoria. domos ⁊ loca prefata cū perſonis. rebꝰ. bonis. iuri
bus ⁊ pertinētijs ſupradictis ſoli romano pontifici ⁊ dicte ſedi tā in ſpi
ritualibus q̄ꝫ in temporalibꝰ abſqꝫ vllo medio ſubiacere: ita ꝙ nec loco
rum ordinarij nec alia q̄uis eccl̄iaſtica perſona in vos ⁊ ordinem ac ec-
cleſias. oratoria. domos loca. perſonas. res ⁊ bona predicta vtpote p̄r-
ſus exempta poſſent excōmunicationis ſuſpenſionis aut interdicti ſen-
tentias promulgare: vł alias poteſtatē ſeu iuriſdictionē aliquā exercere.
quod ſi forſan quicq̄ꝫ in contrariū a quoq̄ꝫ attentatū foret. illud oīno eſ
ſe irritum ⁊ inane. Poſtmodū etiā bone memorie clemens papa ſextꝰ
ſimiliter predeceſſor noſter vobis ⁊ ſucceſſoribꝰ vr̄is ꝑpetuo indulſerit:
vt prefati ioānis predeceſſoris exemptione in ſuo robore ꝑmanēte: etiā
coram quibuſcunqꝫ dioceſanis ⁊ locorum ordinarijs ratione delicti cō-
tractus ſeu rei de qua ageretur conueniri vel impeti nullatenꝰ poſſitis:
pie memorie innocentij pape quarti etiā predeceſſoris nr̄i ⁊ alijs cōſti-
tutionibus ap̄licis cōtrarijs nō obſtañ. quibuſcūqꝫ: decernendo ex tūc
ſimiliter irrituꝫ ⁊ inane ſi ſecus ſuꝑ his a quoq̄ꝫ quauis auctoritate ſciē
ter vel ignorāter contigerit attentari. Cuꝫ ſicut nobis dilectꝰ filius chri
ſtoforus martignonus modernus ſacri ordinis veſtri generalis magr̄
nuper expoſuit: nōnulli inq̄ſitores heretice prauitatis etiā mendicantiū
ordinū ꝓfeſſores in diuerſis mundi partibus conſtituti minus veracit̄
aſſerētes: quoſdā vr̄i ordinis etiam ſacre theologie profeſſores ſeu ba-
chalarios res veſanas ⁊ fidei articulis cōtrarias in ſuis ſermonibꝰ aut

diſputatiōibus affirmare: vos ⁊ ꝓfeſſores hm̄oi vr̄os ꝓpterea multipli
citer vexare: ⁊ contra eos inquirere: ac ꝓcedere exquiſitis modis nō ve-
rentur i ipſius veſtri ordinis vilipendium ⁊ veſtrū non modicū detrimē
tum. Quare dictus chriſtoforus nobis humiliter ſupplicauit: vt vobis
veſtroqꝫ ſtatui ⁊ quieti ſuꝑ his opportune ꝓuidere de benignitate ap̄li-
ca dignaremur. Nos igitur attentis exemptione ⁊ indulto p̄miſſis ac
ex certis alijs rōnabilibꝰ ad id animū noſtruꝫ inducētibus cauſis. hm̄oi
ſupplicatiōibus inclinati: vos oēs ⁊ ſingulos ac qui nunc ſunt ⁊ ꝓ tp̄e
erunt euiſdē veſtri ordinis ꝓfeſſores ab oī iuriſdictiōe dn̄io ⁊ p̄tāte eorū
dem inquiſitoꝝ ſimiliter nūc ⁊ ꝓ tp̄e exn̄tium auc̄tate ap̄lica tenore p̄-
ſentiū p̄rſus ⁊ oīno eximimꝰ ac perpetuo liberamus: ita ꝙ deinceps hu
iuſmodi heretice prauitatis inquiſitores etiā ordinū mendicantiū ſupra
dicta aut alia quauis occaſiōe vł cauſa ꝯtra vos aut dicti ordinis veſtri
ꝑſonas nullatenus inquirere ꝓcedere aut iuriſdictionē aliquā in vos ex
ercere quoquomodo valeāt ſub excōicatiōis late ſn̄ie pena: quā quilibet
ꝯtra faciens eo ip̄o incurrat. Sed teneamini ſolū corā nobis ⁊ ſucceſſori
bus noſtris romanis pontificibus canonice intrātibus aut dicti ordinis
vr̄i ꝓtectore vel curie cauſarū camere ap̄lice generali auditore in cauſis
fidei aut officiū inquiſitoꝝ eorūdem ꝯcernētibus de iure reſpōdere: cuꝫ
p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordines dicātur ſimilibus priuilegijs inſigniti: de-
cernentes exnunc irritū ⁊ inane ſi ſecus ſuꝑ his a quoq̄ꝫ quauis auc̄tate
etiā ap̄lica ſciēter vel ignorāter ꝯtigerit attentari. Et nihilominꝰ nūc ⁊ ꝓ
tp̄e exiſtenti dicti ordinis vr̄i ꝓtectori oibuſqꝫ ⁊ ſingulis p̄latis ⁊ alijs ꝑ
ſonis eccleſiaſticis in dignitate ꝯſtitutis: necnō cathedraliū eccleſiarum
etiā metropolitanarū canonicis per ap̄lica ſcripta mādamꝰ: q̄tenus ip̄i
⁊ quilibet eoꝝ ꝑ ſe vel aliū ſeu alios dū ⁊ quotiens opus fuerit ac ſuper
hoc ꝓ parte veſtra reſpectiue fuerint requiſiti: vobis in p̄miſſis efficacis
defenſionis p̄ſidio aſſiſtentes ⁊ p̄miſſa oia ⁊ ſingula vbi ⁊ quando expe-
dire ꝯgnouerint ſolēniter publicātes: nō ꝑmittāt vos vel aliquē vr̄um
ꝯtra p̄ſētiū tenorē per quoſcūqꝫ inq̄ſitores quomodolibet inquietari ſeu
moleſtari: ſꝫ eos oēs ⁊ ſingulos quos eis conſtiterit hm̄oi excōicatiōis
ſn̄iam incurriſſe: quotiēs ſuꝑ hoc ꝓ ꝑte vr̄a aut alicuiꝰ veſtrū fuerint req
ſiti: in eccleſijs ⁊ alijs locis vbi eis videbitur excōicatos publice denūci-
ent ⁊ ab alijs denunciari ac ab oibus artius euitari faciat: donec debita
ſatiſfactione preuia meruerint ab eadē excōicatiōis ſn̄ia abſolutiōis be
neficium obtinere: contradictores per cenſuram eccleſiaſticā appellatio
ne poſtpoſita cōpeſcendo. Nō obſtātibus ꝯſtitutiōibus ⁊ ordinatiōibꝰ
ap̄licis etiā illis que in lr̄is quas ordinibus minoꝝ ⁊ p̄dicatoꝝ ꝯfirma-
uimus ⁊ quas vulgus mare magnū appellat ꝯtinētur: necnon p̄dictoꝝ
inquiſitoꝝ etiam mendicantiū ⁊ eoꝝ ordinū iuramento confirmatione
ap̄lica vel quauis alia firmitate roboratis. ſtatutis. conſuetudinibꝰ. pri-
uilegijs ⁊ indultis: quibus oibus etam ſi de illis eorumqꝫ totis tenoribꝰ
ſpecialis ſpecifica ⁊ expreſſa mentio p̄ſētibus habenda foret: tenore p̄ſēti
um quoad premiſſa derogamus ⁊ illa pro infectis haberi volumus: cō
trarijs quibuſcunqꝫ. Aut ſi inquiſitoribus ⁊ eorum ordinibus predictis
p

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

vel quibuſuis alijs cōiter vel diuiſim a ſede p̄dicta indultum exiſtat: q̄ interdici ſuſpendi vel excōicari nō poſſint per lr̄as ap̄licas nō facientes plenā ꝛ expſſam ac de verbo ad verbū de indulto hm̄oi mentionē: ꝛ q̄libet alia dicte ſedis indulgētia generali vel ſp̄ali cuiuſcūq; tenoris exiſtat: per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effect⁹ earū ipediri valeat vel differri: ꝛ de q̄ cuiuſq; toto tenore hn̄da ſit in nr̄is lr̄is mentio ſp̄alis. Ceterū q2 difficile admodū foret p̄ntes lr̄as ad ſingulas ꝓuincias ac loca originaliter deſtinare: volum⁹ ꝛ dicta auctoritate decernimus q̄ trāſūptis earū cū p̄ntibus debite collationatis ac man⁹ notarij publici ſubſcriptiōe necnō ꝓ tpe exiſtētis dicti ordinis ꝓtectoris aut alicuius archiep̄alis ſeu ep̄alis vel p̄dicti generalis auditoris cauſarū camere apoſtolice ſeu alteri⁹ eccleſiaſtice curie ſigillo munitis ea prorſus in iudicio ꝛ extra iudiciū vbicūq; exhibita fuerint vl' oſtēſa fides adhibeat indubia: ac ſi ipe originales lr̄e forent exhibite vl' oſtēſe. Nulli ergo oīno hoīm liceat hanc paginā nr̄e exemptiōis, liberationis, ꝯſtitutiōis, mandati, derogatiōis, volūtatis ꝛ decreti infringere: vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis aūt hoc attētare p̄ſumpſerit: indignationē oīpotentis dei ꝛ beatoꝝ petri ꝛ pauli apl'oꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datū rome apud ſanctū petrū. Anno icarnatiōis dn̄ice milleſimo quadringēteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, decimo kl's ſeptembris pontificatus noſtri anno ſexto.

Post quaꝝ quidem litterarū apl'icarū p̄ſtationē ꝛ receptionē nobis ꝛ per nos vt ꝓmittitur factas: fuim⁹ per p̄fatū patrē fratrē antoniū ſupradicti ordinis ꝓfeſſorē noībus quibus ſupra, debita cum inſtātia requiſiti: quatenus ad executionē dictarum lr̄arum ꝛ contentoꝝ in eiſdem procedere curaremus iuxta traditam ſeu directā per eas a ſede apoſtolica nobis formā. Nos igitur antonius electus auditor iudex ꝛ executor p̄fatus attendētes requiſitionē hm̄oi fore iuſtam ꝛ ꝯſonā. q̄ q̄ iuſta petentibus nō eſt denegādus aſſenſus: volenteſq; mādata apl'ica ſupradicta nobis in hac parte directa reuerēter exequi vt tenemur: idcirco auctoritate apl'ica nobis cōceſſa ꝛ qua fungimur in hac parte: p̄fatas lr̄as apl'icas ꝛ hunc noſtrum ꝓceſſum ac oīa ꝛ ſingula in eis ꝯtenta vobis oībus ꝛ ſingulis ſupradictis cōiter vel diuiſim intimamus inſinuamus ꝛ notificamus: ac ad veſtram ꝛ cuiuſlibet veſtrum noticiā deducimus ꝛ deduci volumus per p̄ntes. Et nihilominus vos dn̄os patriarchas, archiep̄os, ep̄os, vicarios, officiales, rectores p̄fatos, oēſq; alios ꝛ ſingulos ſupradictos in p̄inſertis lr̄is noīatos ꝛ deſcriptos tenore p̄ſentium requirimus ꝛ monemus primo ſcd̄o tertio ꝛ peremptorie cōiter ꝛ diuiſim: ac vobis ꝛ veſtrum cuilibet inſolidū in virtute ſancte obedientie ꝛ ſub infra ſcriptis ſn̄iarum penis diſtricte precipiendo mandaā, q̄tenus infra ſex dierum ſpacium poſt p̄ſtationē ſeu notificationē dictarū lr̄arum apl'icarum ꝛ p̄ntis noſtri ꝓceſſus ac requiſitionē vobis ſeu alteri veſtrum pro parte dicti patris antonij ac fratrum ꝛ ꝓfeſſorum predictoꝝ vel alterius eorum ſuper hoc factas īmediate ſequentiū: quorum

ſex dierum duos pro primo duos ꝓ ſecūdo ꝛ reliquos duos vobis vniuerſis ꝛ ſingulis ſupradictis ꝓ tertio ꝛ peremptorio termino ac monitione canonica aſſignam⁹: patrē fratrē antoniū ac frēs ꝓfeſſores ꝛ eorum quēlibet priuilegiorum ꝛ ꝯceſſionū in p̄inſertis lr̄is apl'icis ꝯtentorum tam eidē p̄ri antonio ac fribus ꝛ ꝓfeſſoribus minorib⁹ ꝯceſſoꝝ: q̄ etiā cōicatoꝝ iuxta formā ꝛ tenorē earūdē lr̄arū necnō ſixti ꝛ alexādri ac aliorū romanoꝝ pontificum predictorum voluntatem: vt ꝛ quēadmodum in dictis lr̄is innouationis, approbationis, conſtitutionis, ordinatiōis, voluntatis, applicationis, ſtatuti, conceſſionis, indulti, extenſionis, ampliationis, declarationis, confirmatiōis, ſuppletiōis, mādati, derogationis, ꝛ decreti plenius continetur: pacifica poſſeſſione vel quaſi gaudere debere: nec vos ſeu alter veſtrum executores teſtamentorum vltimarū q̄ voluntatum contra tenorem earūdem pre inſertarum lr̄arū apoſtolicarum in aliquo moleſtetis: nec aliqua grauamina iniurias ſeu damna inferatis ſeu quomodolibet irrogetis: nec vos aut alter veſtrum moleſtet aut iniurias damna ſeu grauamina aliqua huiuſmodi inferat irroget nec inferri ſeu irrogari quoquomodo permittatis, ſeu aliquis eorum permittat: quo minus fratres ꝛ ꝓfeſſores huiuſmodi pacifica poſſeſſione vel quaſi priuilegiorum ꝛ conceſſionum predictorum ac ſingulorum in eis contentorum ac in omnibus ꝛ per omnia pacifice gaudeant ꝛ vtantur: aut quilibet eorum pacifice gaudeat ꝛ libere vtatur: prout romani pontifices prenominati in preinſertis litteris ſuis voluerunt ꝛ mandarunt voluitq; coꝝ quilibet ꝛ mandauit. QUOD SI FORTE premiſſa omnia ꝛ ſingula non adimpleueritis ſeu diſtuleritis contumaciter adimplere: mandatiſq; ꝛ monitionibus noſtris huiuſmodi imo verius apoſtolicis non parueritis realiter ꝛ cum effectu: nos in vos ꝛ ſingulos ſupradictos qui culpabiles fueritis in premiſſis, ꝛ generaliter in contradictores quoſlibet ꝛ rebelles ac impedien. ipſum dominū antonium ac fratres ꝛ profeſſores predictos ſeu eorum aliquem aut ſyndicos vel procuratores eorum ſuper premiſſis in aliquo: ac ipſos impedientes dantes auxilium conſilium vel fauorem publice vel occulte directe vel indirecte quouis queſito colore cuiuſcunq; dignitatis, ſtat⁹, gradus, ordinis vel conditionis exiſtant, extunc prout ex tunc ꝛ extunc prout ex nunc ſingulariter in ſingulos predicta ſex dierum canonica monitione premiſſa excōicationis: in capitula vero conuentus ꝛ collegia quecūq; in his forſan q̄d abſit delinq̄ntia ſuſpēſionē a diuinis ꝛ in ipoꝝ delinq̄ntiū ꝛ rebelliū eccl'ias monaſteria ꝛ capellas interdicti eccleſiaſtici ſn̄ias ferim⁹ in his ſcriptꝫ ꝛ etiā ꝓmulgam⁹: vobis v̄o reuerēdiſſimis ꝛ reuerēdis dn̄is p̄triarchis, archiep̄is, ep̄is, p̄fatis dūtaxat exceptis, q̄b⁹ ꝛ vr̄m cuilibet ob reuerētiā vr̄aꝝ pōtificaliū dignitatū dferim⁹ i hac p̄te ſi ꝯ p̄miſſa vl' ipoꝝ aliq̄d feceritꝫ ſeu fieri mādaueritꝫ p vos vel ſubmiſſaꝫ perſonam publice vel occulte directe vel indirecte: p̄dicta ſex dieꝝ canonica monitione premiſſa ingreſſus eccleſiarum interdicimus in his ſcriptis. Si vero huiuſmodi interdictum per alios ſex dies prefatos: ſex immediate ſeq̄ntes ſuſtinueritꝫ: vos ꝛ quēlibet vr̄ꝫ i his ſcriptꝫ ſn̄i canōica

Universidad de Salamanca. BGH
VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

monitione p̄miſſa ſuſpendimus a diuinis. Uerū ſi p̄fatas interdicti ⁊ ſu
ſpenſionis ſnias per alios ſex dies prefatos duodecim imediate ſequē
tes animis (quod abſit) ſuſtineretis īdurastis: vos ⁊ quēlibet vſꝫ i his
ſcriptis eadē canonica monitione p̄miſſa excōicatiōis ſnia auctate aplī-
ca ſupradicta innodamus. CETERUM cum ad executionē p̄miſ-
ſoꝝ vlteriꝰ faciēdā quoad p̄ns ꝑſonaliter intereſſe neq̄amꝰ q̄ plurimis
alijs arduis in romana curia legitime ꝓpediti negocijs: vniuerſis ⁊ ſin-
gulis dn̄is abbatibus, prioribus, ꝓpoſitis, decanis, archidiaconis, cā-
toribus, ſuccentoribus, theſaurarijs, ſcholaſticis, cuſtodibꝰ, ſacriſtis, tāꝫ
cathedraliū q̄ collegiatarū canonicis, parrochialiūq eccl'iarū rectoribꝰ
ſeu loca tenētibꝰ eorundem, plebanis, vice plebanis, archip̄ſbyteris, vi
carijs, p̄ſbyteris, clericis, notarijs, ⁊ tabelliōibꝰ publicis qbuſcūq ꝑ q̄ſ-
cunqꝫ ciuitates ⁊ dioceſes ac ꝓuincias in diuerſis mūdi ꝑtibus ac alias
vbilibet ꝯſtitutis ⁊ eoꝝ cuilibet inſolidū ſuper vlteriori executiōe dicti
mandati aplici atqꝫ nr̄i ſufaciēda auctate aplica tenore p̄ntiū plenarie cō
mittimus vices nr̄as: donec eas ad nos ſpāliter ⁊ exp̄ſſe duxerimꝰ reuo
cādas. quos nos ⁊ eoꝝ q̄mlibet inſolidū eiſdē auctate ⁊ tenore reqrimꝰ ⁊
monemꝰ primo ſcd̄o tertio ⁊ ꝑemptorie cōiter ⁊ diuiſim: eiſq nihilomi
nus ⁊ eoꝝ cuilibet in virtute ſancte obedientie ⁊ ſub excōicationis pena
quā in eos ⁊ eoꝝ quēlibet niſi fecerint q̄ mādamꝰ ⁊ ꝯmittimꝰ diſtricte p
cipiēdo mādātes: q̄tenꝰ infra ſex dies poſt p̄ntatiōeꝫ ſeu notificationē
p̄ntiū ac reqſitionē ꝓ parte pr̄is antonij ac fratrū ⁊ ꝓfeſſoꝝ p̄dictorum
eis ſeu eoꝝ alteri deſuꝑ factas imediate ſequētes. Quos dies eis ⁊ eoꝝ
cuilibet ꝓ tertio ⁊ ꝑēptorio termino ac mōitionē canonica aſſignamꝰ: ita
tn̄ q̄ in his exequēdis alter eoꝝ alterū nō expectet nec vnus ꝓ alio ſeu
ꝑ aliū ſe excuſet. Ad vos dn̄os p̄triarchas, archiep̄os, ep̄os vicarios, of-
ficiales ⁊ rectores p̄dictos oēs ⁊ ſingulos ſupradictos ꝑſonaſq ⁊ loca
alia de qbus vbi ⁊ qn̄ ac quotiēs expediēs fuerit ꝑſonaliter accedāt ſeu
accedat: ⁊ p̄fatas lr̄as aplicas hucq p̄ntem nr̄m ꝓceſſum ac oīa alia
⁊ ſingula in eis ꝯtēta vobis oibus ⁊ ſingulis cōiter vel diuiſim legāt in
timēt inſinuent ⁊ fideliter publicare ꝓcurent: ac frēm antoniuꝫ ⁊ frēs ac
ꝓfeſſores ⁊ eoꝝ quēlibet iuxta formā ⁊ tenorē p̄inſertaꝝ lr̄arū aplicarū
⁊ p̄ntis nr̄i ꝓceſſus exemptionū, conceſſionū, in p̄inſertis lr̄is aplicis cō
tentoꝝ pacifica poſſeſſione gaudere faciant: nec executores teſtamētoꝝ
ſeu vltimarū voluntatū eoſdem fratruꝫ antoniū ac fratres ⁊ ꝓfeſſores p̄-
dictos moleſtent: nec aliqua grauamina iniurias ſeu damna eiſdeꝫ aut
eoꝝ alicui inferant ſeu quoquomodo irrogēt: nec in aliquo moleſtari ſeu
ꝑturbari ꝑmittant: nec aliquis eoꝝ q̄tum in eo eſt vel fuit ꝑturbari per
mittat. ET SI FORSAN qd̄ abſit vos dn̄i p̄triarche, archiep̄i
ep̄i, vicarij, officiales ⁊ rectores p̄dicti ꝓceſſibus monitiōibus, reqſitiōi-
bus ⁊ mādatis nr̄is hmōi imo verius aplicis parere ⁊ obedire neglexe
ritis aut recuſaueritis: penas ⁊ ſnias ⁊ cenſuras p̄dictas in vos vt p̄mit
titur latas dānabiliter incurrēdo: extunc ſub delegatis nr̄is p̄dictis ſub
dicta excōicatiōis pena ꝯmittimꝰ ⁊ mandamꝰ: q̄tenus ſingulis diebus
dn̄icis ⁊ alijs feſtiuis in ſuis eccleſijs monaſterijs ⁊ capellis infra miſſa-
rum ⁊ aliarum horarum diuinarū ſolēnia vbi populi multitudo ad diui

na audiendum ſeu alias legitime conuenerit, ac alias vbi quando ⁊ quo
tiens opus fuerit: ⁊ poſtq̄ pro parte patris antonij ac fratrū ⁊ profeſſo-
rum ſeu aliquorū eoruꝫ deinde ſuper requiſiti fuerint, ſeu alter eoꝝ fuerit
requiſitus: interdictos ſuſpenſos ⁊ excōicatos publice denuncient: ⁊ ab
alijs q̄tum in eis fuerit denūciari ⁊ ab oibus arctius euitari chriſti fide-
libus faciant tam diu donec ⁊ quouſqꝫ aliud a nobis vel ſuꝑiori noſtro
deſuper habuerint in mādatis. SI VERO patriarche, archiep̄i, ep̄i
vicarij, officiales ⁊ rectores predicti dictas interdicti ſuſpēſionis ⁊ ex-
cōicatiōis ſnias ꝑ decē dies poſt illius denūciationē imediate ſequētes
ꝑtinaciter ſuſtinuerint: nos extunc qꝛ creſcēte ꝯtumacia ⁊ inobedientia
creſcere debet ⁊ pena ne facilitas pene audaciā tribuat delinquendi: pro
ceſſus nr̄os aggrauamꝰ: dictis ſub delegatis nr̄is ſub excōicatiōis pena
p̄dicta mādamꝰ: quatenꝰ ſingulis diebus dn̄icis ac feſtiuis in eoꝝ mo-
naſterijs eccl'ijs ⁊ capellis infra miſſarū ⁊ aliarū p̄ſcriptarū orarum ſolē
nia dictas interdicti ſuſpēſionis ⁊ excōicationis ſnias iterādo ⁊ innouā
do: eoſdēq ſic vt p̄mittit interdictos ſuſpēſos ⁊ excōicatos denūciatos
noīatim campanis pulſatis ⁊ demū candelis accenſis ac demū extinctiſ
⁊ in terra ꝓiectis cruce erecta ⁊ religione induta, aquā bn̄dictā aſpergē-
do ad fugādos demōes qui eos detinēt ſic ligatos ⁊ ſuis laqueis ſic ca
tenatos, orādo q̄ dn̄s nr̄ ieſus chriſtus eos ad catholicā fidem ⁊ ſancte
matris eccleſie gremiū reducere dignetur. ⁊ ne eos in talibus ꝑuerſitate
⁊ duricia dies eoꝝ finire ꝑmittat, cum decātatiōe reſpōſorij. reuelabunt
celi iniquitatē iude ⁊c. ⁊ pſalmi deꝰ laudē meā ne tacueris ⁊c. ⁊ his fini
tis ad ianuas ſuarū eccleſiarū vna cum clericis ⁊ parrochianis acceden-
do. ⁊ ad terrorē vt eo citius ad obediētiā redeāt tres lapides v̄ſus domꝰ
habitationū ſuarū in ſignū maledictiōis eterne ꝓijciant, quam deus dedit
dathā ⁊ abirom quos terra ſubſtinere non potuit ſed iuſto dei iudicio il-
los viuos abſorbuit: etiā poſt miſſam ⁊ in veſpis ⁊ alijs quibuſcūq oris
canonicis ſermōibus p̄dicatiōibus publicis ſolēniter publicent ⁊ denū
cient: ⁊ ab alijs q̄tū in eis fuerit publicari ⁊ denūciari ⁊ ab oibus chriſti
fidelibus arctius euitari faciant: donec a nobis vl' ſuperiori noſtro aliud
ſuper p̄miſſis receperint in mandatis. QUOD SI FORTE pa
triarche, archiep̄i, ep̄i, vicarij, officiales ⁊ rectores p̄dicti mādatis ⁊ mo-
nitiōibꝰ nr̄is hmōi realiter ⁊ cū effectu nō ꝑuerint: vos illuſtriſſimi ⁊ ſe-
reniſſimi principes: reges, duces, barones, marchiones, comites, vicec o
mites, ceteriq principes ⁊ dn̄i tꝑales ob honorem ſancte ſedis apoſto-
lice ⁊ romanorum pontificum predictorum reuerentiā auxilium conſili
um ⁊ fauorem ſubdelegatis noſtris ad executionē p̄ntis noſtri ꝓceſſus
faciendam ⁊ adimplendā preſtetis: ⁊ quilibet veſtrum veſtras regales
mageſtates ⁊ dn̄ationes ad prefatam executionem efficaciter huiuſmo-
di ad implendam vt ad vos ⁊ quemlibet veſtrum ſpectat ⁊ pertinet in
domino exortamur: ⁊ nihilominus omnia ⁊ ſingula nobis in hac parte
cōmiſſa plenarie exequantur iuxta predictarum litterarum apoſtolicaꝝ
⁊ preſentis noſtri proceſſus vim formam continentiam ⁊ tenorem: ita
tamen q̄ dicti ſubdelegati noſtri ſeu quicunqꝫ alij nihil in preiudicium

Universidad de Salamanca. BGH

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

patris antonij ac fatrum ⁊ ꝓfeſſoꝝ vtriuſqꝫ ſexus vel ſyndicoꝝ ſeu
procuratorum eorundem attentare valeant quomodolibet in premiſſis
nec in proceſſibus per nos habitis aut ſententijs per nos latis abſoluē
do vel ſuſpendendo aliquid mutare. Inketeris autem que eiſdem patr
antonio ac fratribus ⁊ profeſſoribus vniuerſis predictis nocere poſſent
vel quomodolibet obeſſe: ipſis ſubdelegatis noſtris ⁊ quibuſlibet alijs
poteſtatem omnimodā denegamus. Et ſi contingat nos ſuper premiſ-
ſis in aliquo procedere de quo nobis oīmodam poteſtatē reſeruamus:
non intendimus propterea cōmiſſionem noſtram huiuſmodi in aliquo
reuocare: niſi de reuocatione ipſa ſpecialem ⁊ expreſſam in lr̄is noſtris
fecerimus mentionē. ¶Per proceſſum autem noſtrum huiuſmodi nolu-
mus nec intendimus noſtris in aliquo preiudicare collegis: quo minus
ipſi vel eorum alter ſeruato tamen hoc noſtro proceſſu in huiuſmodi ne
gocio procedere valeant prout ipſis vel eorum alteri viſum fuerit expe-
dire. ¶Prefatas quoqꝫ litteras apoſtolicas ⁊ hunc noſtrum proceſſum
ac omnia ⁊ ſingula huiuſmodi negocium tangentia volumus penes di-
ctum antonium ac fratres ⁊ profeſſores aut ſyndicos ſeu procuratores
eorū remanere: ⁊ non per vos aut aliquem veſtrum ſeu quemcunqꝫ ali
um ipſis inuitis ⁊ contra eorum voluntatem quomodolibet detineri.
Contrarium vero facientes prefatis noſtris ſententijs prout in his ſcri
ptis per nos late ſunt: predicta canonica monitione premiſſa ipſo fa-
cto volumus ſubiacere. Mandamus tamen copiam fieri de premiſſis
eam petentibus ⁊ habere debentibus: petentium quidem ſumptibus
⁊ expenſis. Abſolutionem vero omnium ⁊ ſingulorum qui prefatas no
ſtras ſententias aut earum aliquā incurrerint: quoquomodo nobis vl'
ſuperiori noſtro tantūmodo reſeruamus. ET INSUPER Attē
dentes ꝙ difficile foret preinſertas litteras originales in forma in qua
exiſtūt ad ſingulas mūdi partes deferre: idcirco nos Antonius electus
auditor ⁊ dicte romane curie iudex ordinarius prefatus ad prenomina
ti patris antonij etiam noībus quibus ſupra inſtantiam ⁊ requiſitionē
omnes ⁊ ſingulos ſua cōiter vel diuiſim intereſſe putantes eorumqꝫ ꝓ-
curatores ſi qui tunc erant in romana curia pro eiſdem ad videndum et
audiendum predictas preinſertas lr̄as apoſtolicas dicti dn̄i pij alioꝝ
qꝫ romanoꝝ pontificum predictoꝝ coram nobis produci ⁊ exhiberi: il-
laſqꝫ tranſumi ⁊ exemplari ⁊ in hanc publicam formam redigi manda
ri. auctoritatemqꝫ ⁊ decretum dicte curie ⁊ noſtram vt moris eſt inter-
poni: vel dicendum. ⁊ cauſas ſi quas haberent rationabiles quare id mi
nime fieri deberet allegandum per audientiam publicam litterarum cō
tradictarum dicti domini noſtri pape vt moris eſt citari fecimus ⁊ mā
dauimus ad certum peremptorium terminū competentē: videlicet ad
ad diem ⁊ horam infra ſcriptas. Quibus quidem die ⁊ hora aduenien-
tibus comparuit in iudicio legitime coram nobis dictus dominus fra
ter Antonius etiam nominibus ſupraſcriptis ⁊ data per eum quadam
citatione audientie pergameni cedula in prenominata audientia littera-
rum contradictarum lecta, ſigilloqꝫ eiuſdē audientie ſigillata ⁊ vt mo

ris eſt ſignata. aliaſqꝫ inibi debite executioni demandata citatorūqꝫ in
eadem ꝑgameni citationis cedula ꝯtentorum non cōparentiū neqꝫ hm̄oi
diei termino in aliquo ſatiſfacere curantiū cōtumaciā accuſauit: ipſoſqꝫ
ꝯtumaces reputari: ⁊ in eoꝝ ꝯtumaciā dictas originales lr̄as ap̄licas
ſanas ſiquidē vt ꝑfertur ⁊ illeſas nō viciatas non cācellatas nec in aliq̄
eaꝝ ꝑte ſuſpectas ſed oib' vicijs ⁊ ſuſpitiōibus carentes ꝑfatus pater
antonius fratrū ⁊ ꝓfeſſoꝝ ꝑdictoꝝ quibus ſupra noībus coram nobis
iterū exhibuit atqꝫ ꝓduxit: quas trāſumi ⁊ exēplari ac in publicā tranſū
pti formā redigi mandari: auctatēqꝫ nr̄am ordinariam ⁊ dicte curie de
cretum (vt moris eſt) deſuper interponi per nos debita cum inſtantia
poſtulauit. Nos igitur antoni' electus auditor ⁊ iudex ordinarius ꝑfa-
tus dictos citatos nō ꝯparentes neqꝫ hm̄oi diei termino in aliquo ſatiſ-
facere curantes reputam' ꝓut erant id ſuadēte iuſticia cōtumaces: ⁊ in
eoꝝ ꝯtumacia attēdentes hm̄oi requiſitionē fore iuſtā ⁊ rōni ꝯſonā ꝙ
qꝫ iuſta petentibus non eſt denegand' aſſenſus: ſupradictas lr̄as apoſto
licas iterū ad manus nr̄as recepimus: illaſqꝫ vidim'. tenuim'. palpa-
uimus ⁊ diligēter inſpeximus: ⁊ q: ipas vt ꝑmittit ſanas integras nō
viciatas non cācellatas nec in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus vicio ⁊ ſuſpitione carentes reperim': idcirco eaſdē lr̄as ap̄licas ſu-
perius de verbo ad verbū deſcriptas p̄ntibus inſertas ⁊ cū dictis origi
nalibus lr̄is collacionatas auſcultatas ⁊ ꝯcordatas per ꝓuidū virū ma
giſtrū herandū de molario notariū publicū ⁊ dicte curie cauſarū came
re ap̄lice ſcribam infra ſcriptū trāſumi ⁊ exēplari ⁊ in hanc publicā trā
ſumpti formam redigi fecimus ⁊ mādauimus. Quibus oībus ⁊ ſingu
lis ſupraſcriptis tāqꝫ rite ⁊ legitime factis ⁊ celebratis nr̄am ⁊ dicte cu
rie cāꝝ camere apoſtolice auctatē interpoſuim' ordinariā ⁊ tenore ꝑ-
ſentium interponim' ⁊ decretū: volentes ⁊ auctate ſupradicta decernē
tes ⁊ mādātes: ꝙ etiā huic p̄nti in forma trāſumpti inſtrumēto publico
in iudicio ⁊ extra iudicium ac vbiqꝫ locorum ⁊ terraꝝ detur ⁊ adhibea
tur decetero ⁊ in antea talis ⁊ tanta fides: qualis ⁊ quāta ipis pre inſer
tis lr̄is ap̄licis originalib' corā nobis ⁊ per nos vt ꝑmittit deſcriptis
⁊ de verbo ad verbū inſertis ac fideliter ⁊ diligēter vna cū p̄ntib' nr̄is
lr̄is ⁊ ꝓceſſib' ac trāſūpto publico auſcultatis ⁊ collacionatis data fuit
⁊ exhibita: daturqꝫ ⁊ exhibetur dareturqꝫ ⁊ exhiberetur ſi in medium
producerentur ⁊ exhiberentur. IN QUORUM omnium ⁊ in ſin-
gulorum fidem ⁊ teſtimonium premiſſorum preſentes litteras ſiue pre
ſens publicum inſtrumentū hm̄oi noſtrum ꝓceſſum ⁊ tranſumptū pu-
blicum in ſe continentes ſiue ꝯtinens exinde fieri ⁊ per notarium publi-
cum infra ſcriptū ſcribi ⁊ publicari mādauim': ſigilliqꝫ dicte curie cau
ſarū camere ap̄lice quo in talibus vtimur hm̄oi tranſūptum per predi-
ctum ac dicte curie camere apoſtolice ſcribam ſubſcriptum vt prefertur
iuſſimus ⁊ fecimus appenſione communiri. Datum ⁊ actum Rome
in domo habitationis noſtre mane hora ipſius audientie cauſarum cō-
ſueta ad iura reddēdū ⁊ cās audiendū in loco nr̄o ſolito ⁊ ꝯſueto: nobis
ad iura reddēdū ⁊ cauſas audiēdum inibi pro tribunali ſedentibus. ſub

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Anno a natiuitate dñi Milleſimo quīgēteſimo q̄rto idictiōe ſeptia die vo ſabbati q̄rtadecima mēſis Decēbris pōtificat⁹ ſctiſſimi i xp̄o pr̄is ⁊ dñi nr̄i dñi Julij diuina ꝓuidētia, papa, ij, Anno, ſecūdo. P̄ntib⁹ ibidē diſcretis viris magr̄is Andrea de porcijs ⁊ Philippo de carolis clericis Nonarieñ ⁊ floreñtiñ dioceſiꝫ dicte curie cāꝝ camere ap̄lice notarijs teſtib⁹ ad p̄miſſa vocatis ſpecialiter atq̧ rogat; ET EGO BERANDUS. De molario cleric⁹ lugduneñ dioceſis public⁹ ap̄lica ⁊ īpiali auc̄tatib⁹ nec nō curie cāꝝ camere ap̄lice notari⁹ q̄r p̄miſſis oīb⁹ ⁊ ſingulis dū ſic vt p̄mittitur ꝑ dictū reuerēdū i xp̄o pr̄em ⁊ dñꝫ dñꝫ Antoniū de mōte dei ⁊ ap̄lice ſedis gr̄a electū ciuitatis caſtelli ⁊ dicte curie cāꝝ camere ap̄lice generalē auditorē ac romāe curie iudicē ordinariū ⁊ corā eo agerent et fierēt vna cū p̄noiatis teſtib⁹ p̄ns fui ⁊ ea ſic fieri vidi: ideo hoc p̄ns publicū trāſumpti iſtrumētū manib⁹ diuerſis ſcriptuꝫ cū ſupradictis apꝓbatiōib⁹ ex ide cōfeci ⁊ ſubſcripſi: ſignoq̧ ⁊ noīe meis ſolitis ⁊ conſuetis vna cū dicte curie cāꝝ camere ap̄lice quo vtit̄ ſigilli appēſiōe ſignaui ifidē ⁊ teſtimoniū oīum ⁊ ſinguloꝝ p̄miſſoꝝ rogatus ⁊ req̄ſit⁹. Berādus de molario. 1504 decꝫ. Jo. baptiſta de eccl̄ia mēſari⁹. Taxam⁹ ad groſſos, xij. A. elect⁹. Ci. caſtelli auditor.

Gregorius. ix concedit fratres poſſe bñficiuꝫ abſolutionis ⁊ diſpēſatōis ab archiepiſcopiſ ⁊ epīs ſue dioceſis obtinere.

GRegorius epūs ſeruus ſeruorū dei venerabilib⁹ frīb⁹ archiep̄is ⁊ ep̄iſ ad quos lr̄e iſte ꝑuenerit: ſalutē ⁊ ap̄licā bñdictionē. Cū ꝓni ſūt ab adoleſcētia hoīs ſenſus ad malū ⁊ caro ſꝑ vergit i culpā: q̄ntūcūq̧ frēs ordis minoꝝ ꝑ ſue ſcē religiōis obſuātia in eccl̄ia dei ſplēdere noſcūt̄: ex hūana tñ fragilitate cōtigit q̄ iterdū q̄dā eoꝝ excedūt i caſibus i q̄b⁹ excōicatiōis ſentētiā ⁊ notā irregularitatis icurrūt. Quare nobis fuit hūiliter ſupplicatū: vt cū oīno nō expediat talib⁹ ꝓ abſolutiōis bñficio ⁊ diſpēſatiōis gr̄a obtinēdis diſcurrere: ne vel eis det̄ vagandi materia vel alijs cōtra ipſos occaſio murmurādi: ꝓuidere ſuꝑ hoc miſericorditer dignaremur. Nos igit̄ de diſcretiōe vr̄a plenā in dño fiduciā obtinētes: fraternitati vr̄e ꝑ ap̄lica ſcripta mādam⁹: q̄ten⁹ ſinguli vr̄m i ꝓprijs dioceſib⁹ frīb⁹ ordinis ſupradicti cōſtitutis ibidē abſolutiōe ⁊ diſpēſatiōe idigētib⁹, ſiue ancq̧ ad religionē hm̄oi cōuolarēt ſiue poſtea exceſſerit i caſib⁹ ſupradictis, cū ab eis fueritis req̄ſiti, auc̄tate nr̄a ipendatis abſolutionis bñficiū: ⁊ ꝓut ſcd̄m deū expedire videritis diſpēſetiſ: niſi adeo eēt difficilis ⁊ enormis exceſſus q̄ merito ꝓ his deberēt ad ſedem ap̄licā deſtinari. Datū anagnie tertiodecimo kl̄s Martij pontificatus noſtri. Anno ſexto.

Gregorius. ix concedit fratreſ poſſe tp̄e interdicti diuina celebrare: ſeruata tamē iuris ſolēnitate.

GRegori⁹ epūs ſuus ſuoꝝ dei dilectis filijs miniſtro ⁊ frīb⁹ ordis minoꝝ ſalutē ⁊ ap̄licaꝫ bñdictionē. Deuotiōis vr̄e p̄cib⁹ iclinati: vt tp̄e generalis iterdicti nō pulſatis cāpanis, excōicatis ⁊ iterdictis excluſis, clauſis ianuis ⁊ ſubmiſſa voce, i eccl̄ijs vr̄is diuina poſſitis officia celebrare: auc̄tate vobis p̄ntiū idulgem⁹. Nulli ergo oīno hoīm liceat hāc paginā nr̄e cōceſſionis infringere: vel ei auſu temerario contraire Siquis aūt hoc attentare p̄ſumpſerit: indignationē oīpotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli ap̄loꝝ ei⁹ ſe nouerit icurſurū. Datū anagnie ſexto id⁹ Martij pontificatus noſtri. Anno ſexto.

Gregorius. ix decl[arat] beatū antoniū catalogo ſanctoꝝ aſcribit: ⁊ cōcedit viſitātib⁹ eius ſepulchrū ꝑ octauaſ eiuſdē feſti vnū ānū idulgētie.

GRegorius epūs ſeru⁹ ſeruorum dei. Venerabilibus frīb⁹ archiep̄is ⁊ ep̄is ⁊ dilectis filijs abbatibus, prioribuſ, decanis, archidiaconis, archipreſbyteris, ⁊ alijs eccleſiaꝝ p̄latis ad quoſ lr̄e iſte ꝑuenerint: ſalutē ⁊ ap̄licā bñdictionē. Cū dicat dñs ꝑ ꝓphetā, dabo vos cunctis pp̄lis in laudē gl̄iam ⁊ honorē: ⁊ per ſe polliceatur q̄ iuſti ſicut ſol in conſpectu dei fulgebūt: piū ⁊ iuſtū ē vt quos deus merito ſanctitatis coronat ⁊ honorat in celis: nos veneratiōis officio laudemus ⁊ glorificemus i terris: cū ipſe poti⁹ laudet̄ ⁊ gl̄ificet̄ i illis q ē laudabilis ⁊ gl̄ioſus i ſcl̄a ⁊ in ſctis. Ut eni ſue virtutis potentiā mirabiliter manifeſtet ⁊ nr̄e ſalutis cām miſicorditer opet̄: fideles ſuos quos ſemꝑ coronat i celo: freq̄nter etiā honorat i ſcl̄o ad eoꝝ memorias ſigna faciēſ ⁊ ꝓdigia: ꝑ q̄ prauitas cōfundat̄ heretica ⁊ fides catholica cōfirmet̄: fideles mentis torpore diſcuſſo ad boni opis excitent̄ inſtantiā: heretici depulſa i q̄ iacēt cecitatꝫ caligie ab inuio reducāt̄ ad viā, et iudei atq̧ pagāi vō lumie cognito currūt ad xp̄m lucē, viā, veritatē, ⁊ vitā. Unde nos chariſſimi ⁊ ſi nō quātas debem⁹: quātas tñ poſſum⁹ gr̄as agim⁹ gr̄arū oīuꝫ largitori: q̄ dieb⁹ nr̄is ad cōfirmationē catholice fidei ⁊ ad cōfuſionē hereticę prauitatis euidenter innouat ſigna ⁊ mirabilia potenter imutat: faciens illos coruſcare miraculis, q fidē catholicā tā corde q̄ ore nec non ⁊ ope roborarūt. De quoꝝ nūero ſancte memorie beatus Antonius de ordine fratrū minoꝝ q oliꝫ degēs in ſeculo magnis pollebat meritis: nūc viuēs in celo multis coruſcat miraculis: vt ei⁹ ſctitas certis indicijs cōꝓbet̄. Cū eni dudū venerabil̄ frater nr̄ epūs ⁊ dilecti filij: ptās ⁊ cōitas paduañ nobis per nūcios ſuos ⁊ litteras humiliter ſupplicaſſent: vt cū dominus eidē ſancto tantā cōtulerit gl̄iaꝫ: vt ad dandā ſcientiā p̄ me ſtolē imortalitatis ipſius ⁊ experimētū euidēs de ſecūda: ſepulchrū ei⁹ tot ⁊ tantis daret coruſcare miraculis: q̄ ei⁹ iter alios ſanctos nō iuocari ſuffrazia ē indiꝫnū: de ipſius miraculis teſtes recipi mādarem⁹. Nos attēdentes q̄ licet ad hoc vt aliq̄s ſanctus ſit apud deū in eccl̄ia triūphāte ſola ſufficiat finalibus ꝑſeuerātia iuxta illud. eſto fidelis vſq̧ ad mortē ⁊ dabo tibi coronā vite: ad hoc tñ vt ſctūs habeat̄ apud hoīes in eccl̄ia militante duo ſunt neceſſaria: virtus moꝝ ⁊ veritas ſignoꝝ: merita videlicet ⁊ miracula: vt hec ⁊ illa ſibi adinuicē cōteſtēt̄: cū nec merita ſine miraculis nec miracula ſine meritis plene ſufficiāt ad ꝓhibendū iter hoīes teſtimoniū ſctitati. Sed cū merita ſana p̄cedūt ⁊ clara ſuccedūt miracula: certū p̄bēt indiciū ſanctitatis. vt nos ad ipſius venerationē inducant: quē deus ex meritis p̄cedētibus ⁊ ſignis ſubſequētibus exhibet venerādū: q̄ duo ex verbis euāgeliſte plenius colligūt̄. Jlli aūt ꝓfecti p̄dicauerūt vbiq̧ dño cooperāte ⁊ ſmonē cōfirmāte ſeq̄ntib⁹ ſignis Eidē ep̄o ⁊

Duplicatio padue.

Stola duplex hugo apo chalyp. 7 ſ alba ibau tmo Enbea i ſtha

Universidad de Salamanca. BGH
VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dilectis filijs fratri Jordano ſcti benedicti. ⁊. J. Scti auguſtini priorib⁹ ordinis fratrū pdicatorū paduanoꝝ receptionē teſtiū demiraculis eiuſdem ſancti duximus cōmittendā. Nup aūt tam per relationē predictorum epi ⁊ priorum quā per depoſitiones teſtium ſuper hoc receptorum de ipſius virtutibus ⁊ miraculoꝝ inſignijs certiores effecti: ⁊ experti aliquādo per nos ipſos ſanctitatē vite ⁊ admirabilem cōuerſationē ipſius vt pote q apud nos fuit aliquādiu laudabiliter cōuerſatus: eiſdē epiſcopo ⁊ poteſtate ac cōmunitate pdictis p ſolēnes nuncios ſuos ⁊ litteras nobis cū inſtantia denuo ſupplicātibus ꝙ eundē fratrē ſanctoꝝ catalogo aſcribere curarem⁹: vt auctate (ſicut cōuenit) aplica dignus honor illi exhiberet in terris: q ſicut claris ſignis ⁊ euidentib⁹ argumētis apparet. honorat in celis: ip̄ꝫ q corporaliter diſſolut⁹ cū xp̄o eſſe meruit in celeſtibus: ne illius honore debito ⁊ glorie detrahere quodāmodo videremur: ſi glorificatū a dn̄o pmitteremus vlterius humana deuotione priuari: de fratrū noſtroꝝ cōſilio ⁊ prelatoꝝ omniū tunc apud ſedē aplicaꝫ exiſtentiū catalogo ſanctoꝝ duximus aſcribendū. Cū igit ſecūdū euāgelicam veritatē nemo accendat lucernā ⁊ ponat eam ſub modio ſed ſuper candelabrū vt oēs q in domo ſunt lumen videāt: ⁊ predicti ſancti lucerna ſic arſerit hactenus in hoc mūdo: ꝙ per dei gratiā iaꝫ nō ſub modio ſed ſup candelabrū meruerit collocari. Uniuerſitatem vrām rogamus monemus attentius ⁊ hortamur per aplica vobis ſcripta mandantes: quatenus deuotionē fideliū ad venerationem eius ſalubriter excitātes: feſtiuitatē ipſius idibus Junij annis ſingulis celebretis ⁊ faciatis ſolēniter celebrari: vt eiuſdē pcibus dn̄s exoratus: gratiā in pn̄ti ⁊ gl̄iaꝫ vobis tribuat in futuro Nos autē cupientes ſepulchrum tanti confeſſoris qui miraculorum fulgoribus illuſtrat eccleſiam generalem: cōgruis honoribus frequētari: omnibus vere penitentibus ⁊ cōfeſſis illud in feſtiuitate ipſius vſqꝫ ad octauum diem annis ſingulis cum reuerentia debita viſitantibus de omnipotentis dei miſericordia ⁊ beatorum Petri ⁊ Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi: annum vnum de iniuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. Datum ſpoleti Tertio nonas Junij Pontificatus noſtri. Anno ſexto.

Grego. ix. concedit frēs nō teneri cōmiſſiōes cāꝝ recipe: niſi de hoc indulto fecerint mētionem.

Gregorius epūs ſeruus ſeruorum dei Dilectis filijs generali miniſtro ⁊ vniuerſis fratribus ordinis fratrū minoꝝ: ſalutē ⁊ aplicam benedictionez. Quieti veſtre prouidere volētes auctoritate vobis pn̄tiū indulgemus: vt cōmiſſiones cāꝝ vel ſententiarū executiones a ſede aplica vel de legatis eius ſeu a quibuſlibet alijs factas vobis: ſine veſtra nō teneamini recipere voluntate: niſi in litteris apoſtolicis d cōceſſione huiuſmodi mētio habeat. Nulli ergo oino hoium liceat hanc paginam nr̄e conceſſionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis aūt hoc attentare preſumpſerit: indignationē omnipotentis dei ⁊ beatorum petri ⁊ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datū Uiterbij, quinto kl's Martij, pontificatus noſtri. Anno nono.

Grego. ix. concedit frēs non poſſe cōueniri p lrās aplicas d hac indulgētia nō faciētes mentionem.

Gregorius epūs ſeruus ſeruoruꝫ dei. dilectis filijs generali miniſtro ⁊ vniuerſis fribus ordinis fratrū minoꝝ: ſalutē ⁊ aplicā bn̄dictionē. Cuꝫ iā p ei⁹ grām q que mūdus abhominat aſſumit: vr̄i titul⁹ ordinis adeo ſit inſignis: ꝙ vix credit ab ijs q cōtra vos lrās ipetrant ſine malicia ſubticere. Nos ⁊ illoꝝ obuiare fraudib⁹ ⁊ vr̄aꝫ innocētiaꝫ fauorabilit ꝯfouere volētes: auctate vobis pn̄tiū indulgem⁹: vt neqatis p lrās aplicas cōueniri q̄ d hac idulgētia ⁊ vr̄o nō fecerit ordine mētionez. Nulli ergo oino hoim liceat hāc paginā nr̄e conceſſionis infringere: vl' ei auſu temerario cōtraire. Siqs aūt hoc attētare pſumpſerit: indignationē oipotentis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſuꝝ. Datū Peruſij qntodecimo kl's Auguſti pōtificat⁹ nr̄i. āno. ix.

Grego. ix. inhibet ne aliqs ad pfeſſionez admittat niſi anno pbationis elapſo. Et pl'a alia.

Gregorius epūs ſeruus ſeruorū dei Dilectis filijs generali ⁊ alijs miniſtris pūincialibus ⁊ cuſtodibus ordinis fratrū minoꝝ: ſalutē ⁊ aplicā bn̄dictionē. Cū ſecūdū cōſiliū ſapientis nihil ſit ſine conſilio faciendū: ne poſt factū penitudo ſeqtur. Expedit cuilibet excelſioris vie ppoſitū aggreſſuro: vt pcedant palpebre greſſus ſuos: vires videlicet pprias diſcretionis moderamine metiēdo. ne ſiqd abſit: altiora ſe querēs in cōmotionē dederit pedez ſuū retro reſpiciat in ſalis infatuati ſtatuā cōuertēdus: p eo ꝙ ſui ſacrificiū qd dn̄o fuerat oblaturus ſale ſapiētie nō cōdiuit. Sicut enim ſapiens deſipit ſi nō feruet: ſic feruēs cōfundit ſi nō ſapit. Quare pene in oi religionis ē ordine puide inſtitutū: vt regulares obſeruātias ſuſceptu ri: certo tp̄e ip̄as pbent ⁊ pbent in eis: ne ſit locus decetero penitudini: quā nō poteſt leuitatis occaſio excuſare. Auctate itaqꝫ vobis pn̄tiū inhibemus: ne aliquē ad pfeſſionē vr̄i ordinis niſi p annū in pbatione fuerit admitatis. Poſt factā vo pfeſſionē nullus fratrū ordinē vr̄m reliqre audeat: nec relinquētē alicui ſit licitū retinere. Qz ſiqs forte retinere pſumpſerit: licitū ſit vobis i frēs ip̄os regularē ſententiā pmulgare. Jnhibemus etiā ne ſub habitu vite vr̄e liceat alicui extra obedientiā euagari: ⁊ pauptatꝫ vr̄e corrūpe pauptatē: ꝙ ſiq forte pſūpſerit: liceat vobis i frēs ip̄os donec reſipuerit cēſurā eccl'iaſticā exercere. Nulli ergo oino hoim liceat hāc paginā nr̄e inhibitiōis ⁊ cōceſſionis infrigere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siqs aūt hoc attētare pſūpſerit: indignationē oipotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ ei⁹ ſe nouerit incurſuꝝ. Datū laterani ſexto kl's Aprilis. pontificatus nr̄i. Anno duodecimo.

Grego. ix. cōcedit vt nullus platus obediētiā manualē a fribus exigere valeat.

Gregorius ep̄s ſeruus ſeruorum dei Dilectis filijs generali miniſtro ⁊ vniuerſis fratribus ordinis fratrū minoꝝ ſalutem ⁊ aplicam bn̄dictionem. Jnducimur pie cōuerſationis veſtre meritis: vt in ijs que ſecundū deū poſſum⁹ vos fauore beniuolo pſequamur. Hinc eſt ꝙ cum quidam ex prelatis eccleſiarum qui ſicut accepim⁹ vos ſibi deuotos inueniūt: ⁊ in exhibitio

Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ne ꝯdigne reuerētie ſtudioſos: in eo ſe hūilitati veſtre moleſtoſ exhibeāt: ꝙ nouā ꝯſuetudinē inducere moliētes: a vobis corā exigunt manualeꝫ. Nos id arbitrātes incōgruū ⁊ reputātes indignū: vt nullꝰ ex ꝑlatis eiſdē abſqꝫ mādato ſedis aplice ſpāli a vobis dictā obedientiā manualeꝫ ꝑſumat exigere: auctate pn̄tiuꝫ diſtrictiꝰ inhibemꝰ. Nulli ergo oino hominū liceat hanc paginā nr̄e inhibitiōis īfringere: vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si quis aūt hoc attētare ꝑſūpſerit: indignationē oīpotentis di ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datum laterani nono kl's martij pontificatus nr̄i anno quartodecimo.

Grego. ix. ꝯcedit ꝑlatis: poſſe tā ingrediētes ordineꝫ ꝙ̄ ꝓfeſſos ab excōicatiōis vinculo abſoluer.

GRegoriꝰ epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs generalis ⁊ ceteris miniſtris prouincialibꝰ ordinis fratrū minoꝝ pn̄tes lr̄as inſpecturis Salutē ⁊ aplicā bn̄dictionē. In iure canonico reperit̄ expꝛeſſum: vt ſi qſq̄ꝫ eoꝝ q ſimul viuūt ꝑ manꝰ iniectiōe in ſociū a ꝯmuniōe meruerit fieri alienꝰ: ꝑlatꝰ eidē recōciliādi ⁊ pn̄iaꝫ imponēdi plenariaꝫ hēat ptāt̄ē: niſi forte atrocitas facti grauiorē penā expectet. Habet̄ etiā in eodē ꝙ de ſcl'o fugiētes qui religiōis habitū in monaſterio receperūt ⁊ inter cetera poſtmodū ꝯfitent̄ ſe tale ꝯmiſiſſe delictū, ꝑ qd̄ ipo actu excōicatiōis ſniam incurrerūt: in religiōis fauorē ⁊ vt ſubtrahat̄ vagandi materia: ꝑ ſuos ꝑlatos abſolutiōis bn̄ficiū ꝯſeqūt̄. Verūcū ꝓueniat ex vr̄e ac fratrū vr̄oꝝ ꝯuerſatiōis pie meritis ꝑ quam vbiqꝫ terraꝝ nomē attollit̄ oium ꝯditoris: vt quā cū ipo poſſumꝰ vobis ꝓ aiaꝝ ſalute gr̄aꝫ faciamus: deuotioni veſtre preſentium auctoritate concedimus: vt eos ex fr̄ibꝰ vr̄is qui ꝑ iniectiōe manuū in ſe ipos incurrerūt excōmunicationis vinculum vel incurrerint: aut in illud ꝑ ante ſuſceptum habitum inciderūt: necnō vt eos q relicta vanitate ſcl'i cupiētes vr̄e hūilitatꝫ collegio aggregari ſe aſſerūt excōicatiōe ligatos: ne ipoꝝ ad deū poſſit impediri ꝯuerſio abſoluere valeatis: dūmōdo iniuriā ⁊ dāna paſſis ſatiſfaciāt cōpetēter. Illis tn̄ exceptꝫ quoꝝ adeo grauis fuerit ⁊ enormis exceſſus ꝙ merito ſint ad aplicā ſedē deſtinādi. Nulli ergo oino hoīum liceat hanc paginā nr̄e ꝯceſſiōis infringere: vl' ei auſu temerario ꝯ̄ire. Si qs āt hoc attētare ꝑſūpſerit: indignationē oīpotētis dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datū laterani ſcd̄o idus decēbris pontificatus noſtri anno quartodecimo.

Grego. ix. prohibet ne vllus extra ordinem hītū fratrū ꝓferat: deferētē vo ad eū deponēdū dioceſani compellāt.

GRegorius epūs ſeruus ſeruorū dei. Dilectis filijs generali miniſtro ⁊ fr̄ibus ordinis fratrum minoꝝ Salutē ⁊ aplicā bn̄dictionē. Quia ꝯfuſio hītꝰ ſepe cōfuſionē inducit ordinū ⁊ etiā aloꝝ: auctate pn̄tiū diſtrictiꝰ inhibemꝰ: vt nulli ſiue ſit in religiōis ordine vel extra ordinē ꝯſtitutꝰ hītū vr̄m aut ita ꝯſileꝫ ꝙ ꝓpter eū frater minor credi poſſit deferre liceat abſqꝫ mādato ſedis aplice ſpāli. Ceterū vt dicta inhibitio maiorē ꝯſeq̄t̄ effectū ſtatuimꝰ: vt ij q hītū vr̄m vel ſibi ꝑdicto mō cōſimilē dferre ꝑſūpſerit: ad dponēdū ipm ꝑ dioceſanos locoꝝ cū a vobis reqſiti fuerit monitiōe ꝑmiſſa

per cenſurā eccl'iaſticam appellatiōe poſtpoſita compellātur. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginā noſtre inhibitionis ⁊ cōſtitutionis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Siquis aūt hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotētis dei ⁊ beatorū petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurū. Datū laterani idibus decēbris Pontificatus noſtri Anno quartodecimo.

Gregoriuſ. ix. cōcedit: fratreſ nō teneri ad cōmiſſiōes cāꝝ recipiēdas abſꝗ eoꝝ volūtate.

GRegorius epus ſeruus ſeruorum dei dilectis filijs generali miniſtro ⁊ vniuerſis fratribus de ordine fratrū minorū pn̄tes lr̄as inſpecturis Salutem ⁊ apoſtolicā benedictionē. Qui poſtpoſita vanitate ſeculi elegerūt virtutū dn̄o ſub paupertatis habitu famulari: a nobis illa confouendi ſunt gratia: q̄ ipſorum neceſſitatibus noſcit̄ opportuna. Cum igitur ad hoc ſemꝑ veſtre humilitas conuerſationis inuigilet: vt deo placeat per deuote laudis obſequiuꝫ ⁊ fructum ꝓferat animarū: nos deuotionis veſtre precibꝰ inclinati: vt ad recipiendū cōmiſſiones cauſarum ⁊ ſententiaꝝ executiones vel alia cōtingētia cauſas ipſas per lr̄as ſedis aplice legatos ſeu delegatos ipiꝰ vel quoſlibꝫ alios cogi non poſſitis inuiti: niſi plena in eiſdē lr̄is de cōceſſione hmōi mentio habeatur: vobis auctoritate preſentiū indulgemꝰ. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginā noſtre conceſſionis infringere: vel ei auſu temerario cōtraire. Siquis autē hoc attētare preſumpſerit: indignationem oīpotentis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datū laterani quinto kl's maij Pōtificatꝰ nr̄i anno qntodecimo.

Innocētiꝰ. iiij. inhibet: nulluꝫ aā annū ꝓbationis cōpletū ad ꝓfeſſionem admitti: ſecus autem factam ꝓfeſſionē irritam eſſe declarat.

INnocentius epūs ſeruꝰ ſeruorum dei dilectis filijs magiſtro ⁊ fratribꝰ ordinis fratruꝫ predicatorū Salutem ⁊ aplicam benedictionē. Nō ſoluꝫ in fauorē cōuerſi ſed etiam monaſterij ꝓbationis tēpus a ſanctis patribꝰ eſt indultū: vt illi aſperitatē iſtius ⁊ iſtud mores illiꝰ valeat experiri. In regula quoqꝫ beati benedicti precipit̄: vt ad conuerſionem nouiter veniēti nō facilis tribuatur ingreſſus: ſed ſicut docet apl's an ſit ex deo ſpūs cōprobetur: ⁊ dura ⁊ aſpera ꝑ q̄ itur ad deū exponantur. Preterea in eadē regula ſubiūgitur: vt dicatur. Ecce lex ſub q̄ militare deſideras: ſi eam obſeruare potes ingredere: alioquin liber veniſti liber diſcede. Inſuper fe. re. Gregorius papa predeceſſor noſter ſtatuit: vt poſiti in probatione nouicij ante ſuſceptū religionis habitū q dari ꝓfitentibus cōſueuit, ſeu ante ꝓfeſſionē emiſſam ad ſtatū priſtinuꝫ redire poſſint libere infra annum: ⁊ ad omnē ambiguitatē penitus amouendā cū in quibuſdā locis religioſis nouicioꝝ habitꝰ nō diſtingātur ab habitu profeſſoꝝ: ꝓfeſſionis tēpore benedicātur veſtes q̄ profitētibus cōceduntur: vt nouicioꝝ ⁊ profeſſoꝝ habitꝰ diſcernatur. Licet igitur zelū animarū habētes eas lucrari dn̄o ſollicite cupiatis: qꝛ tamen decet ⁊ expedit vt cōſcientie puritati non deſit iudiciū rationis, ne vnde ſpūalis ꝓfectus queritur: inde ſalutis diſpendiū ſubſequatur. Vobis de fratrū nr̄oꝝ

Universidad de Salamanca. BGH

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

